UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor, Coordinatus, Seu Omnes ...

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76455

Visual Library

Th. 545a.

G. IX
7

DINATI
Distribut.
No. IX. et X.
E. III
1.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. D. ANTONINI

DIANA

CLERICORUM REGULARIUM

DOCTORIS CELEBERRIMI,

NOVUS INDEX GENERALIS,

Seu Operum Omnium Summa:

A R.P.D. MARTINO DE ALCOLEA,

Monacho Carthusiensi ex Regali Cœnobio de Paulari,

COORDINATI, AD OMNIUM PRÆLATORUM,

Pœnitentiariorum, Confessariorum, Necnon Casuum Conscientiarum Studiosorum Commodiorem Faciliorémque Usum:

EDITIO RECENS

PRIMUM TYPIS MANDATA.

TOMUS DECIMUS.



LUGDUNI,

Sumptib. JOANNIS-ANTONII HUGUETAN, & Soc.

M. DC. LXXX.

CUM APPROBATIONE ET PERMISSU.

R. P. D. ANTONINI

DIANA

CLERICORUM REGULARIUM

DOCTORIS CELEBERRIMI,

NOVUS INDEX GENERALIS,

Seu Operum Omnium Summa:

A R. P. D. MARTINO DE ALCOLEA,

Monacho Carthusiensi ex Regali Coenobio de Paulari,

COORDINATI, AD OMNIUM PRÆLATORUM,

Pœnitentiariorum, Confessariorum, Necnon Casuum Conscientiarum Studiosorum Commodiorem Facilioremque Usum.

EDITIO RECENS

PRIMUM TYPIS MANDATA.

TOMUS DECIMUS.



LUGDUNI,

Sumptib. Ioannis-Antonii Huguetan, & Soc.

M. DC. LXXX.

CUM APPROBATIONE ET PERMISSU.

AD LECTOREM.

TIBI tandem sese offert, Amice Lector, Tomus Decimus, veluti Summa omnium Operum R.P.D. Antonini Dianæ, à V. P. D. Martino de Alcolea Monacho Carthusiensi Coordinatorum, ab omnibus litterarum Amatoribus maximè peroptatus, per quem omnia quæ per novem Tomos diffusa, unà cum Indicibus suis valdè difficilia ac laboriosa erant inventu, modò magna cum animi tui lætitia unico ictu oculi facillimè perlustrabis. Opus sanè locupletissimum, verùm & Prælatis omnibus, Pœnitentiariis, Confessariis, necnon Casuum conscientiarum Studiosis, cæterisque Theologiæ Moralis Amantibus utilissimum; unico enim repertorio cuncta per totum Opus dispersa concluduntur; Nomina à verbis distinguuntur; Appendices seu Additiones Nominibus & verbis frequenter aptéque additæ sunt; Tomi, Tractatus, Resolutiones, Paragraphi ac Paginæ citantur; demum omnia alphabetico ordine ac numeris disponuntur: Credas mihi velim haud exigui ponderis hæc omnia fuisse, nec sine magno labore. Fruere igitur, Lector benevole, hoc Opere, & si aliquod juvamen, ut spero, tibi præstet, Deum pro me ora; habes enim clavem tibi Moralis Theologiæ inæstimabiles Thesauros reserantem, ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei, Virginisque Mariæ ante partum, in partu, & post partum semper intemeratæ. Vale.

LICEN

LICENTIA.

NOS Frater Joannes Prior Carthusiæ, ac totius Ordinis Carthusiensis Minister Generalis, concedimus facultatem V. P. D. Martino de Alcolea, Monacho Carthusiæ de Paulari, Professo, tradendi Typographo Dianam Coordinatum, seu Resolutiones Morales Reverendi Patris Antonini Dianæ, ad propria loca per eum distributas, & in plures Tomos digestas, ut typis mandentur, ac in lucem edantur, si ita videbitur iis, ad quos ea cura spectat ex sacro Concilio Tridentino, Pontificiisque ac regiis Decretis. Dummodò id fiat absque expensis & gravamine Domus, ac disciplinæ nostræ regularis detrimento. Datum Carthusiæ sub Chirographo ac Sigillo nostro 16. Maij 1658.

FR. JOANNES *Prior Carthusiæ.*

REGII PROCURATORIS CONSENSUS.

PRo Rege assentio, ut liceat JOAN. ANT. HUGUETAN, Bibliopolæ Lugdunensi, typis mandare R. P. ANTONINI DIANÆ Opera Coordinata per R. P. MART. ALCOLEAM, in decem Tomos distributa, concessis impetranti inhibitionibus ad quinquennium computandis, à die finitæ Impressionis. Datum Lugduni 1. Decembris 1674.

VAGINAY.

PERMISSIO.

FIat juxta Conclusiones Procuratoris Regij, anno & die supradictis.

DESEVE.

Desit excudi 3. Novembris 1679.



INDEX

NOVUS INDEX GENERALIS RERUM ET VERBORUM

Omnium Operum R. P. Antonini Dianæ.

Prima litera indicat Tomum, Secunda Tractatum, Tertia Resolutionem, Quarta Paragraphum, Quinta Paginam.

A

ABBAS ECCLESIASTICUS.

Vide in verbo *Ordinarius.* tom. 2

ABBATES, & alii Prælati habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, & ordinariam, an includantur sub nomine Episcopi in Concilio Tridentino sess. 24. cap. 6. quoad dispensandum, & absolvendum. t. 3. tr. 3. r. 5. §. 1. p. 299

Abbates Ecclesiastici habentes jurisdictionem Episcopalem, an possint condere leges? Ubi aliqua curiosa circa hoc. t. 6. tr. 1. r. 18. §. 14. p. 13. & seqq.

Vide verb. *Æbas.* tom. 6. *& Abbates Regulares.* tom. 4

Abbas Regularis.

Abbas quidam Benedictinus contulit Ordines minores quibusdam non sibi subditis, qui postea alios Ordines susceperunt, & in illis ministraverunt, quidnam in hac re statuendum erit? t. 2. tr. 5. r. 79. §. 2. p. 302

Et an dicti Ordines sint saltem reiterandi sub conditione, vel an valeat quidem ordinatio, & tantum sit illicita. ibid. §. 7. p. 303

Abbas in casibus in quibus tonsuram, & minores Ordines conferre possit, an valeat dispensare in interstitiis? t. 5. tr. 3. r. 45. §. 3. p. 190

Ubi docetur, quod in receptione Ordinum minorum nulla requiruntur interstitia. ibid. §. 2

Abbas, vide verb. *Examinare.* tom. 5

Abbatem Regularem si Religiosus percuteret, quis debet eum absolvere ab excommunicatione, maximè si percussio sit gravis, vel enormis? t. 5. tr. 2. r. 77. §. 1. & seqq. p. 167

Abbates Religiosi an possint esse Patrini in Baptismo, & Confirmatione. t. 1. tr. 2. r. 23. §. 7. p. 82

Abbates Regulares quando solemniter celebrant, an sedere debeant ad partem Evangelii sicut facit Episcopus, præcisè loquendo de sessione? t. 2. tr. 1. res. 195. §. 2. pag. 112

Abbates possunt suis subditis sæcularibus dare dimissorias ad Ordines, neque hoc privilegium derogat Concilium Tridentinum. t. 2. tr. 5. r. 83. §. ult. p. 307

Abbates infulati an possint conferre Ordines tam sæcularibus, quam regularibus, qui speciales litteras dimissorias à suis superioribus habuerint. t. 2. tr. 5. r. 80. §. 2. pag. 305

Abbates non benedicti an possint conferre tonsuram, & Ordines minores sibi non subditis. t. 2. tr. 5. r. 81. §. 1. ibid.

Et an Novitiis suis. ibid. §. 6. p. 306

Abbates Benedicti an possint conferre Diaconatum & Subdiaconatum suis subditis. t. 2. tract. 5. res. 82. §. 1. ibid. p. 306

Et quid erga non subditos? ibid. p. 307. §. 3

Et an ubi Concilium Trident. non est receptum nulla sit super hoc difficultas. ibid. §. 3

Abbates communicantes an possint illâ facultate uti? ibid. §. 4

Abbates an possint Clericis sæcularibus sibi subditis litteras dimissorias concedere? tom. 2. tr. 5. res. 83. §. 1. pag. 307

Et quid, si hujusmodi Prælatus esset Ordinarius privativè ad Episcopum, & habeat jus visitandi, & synodum congregandi? ibid. §. ult.

Vide verb. *Diaconus, Ordo.* tom. 3

Abbates, & alii Prælati Episcopo inferiores an possint erigere Oratorium in domo pro Missa celebranda? t. 4. tr. 2. r. 10. §. 1. p. 32

Et quid si habeant jura Episcopalia, & territorium distinctum? ibid. §. 2

Abbates suprà dicti an possint dispensare, ut aliquando celebretur extra Ecclesiam? ibid. §. 5

Abbates an sub nomine Ordinarii loci intelligantur? t. 4. tr. 3. r. 17. §. 5. p. 73

Abbates curam animarum habentes, & jurisdictionem in foro

foro confessionis an includantur sub nomine beneficii Parochialis, itaut per Bullam Cruciatæ possint eligi in Confessarios. t.4. tr.3. r.18. §.5. p.74
Abbates curam animarum non habentes an teneantur inquirere pauperes, ut ipsis eleemosynas faciant de redditibus, &c. t.4. tr.7. r.31. §.1. & 2. p.294
Abbates conferentes tonsuram, vel minores Ordines aliis, quam suis subditis Regularibus an incurrant suspensionem. t.5. tr.3. r.27. §.1. p.180
Abbates conferentes Ordines minores Novitiis non sunt suspensi quamvis peccent. ibid. §.3
Abbates concedendo dimissorias Novitiis an incidant in suspensionem. t.5. tr.3. r.28. §.1. ibid.
Abbates regulares an possint consecrare Calices, Altaria, Campanas, & benedicere Lapides, Pyxides, & alia vasa Ecclesiastica non solum ad usum suarum Ecclesiarum, sed etiam alienarum. t.7. tract.1. resol.23. §.1. pag.16
Abbates olim Principes cum violentia eligebant. tom.9. tr.9. r.5. §.3. p.455
In Abbates perpetuos eligendo an regulares teneantur eligere digniores. t.7. tr.1. r.218. §.1. p.137
Abbatibus privilegio concesso quoad consecranda vasa sacra an possint perfrui aliæ religiones privilegium communicationis habentes. ibid. tom.7. tract. primo. res.23. §.4. p.17. & lege etiam res.24. ibid.
An Abbatibus, & Abbatissis, non autem Monialibus imponantur pœnæ latæ in Bulla Gregor. XIII. contra admittentes aliquem intra septa Monasterii Monialium prætextu licentiarum. tom. 7. tract.1. resol.319. §.1. pag.222
Abbatibus sui Regni an præcipere possit lex ut cum ipso eant ad bellum. t.9. tr.2. r.29. §.4. p.116
Abbatum quorundam privilegium conferendi Ordines an adhuc duret non obstante Concilio Trident. sess.25. cap.10. de Reformatione. t.2. tr.5. r.78. §.1. & seq. pag.301
Abbatum electiones, diversis personis, & statibus in sex diversis temporibus concessæ sunt. t.9. tr.9. r.8. §.2. pag.457

Abbatissa.

Abbatissa suis Monialibus benedicere Evangelium, legere, aut prædicare non potest. t.3. tr.1. r.75. §.13. pag.96
Si Abbatissa non vult aliquid dare pro eleemosyna ad lucrandum Jubilæum, an Moniales subditæ possint clam accipere à Monasterio illam? t.4. tract.4. r.30. §.1. pag.154
Qui cum Abbatissa loquitur an incidat in excommunicationem latam ab Episcopo contra colloquentes cum Monialibus? t.5. tr.1. r.87. §.5. p.61
Abbatissa admittens professionem puellæ absque examine faciendo ab Episcopo an peccet mortaliter? t.7. tr.1. r.325. §.4. p.225
Abbatissa an licitè possit pacisci de certa summa pecuniæ donec Monasterio dos Monialis solvatur, etiamsi Monasterium sit opulentum? tom.7. tract.1. r.327. §.1. pag.226
Abbatissa post expletum triennium an possit Monasterium gubernare? t.7. tr.1. r.331. §.1. p.227
Abbatissa an possit præcipere Monialibus aliquid sub pœna excommunicationis? Et an solum possit præcipere aliquid sub præcepto obedientiæ? tom.7. tr.1. r.332. §.1. p.228
Si Abbatissa possit concedere suis Monialibus licentiam donandi, quam prælatus regularis suis religiosis necne? t.7. tr.3. r.51. §.1. p.270
Abbatissa an possit concedere suis Monialibus licentiam habendi peculium, & facultatem convertendi illud in usus proprios, quæ propriis operibus acquirunt. ibidem §.2
Abbatissa, Vide verb. *Abbates. Pœna.* tom.7
Abbatissæ prohibetur in Concilio Tridentino session.25. cap.17. dare professionem Novitiæ antequam moneat Episcopum pro examine libertatis, & tamen si Abbatissa dat professionem Novitiæ omissa monitione & examine an sit valida professio? t.7. tract.1. res.159. §. Potest etiam. p.105
Si Abbatissæ visitanti cubiculum Monialis res aliquas ob verecundiam occultavit, an peccet mortaliter? t.7. tr.3. r.38. §.3. p.265
Cum Abbatissæ licentia an possint Moniales præbere confessario ultra justum stipendium assignatum aliquid amplius. t.7. tr.3. r.50. §.1. p.269
Idem est de famulo servienti Monasterio cum magna fidelitate, quia hæc non est donatio, sed beneficii remuneratio. ibid.
Abbatissæ an possint vota Novitiarum commutare, vel dispensare, non vero irritare? t.7. tr.1. res.283. §.2. pag.188
In Abbatissam an possit eligi Monialis si tantùm annum quadragesimum attingat? tom.7. tract.1. res.328. §.1. pag.226
Et an contra Decretum super hoc Concilii Tridentini sess.25. cap.17. de Regularibus, possit Episcopus, vel Nuntius dispensare. ibid.
In Abbatissam non potest eligi Monialis nisi 8. annos post professionem laudabiliter vixerit. §.2. ibid.
In Abbatissam an Monialis illegitima eligi possit absque dispensatione? Et an possit Prælatus dictarum Monialium in dicta illegitimitate dispensare? t.7. tr.1. r.329. §.1. p.227
In Abbatissam an possit eligi Monialis vidua absque dispensatione? Et an ab Abbatissæ, seu Priorissæ officio excludantur quæ Virgines non sunt? t.7. tr.1. r.330. §.1. ibid.
Abbatissas olim Principes cum violentia eligebant. tom.9. tr.9. r.5. §.3. p.455
An Abbatissis non autem Monialibus imponantur pœnæ latæ in Bulla Greg. XIII. contra admittentes aliquem intra septa Monasterii Monialium prætextu licentiarum. t.7. tr.1. r.319. §.1. p.222

Abbreviare.

Abbreviare vitam ipsam an liceat vigiliis, pœnitentiis, &c. t.8. tr.5. r.53. §.1. & seq. p.116

Abdicare.

Vide verb. *Rex.* tom.9

Abesse.

Vide verb. *Chorus.* tom. 4
Abesse à Capitulo sine peccato quando possunt Vocales, Cardinales, Senatores, Decuriones civitatum, &c. & quando peccent se absentando à Capitulo. tom.7. tr.1. r.215. per totam. p.135
Vide aliqua notabilia & prædicabilia contingentia in dicto casu.
Abesse à Choro, & lucrari distributiones quotidianas an surdus, & cæcus possint? tom. 8. tractat.9. resolut.1. §.1. & sequent. pag.193

Abjicere.

Si abjiciat clericus Breviarium v. g. in diuturna navigatione, an teneatur aperire hanc circumstantiam in confessione, vel ei sufficiat dicere, vigesies, v. g. omisi Horas Canonicas? t.1. tr.7. r.62. §.2. p.375
Post abjectum Breviarium si quis dolet de causa omissionis data, non amplius peccat omittendo horas, quamdiu novam negligentiam in comparando Breviarium non admittit. ibid. §.3

Abjurare.

Abjurantes Regulares de levi, an reddantur inhabiles ad gradus, & dignitates Religionis? t. 5. tr. 10. ref. 83. §. 3. p. 447

Ut abjurantes de levi abjurent generaliter omnem hæresim, an Inquisitores compellere possint? t. 5. tract. 10. r. 97. §. 1. p. 452

Abjurantes reos tantum de levi, condemnare ad pœnam triremium, fustigationis, &c. an Inquisitores possint? t. 5. tr. 12. r. 1. §. 1. p. 499. & seqq.

Abjurare, vide verb. *Cogere*, tom. 3

Qui abjurare de vehementi ab Inquisitoribus cogitur pro suspectione de hæresi, an sit irregularis? t. 5. tr. 5. r. 51. §. 1. p. 228

Abjurare an debeat Confessarius, qui metu deliquit in sollicitatione? t. 5. tr. 9. r. 60. §. 1. & seqq. p. 402

Abjurare quo pacto debeant Confessarii sollicitantes in confessione? t. 5. tr. 9. r. 88. §. 1. p. 413

Abjurare de levi an debeat Confessarius sollicitans in Confessionario, sine ulla tamen occasione Confessionis? t. 5. tr. 9. r. 91. §. 1. ibid.

Et quid si paulò ante, vel paulò post confessionem Confessarius sollicitavit pœnitentem? ibid. §. 3

Abjurare reos publicè, vel secretò quando Inquisitores debeant hoc facere? t. 5. tr. 10. r. 93. §. 2. p. 450

Ubi pro praxi aliqui casus.

Abjurare an debeat Christianus fingens se infidelem, & pœnitens iterum baptizari propter eleemosynam acquirendam? t. 5. tract. 10. resol. 99. §. 1. & sequent. pag. 452

Abjurare tantum de levi debent blasphemantes hæreticaliter. t. 5. tract. 12. resolut. 8. §. 1. & sequentibus pag. 508

Quomodo debeant abjurare laïci, & Ecclesiastici non sacerdotes, audientes confessiones, & Missam celebrantes, ubi latè circa supradictos. t. 5. tr. 12. ref. 11. & 12. p. 512

Abjurare quo pacto debeant impedientes Officium S. Inquisitionis? tom. 5. tract. 12. resolut. 13. §. 6. pag. 515

Contra nolentes abjurare quid Inquisitores facere debeant. t. 5. tr. 12. r. 14. §. 5. p. 516

Abjurare an debeat Christianus fingens se infidelem, & petens se baptizari, ut certam pecuniarum summam accipiat. t. 9. tr. 1. r. 107. §. 5. p. 61

Abjurare vide verb. *Episcopus*, *Irregularis*, *Relapsus*. tom. 5

Qui abjuraverunt de vehementi, non autem fuerunt convicti per plenas probationes, si postea in secundo relapsu plenè convicti sunt ab Inquisitoribus possint puniri? Ubi aliqua circa hoc. t. 5. tract. 10. r. 98. §. 1. pag. 452

Si abjuravit Confessarius confessus propter sollicitationem alterius, si perseverat sollicitando, an sit denunciandus propter præteritam sollicitationem? t. 5. tr. 9. r. 90. §. 1. p. 414

Qui abjuravit de vehementi, vel de levi an possit admitti ab Inquisitoribus ad audiendas confessiones? t. 5. tr. 10. r. 83. §. 1. p. 447

Ut abjuret reus publicè de levi an Inquisitores possint damnare reum? t. 5. tract. 12. resol. 33. §. 1. & seqq. pag. 530

Abjuratio.

Abjuratio tantum de levi an possit imponi reo licet fuerit tortus? t. 5. tr. 10. r. 95. §. 4. p. 451

Abjuratio aliqua ultra alias pœnas indicenda est Judæis, Mauris, & aliis Infidelibus aliqua crimina perpetrantibus. t. 5. t. 12. r. 2. & seqq. p. 500

Idem est de Apostatis, & renegatis. t. 5. tr. 12. r. 3. §. 11. pag. 503

Abjuratio an sit ab Inquisitoribus imponenda, conspurcantibus, & percutientibus sacras Imagines? t. 5. tr. 12. r. 9. §. 3. p. 510

Idem est de Sortilegis, Divinatoribus, Magicis, &c. t. 5. tr. 12. r. 10. §. 1. & seq. ibid.

Abjuratio de vehementi quamvis fieri debeat publicè, & in loco publico, an possit ex rationabili causa fieri non publicè, sed secretò? t. 5. tr. 12. r. 33. §. 1. & seqq. pag. 530

Abjuratio de formali imponenda est in Sancto Officio ei, qui dixisset Papam posse errare in Canonizatione, & Beatificatione Sanctorum. t. 9. tract. 5. ref. 22. §. 1. pag. 363

Ex abjuratione propter sollicitationem an Confessarius Regularis remaneat inhabilis ad Officia Religionis? t. 5. tr. 9. r. 93. §. 1. p. 416

Et an dictus Regularis non possit rehabilitari nisi per Pontificem, vel Illustrissimos Inquisitores sacræ Congregationis? ibid. §. 2

Ex abjuratione de vehementi non incurritur irregularitas. t. 5. tr. 10. r. 83. §. 4. p. 447

Post abjurationem, & pœnitentiam, an Clericus, qui lapsus est in hæresim possit exercere susceptos Ordines dummodo obtineat dispensationem saltem ab Episcopo? t. 5. tr. 5. r. 50. §. 3. p. 228

Abjurationem propter infamiam an Inquisitores indicere possint? t. 5. tr. 10. r. 94. §. 1. p. 451

An detur casus, in quo abjurationem de vehementi imponere non possint Inquisitores, sed possint torquere reum? t. 5. tr. 10. r. 95. §. 1. ibid.

Abjurationem de vehementi an Inquisitores possint indicere, & punire tanquam credentes hæreticos illos, qui semel, vel bis assistunt concionibus, vel conventiculis hæreticorum? t. 5. tr. 10. ref. 96. §. 1. & seqq. ibid.

Si ad abjurationem cogerent Inquisitores reum sine Episcopo, an talis sic abjurans remaneat subjectus pœna relapsi, & quid è contra? t. 5. tr. 10. r. 100. §. 1. pag. 452

Ubi an liceat Inquisitoribus suspectum de hæresi vehementer cogere ad abjurationem sine Episcopo? ibid. §. 3

Abjurationem de vehementi an Inquisitores semper imponere debeant, quando ex aliquo delicto oritur vehemens suspicio? tom. 5. tract. 12. resolut. 1. §. 2. pag. 499

Ad abjurationem ætas necessaria in masculis est 14. annus, & in fœminis. 12. t. 5. tr. 12. ref. 33. §. 3. & seq. pag. 530

Ablatum.

Vide verb. *Oraculum*. tom. 7

Ablutio.

Ablutio quænam sufficiat ad rationem Baptismi? t. 1. tr. 1. ref. 75. p. 49

Ablutio quæcumque, sive immersione fiat, sive infusione, sive aspersione, sufficit ad valorem Baptismi. t. 1. tr. 1. r. 67. p. 45

Vide verb. *Laicus*. tom. 2

Abolere.

Abolere contrarias consuetudines an teneantur Prælati Regulares, qui sunt custodes cæremoniarum religionis. t. 7. tr. 4. r. 21. §. 6. p. 291

Abortus.

Quid sit Abortus? t. 5. tr. 6. ref. 1. p. 285

Et docetur, quod ille, qui dedit causam ejectionis fœtus animati, est homicida, & tenetur omnibus pœnis juris Canonici, & Civilis, quibus tenentur illi, qui hominem jam natum peremerunt, ac proinde sit irregularis. Ibid. §. 1

Si vero fœtus non est animatus, licet procurare abortum

non sit propriè homicidium, est tamen grave peccatum. ibid. §.2
Quid est procurare abortum? tom.5. tract.6. resol. 2. pag.285
De pœnis procurantium abortum ex jure Canonico, & Civili. t.5. tr.6. r.3. p.285
De pœnis procurantium abortum ex jure novo Sixti V. t.5. tr.6. r.4. p.286
Quas pœnas Greg. XIV. circa prædictam Constitutionem Sixti V. moderavit? tom.5. tract.6. resolut.5. ibid.
Abortus absolutio an includatur in facultate Jubilæi absolvendi à casibus, & censuris reservatis? tom.5. tr.6. res.6. ibid.
Et docetur, quod casus abortus non est amplius Papalis, sed Episcopalis: at vero, quando Episcopus, seu Ordinarius generaliter concedit alicui Confessario facultatem absolvendi à casibus, & censuris sibi reservatis, tunc enim non censetur concessus abortus fœtus animati. ibid. §.2. &c.
Quis potest absolvere ab incursa excommunicatione propter abortum? Sed difficultas est, quisnam dicatur Confessarius specialiter deputatus, ut possit absolvere ab excommunicatione propter abortum? t.5.tr.6. r.7. pag.287
Et docetur non posse Confessarium sæcularem absolvere pœnitentem, qui commisit abortum fœtus animati. ibid. §. ult. &c.
Et quid de Religiosis virtute privilegiorum, si ad hoc per Provincialem non sint deputati? ibid. §.5. &c.
An aliqui alii præter Episcopos possint absolvere ab excommunicatione incursa, propter abortum fœtus animati? t.5. tr.6.r.8. &c. ibid.
An Episcopi possint hodie dispensare in irregularitate contracta ex abortu? tom.5. tractat.6. resolut.9. pag.288
Et observatur, quod supplicans in sacra Pœnitentiaria in casu videlicet occulto pro dispensatione super irregularitate ex abortu, debet exprimere, si erat fœtus à se genitus, alias gratia erit subreptitia. ibid.
An Prælati Regulares possint dispensare in irregularitate suorum subditorum contracta ex abortu animato? Et quid, si homicidium est occultum apud sæculares, & manifestum apud Fratres, an possint Prælati Regulares adhuc in illo dispensare? t.5. tract.6. resolut.10. pag.288
An supradicti Prælati Regulares possint hanc potestatem delegare, & committere uni Confessario subdito, ut dispenset in foro conscientiæ cum delinquente? ibid. in §. ult. r.11
An superiores Regulares possint habilitare ad officia Regulares subditos, qui procurarunt abortum? t.5. tr.6. r.12. p.289
Quid sub prohibitione officiorum contra procurantes abortum intelligatur in Bulla Sixti V. t.5. tr.6. r.13. pag.289
Quomodo obliget privatio privilegii Clericalis, & omnium dignitatum, & officiorum, & beneficiorum imposita in Bulla Sixti V. tom.5. tract.6. resolut.14. pag.289
An pœna inhabilitatis imposita in Bulla Sixti V. obliget ante judicis declarationem, & sententiam? tom.5. tract.6. resol.15. & in aliis quamplurimis ejus not. pag.290
Contra procurantes abortum an detur præventio inter judicem sæcularem, & Ecclesiasticum? Et an si reus sit Ecclesiasticus, an tradendus sit Curiæ sæculari? t.5. tr.6. r.16. ibid.
Et an ad exclusionem pœnæ corporalis, quando criminaliter agitur, fœtus præsumi debet potius inanimatus, quam animatus? ibid. §.2. &c.
Ex abortu casuali an incurratur reservatio? Et pro praxi hujus quæstionis multi casus explanantur, in quibus ex abortu non incurritur reservatio. tom.5. tr.6. r.17. pag.290
Qui abortum procuravit ante animationem, an incidat in excommunicationem, & irregularitatem? Idem est de præbentibus opus, consilium, &c. tom.5. tr.6. res.18. pag.291
Quo tempore fœtus animatur, itaut qui de illo abortum faciunt, incurrant excommunicationem, & irregularitatem. t.5. tr.6.r.19. ibid.
Qui abortum facit, an sit irregularis, si dubitat de animatione fœtus? tom.5. tract.6. resol.20. 21. &c. pag.292
Et quid, quoad alias pœnas annexas irregularitati, qualis est privatio Officii, & beneficii, & inhabilitatis ad hæc duo? tom.5. tractat.6. resolut.22. &c. pag.293
Si quis procuravit abortum fœtus animati, sed dubitat de effectu subsequuto; vel an mulier sit mota ad abortum ex consilio ei præbito, vel à se ipsa, censendus sit irregularis? t.5. tr.6. r.23. p.293
Et in supradicto casu, an possit stare dicto personæ fide dignæ, cui datum est consilium, si dicat non fuisse ab eo motam? ibid. §.4. p.294
An sit irregularis, qui non potuit dimovere fœminam de consilio dato de abortu faciendo? t.5. tr.6. res.24. 25. &c. p.294
An qui procuravit abortum fœtus animati, si effectus non sequatur, incidat in excommunicationem. t.5.tr.6. r.26. p.295
Et an saltem in casum Episcopalem reservatum inciderit in supradicto casu? Et quid de regularibus? ibid.
In excommunicationem an incidat, qui procuravit abortum per alios? Et quid de consulentibus, & scienter cooperantibus ad abortum ope, favore, potione, vel alio cujusvis generis medicamento, aut scribendo literas privatas, vel apochas, aut alia ratione, verbis, aut lignis? t.5. tr.6. r.27. §.1. & 2. &c. p.295
Idem dicendum est de irregularitatibus, & pœnis dictarum Bullarum. ibid. §. ult. &c.
An supradicti excusentur à censura, si in illis adsit ignorantia juris, vel facti, etiamsi sit crassa, supina, & affectata, modo cum ingenti temeritate conjuncta non sit? t.5. tr.6. r.28. p.296
Qui approbat abortum, jam factum etiam suo nomine, an incidat in pœnas latas à Sixto V. Idem dicendum est de casu abortus per Episcopum reservato. t.5.tr.6. r.29. ibid.
Et an mulier incidat in casum reservatum, cui insciæ, & ignoranti amator medicamentum, & potionem tribuerit, ut abortus sequeretur, etiamsi post sumptionem potionis rem illi amator aperiret, & ipsa facto gauderet, atque illud ratum haberet? ibid. §.1
Idem dicendum est, etiamsi postquam fuerit monita de procuratione abortus illum nollet impedire, cum tamen posset. ibid. §.2
An amasius teneatur impedire fœminam, ne abortiatur, & aliter in censuram, & irregularitatem incurrat? t.5. tr.6.r.30. p.296
An Clericus, qui sciens mulierem à se prægnantem redditam meditari conceptæ ab ea sobolis abortionem, irregularitatem suscipiat, si hanc pro virili non impediat? ibid. §.1. 2. & 3. &c.
An Pater, cui mater dixit se velle procurare abortum, si solum taceat, an incurrat irregularitatem? Unde docetur Patrem non teneri defendere vitam filiorum lege justitiæ, sed pietatis, & Paterni officii. ibid. §.4. & 5. &c. p.297
Qui propinavit remedia sterilitatis mulieri, ut impotens fiat ad generandum, an incurrat in censuram Bullæ Sixti V. t.5. tr.6. r.31. p.297
Sed difficultas est in terminis Bullæ Sixti V. ante correctionem

rectionem Gregorianam, an incidebant in censuram, qui porrigebant remedia sterilitatis alicui viro? Et quomodo hodie damnetur hic casus? ibid.
Fœmina, quæ post coïtum mingit, vel digitis semen ejicit, an dicatur procurare abortum, itaut incidat in pœnas? Et an talis fœmina non peccet mortaliter ex se, sed solum ex conscientia erronea, quatenus putat hoc conducere ad non concipiendum? t.5. tr.6. r.32. pag.297
Et an peccet mulier vi oppressa, si post coïtum statim semen ejiciat? ibidem sub finem, & in aliis ejus not.
An vir, vel fœmina, qui in actu carnali retrahunt se à seminis emissione, vel receptione in vase debito causa generationis impediendæ, incurrant in hanc censuram? t.5. tr.6. r.33. p.298
Et an ex casu abortus Episcopalis excusetur, qui ne liberos suscipiat, vel alia de causa, puta ex odio mulieri potionem præstet, quominus concipiat? ibidem §.2
Utrum maritus habens copulam cum uxore, si ex magna corporis agitatione sequatur abortus, incidat in censuras? t.5.tr.6. r.34. p.298
Et an maritus, vel Pater, si uxorem, aut filiam verberassent, unde illa furore percita abortum feciſſet, vel passa fuisset, incurrant in pœnas abortus? ibidem §.3. &c.
A pœnis impositis contra procurantes abortum, an liberetur ille, qui in præsentia mulieris, cum qua rem habuisset, diceret, *nollem te esse gravidam, quia inde aliquod grave malum tibi, & mihi suspicor eventurum*, unde ipsa abortum procuraret? ibidem §. ultimo.
An mater, quæ procuravit abortum incidat in excommunicationem Sixti V. tom. 5. tract. 6. resolut. 35. pag.298
An excusetur ab excommunicatione mulier, quæ per metum cadentem in constantem virum cogitur sumere potionem, ex qua abortus sequatur? ibid. §. ult. pag.299
An stante aliqua rationabili causa, liceat aliquando sterilitatem procurare? Et adducitur notabile dubium pro praxi prædictæ difficultatis. Et an hoc fieri prohibeatur in Bulla Sixti V. de Abortu? t.5. tr.6. res.36. &c. pag.299
Et docetur non licere præbere pharmacum directè tendens ad fœtus nondum animati ejectionem, quando non potest aliter matri succurri. ibid. §. 3. &c.
Mulier experta periculum mortis in partu, an possit sumere medicamentum, ut sterilis evadat, & non concipiat? t.5. tr.6. r.37. p.300
An mulieri gravidæ, quando pro salute nullum aliud superest remedium, liceat indirectè uti medicamentis, ex quibus sequendus sit abortus fœtus inanimati? Et pro confirmanda doctrina hujus quæstionis alii diversi casus adducuntur in exemplum, & pro praxi. t.5. tr.6. r.38. p.300
An pro salute matris prægnantis licitum sit aliquando uti medicamentis non directè tendentibus ad expulsionem fœtus, ut sectio venæ, pharmacum, balneum, &c. ex quibus tamen potest sequi abortus fœtus animati? Et doctrina hujus resolutionis est valde notanda, quia in exemplum prædictæ quæst. multæ aliæ similes adducuntur, & explanantur. t.5. tract.6. resolut.39. pag.301
Et an idem dicendum est, quando medicina applicanda æqualiter tenderet ad salutem matris, & ad fœtus abortum? Et utrum sit licitum in tali casu dicta medicamenta applicare? tom.5. tract.6. resol.40. &c. p.301
Et difficultas est, an cum medicamentum prorsus dubium est, num auxilium, aut mortem sit illaturum, possit adhuc adhiberi, si salus infirmæ omnino desperata est; imò Medicus in tali casu tale medicamentum teneatur adhibere, & applicare? ibidem §. ult. &c. pag.302
An si adsit spes, ut possit fœtus in lucem prodire, teneatur mater cum periculo ipsius vitæ supradicta medicamenta non adhibere, ut fœtus baptizetur? Et an in prædicto casu mortaliter peccet Medicus contra charitatem talia remedia applicando, & mulier assumendo? tom. 5. tractat. 6. resolut. 41. &c. pagina 302
Et si tali remedio non adhibito, valde probabile esset, utcumque moriturum, eo vero adhibito probabile esset, matrem saltem posse conservari, an in tali casu possit adhiberi? ibid. §. ult.
An quando mater probabiliter timet esse in statu peccati mortalis, teneatur abstinere à supradictis medicamentis, si speretur, ut dictum est, fœtum in lucem edendum, & baptizandum fore? t.5. tract.6. res.42. pag.302
Sed tota difficultas est in casu in quo mater moraliter esset certa de sua vita spirituali, an tunc teneatur pati mortem corporalem pro vita spirituali prolis? ibidem §. ult. p.303
Abortum procurare an liceat ad evitandum periculum vitæ, & infamiæ alicujus puellæ prægnantis? tom.5. tractat. 6. resolut. 43. & in aliis ejus primæ not. pag.303
Et quid, si fœtus non sit animatus, & quid si sit animatus fœtus? ibidem & in resolution. 44. & 45. pag.304
Et an doctrina dictæ quæstionis vera sit in fœmina cujuscumque conditionis sit, id est, si Monialis sit, & Deo sacra, vel Nobilis, aut etiam si scandalum timeatur? ibid. sub finem dictæ res.45. pag. 304
Ubi quod postquam natus est fœtus non licet eum occidere, vel suffocare, ne reveletur peccatum matris, ad evitandum periculum mortis, & infamiæ matris. ibid. ad medium dictæ res.
Abortum suadere an licitum sit, quando mater gravida parata est se occidere ad infamiam vitandam? t.5. tr.6. r.46. p.304
An Monialis sumens potionem mortiferam fœtui, aut venæ scissionem, vel pugnis se percutiens ad abortum faciendum, non solum incidat in pœnas Sixti V; sed etiam in censuram cap. *Si quis suadente diabolo*? Idem est de alio propinante potionem pro abortu faciendo Moniali sequuto effectu. t.5. tr.2. res.48. 47. & 7. p.153. 152. & 127
Qui abortum fœtus animati procuravit, sequuto effectu, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ, si ad eam confugiat talis reus? tom. 9. tractat. 1. resolut. 94. pag.55
An si vir sit sanæ mentis licitus sit ei usus conjugii cum uxore amente etiam cum periculo abortus. t.2. tr.6. r.211. p.462
Et quid è contra? ibid.
Ubi advertitur, quod quando fœmina experientia didicit se nequire prolem vivum edere, tunc licebit his conjugibus petere, & reddere debitum, quia melior est puero sic esse cum originali culpa, & carentia visionis Dei, quam non esse. ibid. §.2
An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius absolvere ab excommunicatione lata, contra causantes, procurantes, & consulentes abortum? t.4. tract.3. res.66. pag.99
Ubi, quod à peccato, & excommunicatione omnes supradictos quilibet Confessarius approbatus tam sæcularis quam regularis absolvere possint Gregor. XIV. concessit motu proprio. ibid. §.2
* Vide *Adultera, Fœmina, Prægnans.*

Abripere.

Vide verb. *Bona.* tom.7

Abrogandum.

Vide verb. *Lex.* tom.7

Abrogare.

Si abrogat Pontifex præceptum Ecclesiasticum confitendi, an remaneat præceptum divinum vagè, & indeterminatè ? t.1.tr.3.r.67. §.6. p.132
Idem est de præcepto Eucharistico , in quo casu validè, sed illicitè possit Pontifex illud abrogare ? ibid. §.7
Et quid cum aliquo in particulari in eodem casu ? ibid.
Vide verb. *Præceptum.* tom.3
In Indice 1. tom.6. ex tr.2. de Consuetudine lege super hoc verbo Abrogare aliquas difficultates in r.6. 8. 10. 11. 25. 26. 27. 28. 29. 32. & 33
Vide etiam verb. *Canon, Decima, Rescriptio.* tom.6
Si abrogat Episcopus legem latam in Concilio Provinciali , an possit ? Et quid de lege lata in Synodo Diœcesano ? t.4. tr.6. r.69. §.4. & 5. p.238

Abrogatum.

Vide verb. *Consuetudo.* tom.9

Abrumpere.

Vide in verb. *Conjux.* tom.2

Abscindere.

Abscindere propriam manum , vel pedem , etsi sanum an liceat ligato , vel non ligato , ut per fugam imminentem mortem evadat ? t.8. tr.5. r.57. §.5. p.118
Abscindere sibi membrum an sit licitum in aliquibus casibus ? t.8. tr.5. r.59. §.2. p.119
Qui abscidit sibi sponte membrum , vel partem membri, v.g. digitum , vel partem digiti ex indignatione vel impatientia an sit irregularis , etiamsi ex tali abscissione non oriatur notabilis deformitas , vel impedimentum ad celebrandum ? t.5. tr.5. r.65. §.3. p.236
Qui abscindi testiculos voluntariè , vel causa vocis retinendæ fecerit, an sit irregularis ? t.5. tr.5. r.67. §.1. & seq. p.237
Qui abscindit alteri auriculam , ungues, dentes, digitum, testiculos, barbam, capillos, labia, vel mamillam fœminæ &c. an sit irregularis ? t.5.tr.5.r.64.§.3.p.236
Qui non abscindit sed tantum debilitat membrum alterius , & reddit illud inutile , an sit irregularis ? ibid.

Abscissio.

Abscissio alicujus membri facta invito , an inducat ipsi patienti irregularitatem , etiamsi ob culpam id passus sit ? t.5. tr.5. r.66. §.1. & seqq. p.236
Si abscissio integri membri sit occulta , an possit super eam Episcopus dispensare ? ibid. §.3
Idem est si abscissio casu contigerit ex propria culpa, dummodo occulta sit culpa , tametsi abscissio sit notoria. ibid.
Ad abscissionem membri cooperari , vel adjuvare non licet illi , qui dedit consilium alteri ad abscissionem membri , ne committatur homicidium. t.7. tr.5. r.36. §.4. p.346

Abscondere.

Abscondere animal, mancipium , & servum, ne capiantur pro damnis ab eis factis ante judicis sententiam , an Dominus possit ? t.8. tr.5. r.76. §.1. p.127
Quod abscondisti bona hæreditatis præsumitur , si fuisti institutus hæres alicujus , & non fecisti inventarium, & propterea es condemnatus ultra vires , sed si re vera nihil abscondisti , non teneris in conscientia. t.7. tr.1. r.308. §. Non obstant. p.215

Absens.

Absens potest absolvi à suspensione per Cruciatam , vel habentem privilegium. t.4. tr.3. r.128. §.2. p.119
Absens, vide verb. *Conjux, Litera, Promissio.* tom.2
Item verb. *Confessarius , Episcopus , Lucrari , Residere.* tom.3
Qui absens est an teneatur ad jejunia sui loci , & oppidi? t.4. tr.6. r.45. §.1. & seq. p.223
Hæc quæstio proponitur pro peregrinis , advenis, vagis, viatoribus, & similibus. ibid.
Absens,& peregrinus an possit uti indulgentia sui territorii, & oppidi , si in loco ubi moratur servatur jus commune ? v. g. cives Mediolanenses Romæ an possint quatuor primis diebus Quadragesimæ comedere carnes? & quid è contra ? Et Germanus iter faciens per Italiam , an possit diebus Quadragesimæ comedere ova, & lacticinia , & quid è contra ? Et Castellanus transiens per Galliam , & Lusitaniam an possit in die Sabbati vesci animalium intestinis , & quid è contra ? t.4. tr.6. r.45. 47. & 48. à p.223. & 225
Absens , vide verb. *Archiepiscopus , Compositionis Bulla, Irregularitas, Pallium.* tom.4
Absens in crimine hæresis quot vicibus citari debeat antequam condemnetur ? t.5.tr.10. r.124. §.4. p.461
Absens, vide verb. *Episcopus, Medicamentum.* t.5
Si absens sit Princeps an tempus 10. annorum sufficiat ad consuetudinem inducendam ? tom.6. tract.2. r.4. §.3. pag.103
Absens Cardinalis an possit constituere Procuratorem ad eligendum Pontificem , & suffragium ferendum in scrutinio ? t.9. tr.7. r.12. §.1. p.381
Et quid de jure ? ibid.
Absens , vide verb. *Publicatio , Observare.* t.6
Pro absente quis potest acceptare donationem ? Et quid si donatio sit juramento firmata ? t.6. tr.7. r.113. §.1. & seqq. p.371
An Notarius ? t.6. tr.7. r.114. §.4. p.372
Et in dicto casu quatuor valde notanda considerari debent. ibid. §.4
Absente Episcopo an ejus Palatia gaudeant immunitate ? t.9. tr.1. r.19. §.5. p.16
Contra absentem contumacem in crimine hæresis citatio facienda debet continere causam. t.5. tr.10. r.124. §.3. p.461
Absentes vigore Cruciatæ possunt absolvi ab irregularitatibus , quæ includuntur sub nomine censuræ. t.4. tr.3. r.133. §.1. p.122
Absentes an Inquisitores citare debeant trina citatione ? t.5. tr.10. r.35. §.1. & seq. p.429
Inter absentes an tempus 10.annorum sufficiat ad consuetudinem inducendam ? t.6. tr.2. r.4. §.1. p.103
Absenti moribundo an possit in casu valde raro Indulgentia Bullæ Cruciatæ applicari ? tom.4. tr.3. r.158. §.3. pag.130
Absenti moribundo Indulgentia pro tempore mortis applicari potest etiam à laico , si non adsit Confessarius, vel saltem Clericus. t.4. tr.5. r.38. §.1. p.198
Ubi , quod non solum in articulo mortis , sed etiam extra illum potest absolute , & per se absentibus indulgentia applicari. ibid. §.3. p.199
Pro absente citato in crimine hæresis Procurator comparens debet admitti ut defensor innocentiæ , dummodo res sit dubia , & reus sit tantum de hæresi suspectus. t.5. tr.12. r.27. §.4. p.526
Ubi quod si contumaces post annum compareant debent illos Inquisitores audire , etiam quoad bona confiscata. in §.2
Absenti an possit fieri donatio ? tom.6. tr.4. ref.110. §.1. p.369
Et quid , si Notarius nomine absentis donationem acceptet ? ibid. §.2

Absenti donatio facta an valeat, quando juramentum interpositum est de non revocando, seu interveniendo? ibidem.
Si absenti nuntius non tradat rem donatam, an teneatur duplici restitutioni, videlicet donatario, & hæredibus donantis? t.6. tr.7. r.111. §.3. p.370
Et quid in dicto casu, si donatio facta erat Ecclesiæ, vel piæ causæ? ibid. § 4
Per simplicem donationem absenti factam, vel promissionem, rité tamen ab alio legitimè acceptatam, si me obligem, an possim tuta conscientia eam revocare, si is qui pro absenti acceptavit in revocatione consentiat? t.6. tr.7. r.115. §.2. p.373
De absentibus hæreticis, & de pœnis quibus punire eos debent Inquisitores. tom.5. tract.12. r.27. §.1. & seq. p.525
Absentibus pauperibus Ecclesiæ vel piæ causæ donatio facta, an possit à quolibet acceptari? t.6. tr.7. r.120. §.1. p.375
Absentium hæreticorum bonorum sequestratio an sit facienda, vel contra hæreticum defunctum? t.5. tr.10. r.127. §.1. p.462

Absentia.

In absentia, & per scriptum dispensari possunt ad petendum debitum per Cruciatam, & privilegia Regularium. t.4. tr.3. r.133. §.2. p.122
In absentia an possit hæreticus occultus dispensari, & absolvi ab Episcopo, si ipsum adire non possit? t.5. tr.8. r.18 §.1. & seq. p.361
In absentia in casu necessitatis an possit quis dispensari ab Episcopo, vel regularibus, aut à Confessario virtute Cruciatæ ad petendum debitum? t.7. tr.1. r.278. §.3. p.186
In absentia an familiares Cardinalium gaudeant fructibus suorum beneficiorum? t.9. tr.7. r.61. §.1. p.399
Absentia, vide verb. *Abesse*, *Abstinere*, *Parlamentum*, *Servitium*, *Vicarius*. tom.7

Absolutio Sacramentalis.

Absolvens, Absolvere, Absolutus, Absolutio.
An Confessarius absolvens aliquem sine jurisdictione teneatur monere pœnitentem de defectu? t.1. tr.4. r.1. &c. p.221
Item est, si sine sufficienti dispositione pœnitentis eum absolvit, aut non obligavit ad restitutionem faciendam, ad quam debebat illum obligare. Ibid. &c.
An sit valida absolutio Sacramentalis collata sub conditione de futuro, vel de præterito? tom.1. tr.4. res.2. p.223
Et an, si quis impenderet absolutionem Sacramentalem dicendo, *Ego tibi peccata remitto, condono; remittuntur tibi peccata; Sacramentum absolutionis tibi impendo*; an, inquam, peccet mortaliter? ibid. §.14. & seqq. &c. p.224
An Confessarius absolvens pœnitentem sub his verbis, *Nos absolvimus vos in nomine Patris, &c.* Et supponitur Confessarium valide sic absolvere. t.1. tr.4. res.3. §.1. & 2. &c. p.224
Et advertitur posse interdum expedire unica absolutione absolvere multos, quando urget periculum mortis. Ibi, ad medium, §.2. &c.
Et docetur, in forma absolutionis pronomen *Te* esse de essentia Sacramenti. ibid. §.3. & in aliis ejus not.
An plures possint esse Ministri unius pœnitentis in eadem confessione? Et in textu hujus Resolutionis apponuntur ad impossibile aliqui casus pro praxi dictæ quæstionis. t.1. tr.4. r.4. &c. p.225
Sed magis difficultas est, an in dictis casibus essent duo Sacramenta, vel unum tantum? ibid. §.3
Item, quando duo valide simul absolvunt, possint singuli dicere, *Nos te absolvimus?* ibid. §.4
An sit valida forma absolutionis Sacramentalis, si dicatur, *Absolvo te*, non addendo *à peccatis tuis?* t.1.t.4. r.5. &c. p.225
Et quid est sentiendum, si Sacerdos solum diceret, *Absolvo?* Et an talis Confessarius sit denunciandus Sancto Officio? ibid. §.5. &c. p.227
An quando dicta verba *à peccatis tuis*, apponuntur, causent effectum principalem Sacramenti, tanquam pars formæ? t.1. tr.4. r.6. &c. p.227
An Sacerdos in articulo mortis relinquens illa verba *à peccatis tuis*, in forma absolutionis Sacramentalis, peccet mortaliter? Et quid extra articulum mortis? t.1. tr.4. r.7. & in aliis ejus not. 1. & 2. p.228
Et an peccet mortaliter, qui in articulo mortis relinqueret illa verba *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*, in Sacramentali absolutione? ibid. §.3. ad medium, à vers. Quod.
An quis peccet mortaliter, si formam absolutionis variet, dummodo tamen verba significent actum judicialem? t.1. tr.4. r.8. p.228
An siquis bona fide confiteatur cum simplici Sacerdote de venialibus, & mortalibus, valida esset absolutio? t.1. tr.4. r.9. & in multis aliis ejus not. p.229
Et an etiam, si quis cum attritione cognita confiteretur cum simplici Sacerdote non approbato, bona tamen fide, si moriatur ante aliam confessionem, salvus, fiat. ibid. §.3
Et infertur confitentem, bona fide, peccata reservata manere absolutum, unde si Sacerdos culpabiliter absolvit, tenet absolutio, ibid. à lin.6. dicti §.3. &c.
An quilibet Sacerdos possit peccata venialia absolvere? t.1. tr.4. r.10. & in multis aliis ejus not. p.229
Et an hoc etiam extendatur ad mortalia legitime confessa? ibid. §.3. in principio. p.230
Et an nullus Prælatus Papa inferior, possit hanc jurisdictionem à Sacerdotibus auferre? ibidem à lin.4. dicti §.3. &c.
Et notatur, quod in dicto casu, quod si quis confitetur sola venialia, si habet aliquod peccatum mortale nondum confessum, quod tamen oblitus est, ab illo remanet absolutus, etiam si confessarius sit simplex Sacerdos, ibid. §.4. p.231
An nominatim excommunicatus possit valide absolvere à venialibus? t.1. tr.4. r.11. p.231
An absolutio Sacramentalis data ab excommunicato vitando sit valida? Et an hoc etiam intelligatur, si confessio, & absolutio de peccatis venialibus tantum sit? t.1. tr.4. r.12. p.231
Et an Sacerdos. v.g. qui in Hispania est nominatim excommunicatus, vel notorius clerici percussor, si in Sicilia venit, ubi hoc ignoratur, & confertur sibi beneficium Parochiale, confessiones, quas audit, validæ sint, &c. ibid. §.7. ad medium, p.232
An Sacerdos suspensus valide absolvat? t.1.tr.4. resol.13. pag.232
An Sacramenrum Pœnitentiæ ministratum à Sacerdote interdicto sit nullum, & ejus absolutio invalida? Ex quo aliqua alia inferuntur circa hoc. t.1. tr.4. res.14. pag.232
An irregularis valide absolvat? tom.1. tractat.4. resol.15. pag.233
An pœnitens graviter peccet petens absolutionem ab eo irregulari, quem scit illam non posse conferre sine gravi peccato, & ponat obicem, ita ut absolutio sit invalida? ibid. §.3
An si non adsit Sacerdos nisi mutus, possit in articulo mortis absolvere moribundum signis, aut scriptura? t.1. tr.4. r.16. §.2. p.233
Et supponitur esse de essentia Sacramentalis absolutionis, ut proferatur voce humana. Et negatur Angelos ministrare posse Sacramenta, etiam per corpora assumpta. ibid. §.1. & in aliis ejus not. ibid.

An

An sit absolvendus, qui non confitetur nisi generalia? t. 1. tr. 4. r. 17. &c. p. 234
Et pro praxi quæritur, an si rusticus, qui grosso modo sine certo numero peccatorum mortalium indocto Parocho, bona fide, confessus est, teneatur postea detecto errore, confessiones factas reiterare? ibid. §. 4. &c. p. 235
Et an saltem in dicto casu teneatur rusticus denuo confiteri, & declarare numerum peccatorum, quæ in aliis Confessionibus non fuit confessus, sed in confuso tantem? ibid. *ad medium dicti* §. 4. p. 235
Et observatur, quod in articulo mortis, si aliquis diceret in specie, commisi multa perjuria, v. g. explicando numerum propter temporis angustiam, possit absolvi, &c. ibid. §. 5. &c. p. 235
Et notatur confessiones bona fide factas post confessionem invalidam non esse necessario repetendas. ibid. §. 7. &c. ibid.
Et datur Regula, quomodo pœnitens debeat se accusare de peccatis omissis in confessionibus invalidis, quando de uno valide confiteatur, ibid. in dicto §. 7. &c.
An pro danda absolutione Sacramentali sufficiat, quod pœnitens se accuset, de peccato veniali in genere? t. 1. tr. 4. r. 18. &c. p. 235
An qui cum dolore universali se accusat in confessione de venialibus, non determinando peccata in particulari, remaneat absolutus ab omnibus? tom. 1. tract. 4. r. 19. pag. 236
An, qui inadvertenter non absolvit pœnitentem, possit illum absolvere parum distantem? t. 1. tr. 4. r. 20. &c. pag. 234
An in dubio, si puer habeat usum rationis, sit absolvendus? Et maxime in articulo mortis an sit absolvendus, & absolvi debet? t. 1. tr. 4. r. 21. &c. p. 237
Ex quo etiam deducitur, quod si quis adultus confiteatur aliquid, quod dubitetur, an sit veniale, an sit absolvendus saltem sub conditione? ibid. ad lin. 10. dictæ Res. &c.
An in dubio, si puer septennis usum rationis habeat, possit Confessarius illum absque conditione absolvere? t. 1. tr. 4. r. 22. &c. p. 237
An in casu, quo Confessarius debeat præbere absolutionem Sacramentalem sub conditione, sufficiat, quod conditio sola mente sistat? tom. 1. tract. 4. resol. 23. &c. pag. 238
An si Confessarius habeat evidentiam, quod pœnitens fecerit tale peccatum, & si non est confessus, debeat illum absolvere? t. 1. tr. 4. r. 24. &c. p. 238
An excommunicatus, si Sacramentum Pœnitentiæ recipiat, valide absolvatur? t. 1. tr. 4. res. 25. & in multis aliis ejus not. p. 239
An blasphemus consuetudinarius, & admonitus sæpius in aliis confessionibus sit statim absolvendus? t. 1. tr. 4. r. 26. &c. p. 239
Et an teneatur acceptare aliquam pœnitentiam, si postea forte blasphemet? Idem quæritur de jurante falso ex consuetudine. ibid. §. 3. & in aliis ejus not. ibid.
Et docetur non esse consilium bonum, si Confessores jurare, vel promittere faciant pœnitentes aliquam pœnam subire, si reinciderint in aliquod peccatum; & ideo neque debent Confessarii exigere à suis pœnitentibus juramenta, vel vota desistendi ab aliquo crimine, ibid. §. 5. p. 240
Et quid est dicendum de eo, qui concubinam domi habet cum proxima & morali occasione peccandi; an si promisit emendationem, & non est emendatus, sit illi absolutio impertienda? t. 1. tr. 4. r. 27. §. 2. ad medium, à vers. Quod tamen. &c. p. 240
An quis teneatur occasionem proximam peccandi vitare cum suo magno detrimento, ita ut Confessarius non possit illum absolvere? t. 1. tr. 4. r. 28. &c. p. 241
Sed difficultas est, quando nullus apparet profectus, an sit impertienda absolutio toties, quoties? ibi, §. 2. &c. ibidem.
An aliquando sint absolvendi, qui nolunt dimittere occasiones proximas peccandi? Et pro praxi dictæ quæstionis multi casus in corpore hujus Res. explanantur, sæpe contingentes in facto, quos Confessarii in promptu habere debent, quia quotidiani. t. 1. tr. 4. res. 29. & in multis aliis ejus not. p. 241
An propter reincidentias frequentissimas sit neganda, vel differenda pœnitentibus absolutio Sacramentalis? t. 1. tr. 4. res. 30. &c.
An prima vice concubinarius sit absolvendus, etiam si concubinam non ejiciat? tom. 1. tract. 4. resol. 31. &c. pag. 243
Et an hoc etiam procedere debeat quoad eos, qui etsi concubinarii non sint, populus tamen credit tales esse? ibi, in fine Res.
An in aliquibus casibus concubinarius non teneatur è domo expellere concubinam, ita ut Confessarius possit ei licite absolutionem impendere? t. 1. tr. 4. r. 32. & in aliis ejus not. p. 243
An Confessarius possit absolvere concubinarium amplius cum concubina non peccantem, permittens illam invisere fine alendi filios, & ne cum aliis ipsa se immiscendo sit dictis filiis dedecori? tom. 1. tract. 4. res. 33. pag. 244
An Parentes sint absolvendi, qui nolunt ad colloquium admittere filium, qui indignum matrimonium contraxit? Et quid si non indignum, saltem multum inæquale? t. 1. tr. 4. r. 34. p. 244
Quidam Sacerdos noluit absolutionem impendere cuidam in triremibus per totam vitam condemnato, quia habebat voluntatem quam primum fugiendi, tunc statim solutionem hujus casus enixe à me petierunt. Et an hoc intelligatur tam in Religiosis, quam in sæcularibus? t. 1. tr. 4. r. 35. p. 245
Quidam Vir nobilis est in mora solvendi debitum uncia-rum ducentarum ex contractu, sæpius confitetur, & non restituit, habet tamen animum restituendi; quæritur à Confessario, an sit illi absolutio deneganda, maxime cum creditor multoties ab illo petierit solutionem? t. 1. tr. 4. res. 36. p. 245
Cuidam Confessario olim hic casus accidit. Quædam mulier inter confabulationem cum viro sibi in matrimonium conjungendo dicebat illi verba non quidem turpia, sed affectuosa, & amatoria, unde postea in pollutionem, & distillationem incurrebat, sine ulla tamen delectatione, vel periculo alicujus consensus, quia erat timoratæ conscientiæ. Interrogatus fui, an peccaverit mortaliter, & si nollet desistere ab his confabulationibus, an esset ei absolutio deneganda? t. 1. tr. 4. r. 37. p. 245
Et in §. ult. dictæ Res. traditur Regula generalis ad decidendos casus particulares in pollutione prævisa, & quando causa pollutionis prævisa notabiliter & per se influit, vel non influit; & in aliis ejus not. p. 246
An absolutio bona fide obtenta à peccatis tantum, & non à censuris sit valida, si pœnitens est innodatus aliqua excommunicatione, etiam reservata, ita ut non teneatur iterare confessionem, sed tantum petere absolutionem ab excommunicatione? t. 1. tr. 4. res. 38. & in multis aliis ejus not. p. 246
Et quid, si Confessarius sciat peccata habere annexam excommunicationem, & eum, hoc non obstante, ex malitia absolvat, licet non habeat potestatem absolvendi à tali censura? ibid. §. 3. &c.
An non solum existens in articulo mortis, sed etiam in periculo possit absolvi à quocumque Sacerdote ab omnibus casibus? t. 1. tr. 4. res. 39. & in multis aliis ejus not. p. 246
Et an hæc sententia etiam intelligatur, dum absolvendus morali necessitate coactus bellum, v. g. seu naufragium aggreditur,

aggreditur, & secus si ex voluntate propria id faciat ? ibid. prope fin. Ref. &c. p. 247
An moribundus, quando alius non adest Sacerdos, possit petere à Sacerdote excommunicato, hæretico, schismatico, &c. absolutionem, etiam si sciat supradictos cum peccato Sacramentum administraturos ? t. 1. tract. 4. r. 40. & in aliis ejus not. p. 247
An Sacerdos hæreticus, excommunicatus non toleratus, &c. habeat potestatem absolvendi in articulo mortis ? t. 1. tr. 4. r. 41. & 42. p. 247. & 248
Et an in tali casu non solum licite pœnitens possit à talibus expetere absolutionem, sed etiam per se loquendo teneri, quia ex præcepto divino ad confessionem obligatur. ibid. §. 2. dictæ Ref. 41. &c. p. 247
An simplex Sacerdos, præsente Confessario jurisdictionem habente, possit absolvere moribundum ? t. 1. tr. 4. r. 43. & in plurimis aliis ejus not. p. 248
Et in textu dictæ Ref. advertitur, quod quando concurrunt inter se simplex Sacerdos, approbatus, & approbatus in altera Diœcesi, excommunicatus, irregularis, suspensus, interdictus, schismaticus, degradatus, &c. vel habens privilegium, quomodo, & quis præferendus est alter ad alterum in articulo mortis ad confitendum, & absolvendum infirmum. ibid.
An si Sacerdos simplex cœpit audire confessionem moribundi, & accedat Confessarius approbatus, teneatur desistere ab auditione ? t. 1. tr. 4. r. 44. p. 249
Et quid, si contingat simplicem Sacerdotem judicare infirmum esse in extremis, dum incipitur confessio, & postea ante absolutionem ita in melius abisse, quod extra periculum esse judicetur, an adhuc teneatur illum absolvere ? ibidem. prope fin. §. 1. à Vers. Et nota.
Et quid est agendum, si in eo articulo contingat pœnitentem Sacerdoti simplici invalide forsitan confiteri, quia in ea confessione mentitus est, & consequenter fuit invalide absolutus, si cupiente autem illo denuo confiteri eidem Confessario, & simplici Sacerdoti, superveniat legitimus Confessor ? ibid. §. 2
Et quid, si æger valide confessus est, & velit postea aliqua peccata oblita confiteri : an hæc possint, supervenient legitimo Confessario, absolvi ? ibid. ad medium dicti §. à Vers. Secus, &c.
Et an, qui absolutus est in prædicto periculo, vel articulo mortis à casibus reservatis teneatur postea recurrere ad Superiorem, si forte periculum evadat ? ibid. §. 3. &c.
Et quid, si casus habeant annexam censuram reservatam ? ibid. ad lin. 8. dicti §. à Vers. Solum, &c.
Et an, qui virtute Bullæ Cruciatæ absolvitur in articulo mortis à casibus in Bulla Cœnæ reservatis, non teneatur ad comparendum, nec possit illi id onus imponi ? ibid. post medium dicti §. 3. à Vers. Qui etiam, &c.
Quando puer est absolvendus in articulo mortis ? Et quid est faciendum, quando æque dubitatur puerum habere usum rationis & non habere ? tom. 1. tract. 4. resol. 45. pag. 250
An quando multis imminet periculum vitæ, ut sit in naufragio, peste, bello, &c. tunc singuli breviter possint dicere aliqua peccata, & sic absolvi ? Imo in dicto casu, an Confessarius ex charitate, ut aliis subvenire possit, & similiter ipse pœnitens, qui viderit aliorum periculum teneantur non perficere confessionem ? t. 1. tr. 4. r. 46. §. 1. 2. & 3. & in aliis eorum notationum, ibidem.
Et an in dicto casu possint simul, quando imminens periculum aliud non permitteret, ostendere dolorem, & aliqua peccata confiteri, & sic simul omnes absolvi unica absolutione ? ibid. §. 4. &c.
Et an in talibus casibus supradicti teneantur publice, vel per interpretem confiteri, cum remedium habeant contritionis ? t. 1. tr. 4. r. 47. §. 3. &c. p. 250
Et quid, quando probabiliter dubitant se veram contritionem habere ? ibid. in dicto §. 3
Et an sufficiat in dicto casu, ut omnes simul signo aliquo, v. g. ut genuflexione significent se peccasse, & ita possint à Confessario simul absolvi ? ibid. prope fin. Ref. &c.
An tempore pestis possit quis audire aliqua peccata, & confessione non finita, moribundum absolvere ? Et quid, si æger velit integre confiteri ? t. 1. tract. 4. r. 48. pag. 251
An liceat absolvere moribundum, qui vult præbere eleemosynam pro sepultura in loco magis honorifico ? t. 1. tr. 4. r. 49. p. 252
An sit absolvendus moribundus, qui vult mutare testamentum, quod in vita fecit cum juramento ? tom. 1. tr. 4. r. 50. p. 252
An infirmus debeat statim ante mortem restituere pecuniam, & famam ablatam, alias non possit absolvi ? t. 1. tr. 4. r. 51. p. 252
An lethaliter vulneratus, vel alias moribundus teneatur remittere inimico actionem injuriarum, vulgo dicimus, *Fazi la remissione*, nec aliter possit absolvi ? t. 1. tr. 4. r. 52. p. 253
Et quid, si læsus fuit primus, & injustus aggressor, vel inventus est cum uxore ? ibid.
Quidam in platea recepit vulnus lethale, si Confessarius illum audit, non potest mederi, si medetur, non potest confiteri, quid ergo est faciendum, ut Confessarius possit illum absolvere ? tom. 1. tract. 4. resol. 53. pag. 253
Et observatur, quod si evenit infirmum dedisse signa contritionis, & doloris, nullus tamen id testatur, non ob id poterit Confessarius eum absolvere sub conditione, dicendo *te absolvo*. Si forte signa præstitisti ? ibidem §. 3. &c.
De absolutione Sacramentali largienda moribundo. t. 1. tr. 4. r. 54. Prologus. p. 254
An sit danda absolutio ei, qui nutibus tantum quærit à Confessario absolutionem ? tom. 1. tract. 4. resolut. 55. pag. 254
An moribundus, qui non audit, neque loqui potest, sed tantum pectus suum pulsat, suspirans in cœlum oculos tollit, vel respicit aliquam Imaginem, hæc vidente Sacerdote, vel aliis testificantibus, sit absolvendus ? t. 1. tr. 4. r. 56. p. 255
Et an sit absolvendus Sacerdos, qui inchoata Missa, & si corpore prius sanus, voce amissa, cadens ad interitum rueret ? ibid. §. 5. &c.
Et quid est dicendum de illo, qui significans se cupere confiteri, & ideo ad genua Sacerdotis accedens subito apoplexia tangitur, antequam aliquod verbum proferat, an talis sit absolvendus ? ibid. ad medium dicti §. 5
An sit absolvendus moribundus, si exhibeat supradicta signa, sed dubitatur, an sint orta ex contritione, vel ex angustia mortis ? tom. 1. tractat. 4. resolut. 57. pag. 255
An Confessarius possit absolvere moribundum, qui in ejus absentia confessionem petiit, vel signa pœnitentiæ fecit, aliquo hoc testante ? t. 1. tr. 4. r. 58. & in aliis ejus not. p. 255
Quot testes in supradicto casu debeant testificari Confessario de signis contritionis moribundi, vel quod confessionem petierit ? tom. 1. tractat. 4. resolut. 59. pag. 257
Et non oportet in dicto casu testem esse Christianum, aut Infidelem, vel Hæreticum. ibidem ante medium, §. 2. &c.
An quem antea in periculo mortis Confessarius audierat, & non absolverat, si postea superveniens invenit illum adhuc vivum, sed amisisse sensum, possit illum absolvere ? t. 1. tr. 4. r. 60. p. 257

An ad absolvendum moribundum sit sufficiens notitia mediata, quæ ex testibus mediatis proveniat? t. 1. tr. 4. r. 61. p. 257

Et an in prædicto casu, secluſa omni attestatione testium, posset Sacerdos illum moribundum sensibus destitutum absolvere sub conditione? Imò, an ad id teneatur? ibidem §. 4. & in aliis ejus not. pagina 258

Quis non coram infirmo, sed statim in ejus absentia manifestavit Confessario illum petisse confessionem, vel signa contritionis ostendisse, quæritur, an si Sacerdos illum vivum adhuc inveniat, possit sacramentaliter absolvere? tom. 1. tractat. 4. resolut. 62. pag. 259

Et an adversus hoc non faciat decretum Clement. VIII. editum die 20. Junii 1602. in quo damnatur tanquam falsa, temeraria, & scandalosa illa propositio, scilicet licere per literas, seu internuntium confessionem absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere? ibid. §. 2

Et notatur Clem. VIII. In supradicto decreto declarare supradictam absolutionem, non solum illicitam, sed etiam invalidam, & nullam esse. ibidem §. 9. pagina 260

An Confessarius possit absolvere sub conditione moribundum sensibus destitutum, qui neque petiit confessionem, nec ullum signum dedit contritionis? t. 1. tr. 4. r. 63. 64. 65. p. 260. & 261

An Confessarius non solum possit, sed teneatur adhibere absolutionem in casibus supradictis, quia ex duabus opinionibus semper est eligenda illa, quæ favet pœnitenti, & quia in supradictis casibus Confessarius administrando Sacramentum cum opinione probabili, nullam illi injuriam infert? tom. 1. tract. 4. resol. 66. pag. 263

An quando Confessarius ex opinione probabili absolvit moribundum, possit ei absolutionem præbere sine conditione? tom. 1. tractat. 4. resolut. 67. pagina 264

* Vide verb. *Pœnitentiæ Sacramentum.*

Appendix ad cæteras alias difficultates mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. quæ simul pertinent ad hoc verbum Absolutio Sacramentalis, &c.

An Pontifex possit auferre à simplicibus sacerdotibus facultatem absolvendi à peccatis venialibus, & idem est dicendum de peccatis mortalibus alias ritè absolutis? Et an simplices sacerdotes habeant potestatem absolvendi à venialibus, & mortalibus alias ritè absolutis, nisi sint ab Episcopo approbati? Et quæritur, à quo jure id habeant absolvendi à supradictis peccatis, an à jure divino, vel per concessionem Ecclesiæ? t. 3. tr. 1. r. 35. p. 42

An Episcopus possit præcipere Parocho, ne absolvat ab aliquo peccato, & irritare aliter factum? Et an sit ministranda absolutio Sacramenti Pœnitentiæ infirmo, qui ante amentiam dedit signa contritionis? Et an, si Confessarius proferat verba formæ absolutionis Sacramentalis super legitimam materiam sine intentione absolvendi, etiamsi postea intentionem adhibeat, nihil efficiat? tom. 2. tract. 6. resolut. 70. 61. & 100. p. 370. 366. & 395

An si quis in forma absolutionis Sacramenti Pœnitentiæ relinqueret particulam *Ego*, incurrat culpam mortalem? Et an in Sacramento Pœnitentiæ in forma ejus absolutionis Sacramentalis exprimenda sit persona suscipientis hoc Sacramentum? Et quid præstare debeat, qui suscipit absolutionem Sacramenti Pœnitentiæ à Confessario de suo Baptismo dubio? Et an Confessarius audiens confessionem in peccato mortali, si ante absolutionem sacramentalem pœniteat, non peccet mortaliter? t. 1. tr. 1. res. 4. 60. 79. & 11. §. 2. in fine p. 5. 38. 51. & 10

An Confessarius non proprius, ut regularis, & non proprii Pastores, & Parochi, peccet mortaliter, vel tantum venialiter, si pœnitentem habentem pro se opinionem probabilem, nollet illum absolvere? Et an hoc etiam procedat, si Confessarius falsam esse opinionem pœnitentis existimet, si tamen probabilis reputatur inter Doctores probatæ authoritatis? Et an qui petiit confessionem possit absolvi sine conditione in articulo mortis? Et an sit opinio probabilis asserere in articulo mortis, præsente Parocho, posse quemlibet Sacerdotem absolvere moribundum? t. 8. tr. 1. res. 6. 3. & 7. p. 5. 2. & 5

An per absolutionem sacramentalem præstitam ab eo, qui Sacerdos non est, inducat irregularitatem? t. 5. tr. 5. r. 24. §. 4. p. 218

An Clerico habenti tonsuram sit largienda à Confessario absolutio à suspensione, quatenus indigeat? t. 5. tr. 3. r. 12. p. 174

An si quis esset morti vicinus, & Sacerdos recuset eum absolvere, si non detur quantitas pecuniæ, nec alia via possit conferri absolutio in extrema necessitate, licitum sit ei pecuniam præbere? t. 1. tr. 1. res. 27. in fine p. 20

An absolutio data homini in domo incluso sit valida? Et an Sacerdos, vel laïcus, si sint in periculo mortis, nec adsit, qui eos Sacramentaliter possit absolvere, possint communicare sine confessione? t. 2. tr. 1. r. 110. & 134. p. 131. & 145

An Confessarius propter consuetudinem peccandi possit differre absolutionem? Et an Confessarius jus habeat ad interrogandum pœnitentem de consuetudine peccandi? Et infertur, quod si pœnitens probabiliter credit Confessarium non impensurum illi absolutionem, si fatetur consuetudinem peccandi, possit æquivocatione utendo negare consuetudinem. Idem est de consuetudine proxima inevitabili tamen sine magno incommodo, & scandalo. tom. 1. tr. 7. r. 125. pag. 406

An sit deneganda absolutio pœnitenti, qui mutuo dedit concubinæ centum aureos, quorum recuperationem amittit, si è domo eam ejiciat? t. 8. tr. 6. res. 5. §. 2. ad lin. 4. pag. 137

An sit absolvendus moribundus, qui non vult recipere Extremam-Unctionem, vel Confirmationem? tom. 2. tr. 4. r. 24. p. 256

An mulier superfluè ornata, & potissimum nudans pectora, & si ornatum nollet deponere, possit nihilominus absolvi in confessione? tom. 7. tractat. 5. resolut. 11. §. 2. prope finem, à versu Ex quo, pagina 333

Petrus deambulando per civitatem invenit crumenam cum magna pecuniarum quantitate, facta autem debita diligentia, non reperit Dominum: ideo per multos annos sibi retinuit; nunc Confessarius denegat ei absolutionem, si pauperibus dictas pecunias non restituit, quid faciendum?. Et etiam fuit sæpius à diversis Confessariis ad me delata ista quæstio. An gabella possit imponi rebus ad proprios usus necessariis; nimirum carnibus, piscibus, sali, frumento, oleo, &c. & si pœnitens nolit restituere defraudationem talis gabellæ, an sit illi deneganda absolutio. t. 8. tr. 7. res. 22. & 60. & in aliis plurimis earum notationum. p. 158. & 184

An Pater sit absolvendus, qui vult relinquere filium hæredem tantum in legitima, &c. Et an si moribundus non vult relinquere hæredem fratrem, sed extraneum? t. 6. tr. 8. r. 106. & 107. per tot. p. 446. & 447 An

An Sacerdos, qui non potest absolvere nisi satisfacta parte, si absolvat, non satisfacta parte, absolutio sit illicita, sed non invalida? Et an reus non sit cogendus à Confessario, ut veritatem aperiat in causa capitali, honoris, famæ, triremium, & confiscatione omnium bonorum, & similibus, dum adest spes evadendi, & Confessarius in his, & similibus casibus teneatur absolvere eum, qui est in proposito negandi veritatem, utendo restrictione mentali, aut æquivocatione? tom. 6. tr. 1. res. 30. §. 5. & 100. prope finem pag. 23. & 66

Quidam filiusfamilias, qui parum poterat perdere, lucratus est magnam pecuniarum summam; cum postea ad Sacramentum Pœnitentiæ accederet, noluit illum Confessarius absolvere, nam asserebat non posse plus lucrari, quam posset perdere. Quæsierunt à me postea, an rectè Confessarius procedat, negando absolutionem, si pœnitens nolit dictas pecunias restituere? t. 6. tr. 4. r. 21. p. 253

An qui vi, metu, & fraude, vel dolo, aut alio quocumque casu inter Infideles fidem negans, corde tamen illam retinens, possit postea inter Christianos rediens absolvi à quocumque Confessario ab ordinario approbato? Et quid de blasphemantibus hæreticaliter inter Christianos? Et de illusoribus Imaginum Sanctorum; & de comedentibus carnes tempore prohibito? t. 5. tr. 8. res. 25. & in aliis ejus notationum. pag. 363

An propter sollicitationem in confessione non possit Confessarius aliquem absolvere, si denunciationes non sint factæ ante confessionem; vel sufficiat, ut pœnitens promittat denunciare? tom. 5. tract. 9. resolut. 22. pag. 387

An possit Confessarius absolvere eum, qui unam paginam Libri hæretici legerit? Et quid, si legantur duæ, vel tres lineæ, in quibus legens certo novit contineri hæresim? tom. 5. tractat. 10. resolut. 146. pagina 473

* Nota, quod pro absolutione virtute Cruciatæ legendi, & retinendi Libros hæreticos invenies diversas quæstiones circa hoc in tom. 4. tract. 3. de Bulla Cruciatæ, signanter à resolut. 41. ad 48. inclusivè. Et in multis aliis resolutionibus pro aliis diversis, & mixtis casibus, & absolutione eorum vigore Bullæ Cruciatæ, quos facillimè ibidem, si requiris, invenies, & in hoc indice in verbo *Bulla Cruciata.*

* Adverte etiam, quod in tomo 4. tractatu 4. de Jubilæo sunt aliquæ difficultates, sed omnes mixtæ pro peccatis absolvendis tempore Jubilæi, quas ibi sine fastidio reperies, & in hoc indice in verbo *Jubilæum.* Similiter in tomo 7. tractatu 1. de Regularibus sunt multæ resolutiones, & in illis diversæ quæstiones pertinentes ad Regulares circa hanc sacramentalem absolutionem, dispensationem, & votorum commutationem; ideò si ita casus mixtus occurrerit, require illum ibidem in resolutionibus hic assignandis, & non in aliis præcitati tractatus, videlicet in resolut. 30. 87. 88. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 108. 109. 110. 111. 112. 120. 122. & in aliis pro absolutione à peccatis ipsorummet Religiosorum. Sed pro absolutione à reservatis pœnitentium sæcularium, & absolutione à diversis censuris ab illis incursis pro votorum commutatione, & dispensatione illorum, & dispensatione petendi debitum, require ibi à resol. 263. ad 282. & in res. 300. & 301. Et omnia supradicta in hoc §. invenies in hoc indice in verbo *Regulares.*

An Confessarius habens facultatem dispensandi super certam materiam, dispensatio sit valida, si in confessione sacramentali internè illam fecerit; putando tamen tam ipse, quam pœnitens non esse necessarium verbis expressis illam facere, vel an sit necessarium iterum expressè dispensare, & proferre verba dispensationis, dicendo, *Dispenso tecum, &c.* Et an hæc dispensatio possit fieri à sacerdote, etiamsi dispensans sit absens? t. 3. tr. 2. res. 156. p. 279

Absolutio an deneganda sit pœnitenti, qui non vult acceptare pœnitentiam à Confessario sibi injunctam? t. 1. tr. 6. r. 4. p. 308

Absolutio Sacramentalis, & alia sacramenta an possint licitè recipi à Ministro malo, sed parato ministrare? t. 1. tr. 1. r. 20. p. 17

Absolutio à Confessario an sit deneganda habenti consuetudinem jurandi ex inadvertentia? t. 8. tr. 4. r. 65. §. 3. p. 81

Absolutio an sit deneganda volenti restituere per partes, si habeat potestatem restituendi totum? t. 8. tract. 7. r. 21. p. 158

Absolutio an sit valida, si pœnitens bona fide sua peccata aperiens, sed Confessarius quandoque dormiebat, dum ille confitebatur, an vero talis confessio tanquam nulla sit iteranda? t. 1. tract. 3. resolut. 33. pag. 111

Absolutiones datæ cum errore communi, præsertim si accedat titulus coloratus jurisdictionis, validæ sunt. ibid. r. 20. p. 96

Absolutio à pœnitente obtenta à Confessario cum falsa licentia Ordinarii, an sit nulla? ibid. resolut. 21. pag. 97

Absolutio obtenta à pœnitente, qui scit Confessarium esse privatum jurisdictione, quod ipse Confessarius ignorat, an sit valida? ibid.

Absolutio data à Confessario, qui non recordatur statum pœnitentis, an sit valida? ibid. resolut. 38. pag. 115

Absolutio an sit danda illi, qui sine causa præberet Confessario sua peccata scripta, & de illis, illo præsente se accusaret? ibid. r. 77. p. 138

An muti, & surdi à nativitate teneantur confiteri, & sint absolvendi? tom. 2. tractat. 2. resolut. 93. §. 1. ante medium, à versic. Quod quidem. pagina 216

Absolutio, & Pœnitentia non est deneganda mulieri, si nolit revelare filium esse spurium. t. 2. tr. 6. res. 233. §. 4. in fine. p. 478

Aliquando Confessarius absolvere potest sub conditione de præsenti, dicens, *Ego te absolvo, si habes usum rationis.* Idem est, si judicare non possit, an pœnitens præbeat sufficientem materiam absolutioni Sacramentali. Et an in his casibus sufficiat habere hujusmodi intentionem, & conditionem in mente retentam? tom. 1. tractat. 3. resolut. 16. §. 1. post medium. pag. 94

Docetur non esse puniendum Confessarium absolventem aliquem cum opinione probabili. t. 5. tr. 10. r. 81. §. 2. à lin. 2

An Confessarius propter consuetudinem peccandi possit differre absolutionem? t. 1. tr. 7. res. 125. §. 1. à lin. 5. pag. 406

Et an Confessarius habeat jus ad interrogandum de consuetudine peccandi; quia nullo præcepto humano induci potest, quod pœnitens obligetur peccata legitimè confessa repetere, quando non intervenit reservatio; imò licet interveniat reservatio, non potest pœnitens obligari ad iterum confitendi peccata. ibid. §. 2. ibid.

Et ideo infertur, quod si pœnitens probabiliter credat Confessarium non impensurum illi absolutionem, si fateretur consuetudinem peccandi posse æquivocatione utendo negare consuetudinem? Et an hoc etiam procedat,

procedat, si credat absolutionem se nacturum, ibidem. §. 4. &c.
Idem est de occasione inevitabili tamen sine magno incommodo, & scandalo; nam in tali casu posset etiam pœnitens æquivocatione uti, licet à Confessario de tali occasione interrogetur. ibi. in dicto §. ante medium, à vers. Idem, &c.
Et notatur non esse denegandam absolutionem habenti consuetudinem jurandi, nec ignoranti doctrinam Christianam, & sæpe monitus non didicisset, dummodo pœniteat de præterito, & proponat de futuro. ibidem in fine dicti §. 4. &c.
Et tandem infertur peccatorem consuetudinarium in quocumque peccato, dummodo habeat dolorem de peccatis, & firmum propositum cavendi de cætero esse absolvendum toties, quoties. ibi. §. 5. &c.

DE ALIQVIBVS RESERVATIS, & specialiter de eorum Absolutione.

An non solum in articulo mortis, sed etiam in periculo possit quis eligere Confessarium non approbatum pro omnibus censuris, & peccatis reservatis? Et an quilibet Sacerdos possit absolvere ab omnibus censuris, & peccatis reservatis in prædicto articulo, & periculo mortis? t. 1. tr. 5. r. 1. 2. & in multis aliis earum notationum. p. 264
Et an sub nomine Sacerdotum in hoc casu comprehendantur non approbati, excommunicati, suspensi, irregulares, degradati, cessante periculo perversionis, &c. Et quid de simplici Sacerdote, præsente Parocho? ibidem. §. 1. dictæ r. 2
Et in §. ult. hujus r. 2. docetur, quomodo hæc sententia *in periculo mortis* intelligatur. ibid.
Et quid, si propria sponte quis periculum mortis adeat, v. g. in bello justo, maris longa navigatione, &c. ibidem. §. 2. &c.
An absolutio à reservatis, quæ potest, ut dictum est supra, impendi à quolibet Sacerdote in periculo mortis, possit dari à prima die infirmitatis, quæ ponit infirmum in tali periculo? t. 1. tr. 5. r. 3. p. 265
Quando censeatur non adesse copiam Confessoris habentis potestatem in censuras, & peccata reservata, ut possit constitutus in articulo mortis absolvi à quocumque Sacerdote? t. 1. tr. 5. r. 4. & in aliis ejus not. p. 265
An simplex Sacerdos possit absolvere à censuris, & casibus reservatis omnes parturientes, tanquam constitutas in periculo mortis? t. 1. tr. 5. r. 5. & 6. p. 266
Advertitur quoad absolutionem idem esse periculum, & articulum. t. 1. tr. 5. r. 7. §. 1. &c. p. 266. & seq.
Et notatur quemcumque Sacerdotem potentem alios absolvere saltem à venialibus, habere facultatem in articulo mortis absolvendi quoscumque pœnitentes à quibuscumque peccatis, & censuris quantumvis alias reservatis Sedi Apostolicæ, aut cuivis alteri Superiori, etiam si præsens sit proprius Sacerdos, qui alias habeat facultatem absolvendi ab omnibus. ibidem. §. 3. p. 267
Et docetur, quod quando Sacerdos est impeditus hæresi, apostasia, schismate, & similibus impedimentis notis pœnitenti, tunc non potest in articulo mortis absolvi ab illo, si adsit alius censura carens, aut prædictis, & similibus vitiis. ibi. prope finem dicti §. à vers. Limitat, p. 267
Et an possit Sacerdos absolvere à reservatis in articulo mortis, quando pœnitens solum habet reservata, adest tamen Parochus, vel alius Sacerdos expositus ab Episcopo pro audiendis Confessionibus? ibidem. §. 4. &c.
Et quid, si cum reservatis habeat pœnitens aliqua peccata non reservata, & adsit Parochus, vel alius approbatus, an tunc sint præferendi simplici Sacerdoti? ibidem sub finem resol. à vers. Quod si.
An remigantes possint absolvi à quocumque Sacerdote ab omnibus reservatis tanquam constituti in periculo mortis? t. 1. tr. 5. r. 8. & 9. p. 268. & 269
Et quid de obsessis, & obsidentibus? Ibi. §. 2. r. 8. p. 268
Et quid est faciendum, quando Confessor absolvit pœnitentem de aliquo casu reservato non habens jurisdictionem? ibi. §. 6. p. 269
An bannitus qui impune potest occidi, possit absolvi, ut moribundus? Et quid, si habeat salvum conductum? t. 1. tr. 5. r. 10. p. 269
An damnati ad mortem sint in articulo mortis, ita ut possint absolvi modo, quo supra dictum est de aliis moribundis? t. 1. tr. 5. r. 11. p. 269
Et an si damnati habeant peccata reservata, non teneantur mittere Confessarium, nec Confessarius teneatur adire Superiorem pro facultate, etiamsi possit, & etiamsi simul sint in eadem domo Prælatus, & subditus? ibidem. à lin. 6. r. & in aliis ejus not.
An existens in civitate, & si sanus, ubi grassatur pestis, possit à quocumque Confessario non approbato absolvi, tanquam constitutus in articulo mortis? t. 1. tr. 5. r. 12. p. 270
Et advertitur, quod debent in casu de quo loquimur, Episcopi omnes suos casus, omnemque suam authoritatem omnibus Confessariis à se approbatis, & præsertim omnibus animarum curam habentibus concedere, & etiam pro se, & omnibus aliis Confessoriis obtinere à Sede Apostolica facultatem absolvendi à casibus, & censuris Papalibus pro præsenti casu, & similibus. Ibidem. §. 4. p. 270
An absoluti in articulo mortis à casibus reservatis, teneantur, si convaluerint comparere coram Superiore, sicut tenentur, si fuerint absoluti à censuris? t. 1. tr. 5. r. 13. p. 270
Et subditus absolutus ex facultate concessa cum onere comparendi, si ante absolutionem ignoravit dictum onus, an teneatur comparere? ibidem. §. 1.
An quando quis confitetur, si absque magna nota, & infamia non possit adire Superiorem, relinquendo confessionem, pro absolutione alicujus casus reservati, possit adhuc Confessarius de illo peccato absolvere? t. 1. tr. 5. r. 14. p. 270. & seq.
Et quid in dicto casu, si quis ob peccatum reservatum incidit in excommunicationem similiter reservatam? ibi. §. 3. & in aliis ejus not.
In Sacra Pœnitentiaria conceditur aliquando facultas absolvendi *pro hac vice*, quæritur, quomodo sit intelligenda illa particula? t. 1. tr. 5. r. 15. p. 272
Et notatur, quod quando in Sacra Pœnitentiaria quis peteret facultatem pro uno indigente licentia, ut possit absolvi pro una vice, non censetur excluſus ipse petens? t. 1. tr. 5. r. 15. §. 6. p. 273
Et quid, si aliquis peteret facultatem pro una vice pro casibus reservatis, an includatur in hac petitione ipsemet petens? ibid. ad lin. 5. dicti §. à vers. Sed quid. &c.
An qui legitime impeditus non possit ire Romam pro absolutione, teneatur illam per literas obtinere à Sacra Pœnitentiaria? t. 1. tr. 5. r. 16. & in multis aliis ejus not. p. 273
Difficultas vero est, an facultas à jure Episcopis permissa in tali casu se extendat ad omnes culpas, & censuras Sedi Apostolicæ reservatas?
Et quid in casu hæresis? ibi. §. 6. & in multis aliis ejus notationum, p. 274
Et notatur, quod Episcopus potest subditos impeditos absolvere ab excommunicatione Papali, sive occulta, sive publica, non audita confessione Sacramentali, & sic subditus à censura absolutus, poterit deinde à quocumque Confessario absolvi à culpa, & in prædictis casibus sive

sive Episcopus, sive subditus sint intra diœcesim, sive extra. ibid. §. 9. & in multis aliis ejus not.
An impeditus ire Romam pro absolutione casus Papalis, si sit etiam impeditus adire Episcopum, possit à Parocho, vel à quolibet Confessario absolvi? tom. 1. tr. 5. r. 17. p. 274
An impeditus adire Episcopum pro suis casibus reservatis possit absolvi à quocumque Confessario exposito cum obligatione comparendi coram Episcopo? t. 1. tr. 5. 18. & in aliis ejus not. p. 275
Et in §. ultimo hujus r. explanatur, quid facere debeat absolutus ab inferiori etiam extra articulum mortis à culpis Episcopo reservatis ob accessum ad eumdem Episcopum difficilem. ibidem. &c.
An Pœnitentiarius Ecclesiæ Cathedralis, possit ab omnibus casibus reservatis ab Archiepiscopo absque ejus licentia, & independenter ab illo absolvere? Et pro elucidanda doctrina dictæ quæstionis aliqua alia notabilia explanantur, & tandem probatur factum Prædecessoris, non obtinere successorem. t. 1. tr. 5. r. 20. per totam, p. 276
Magis firmatur id quod dictum est in superiori resolutione, nempe Pœnitentiarium Ecclesiæ Cathedralis non posse absolvere à casibus Episcopo reservatis. Ex quo sequitur, quod non sit credendum Doctoribus testantibus de consuetudine. tom. 1. tract. 5. resol. 21. &c. p. 277
An privilegia à Pontificibus concessa, ut absolvamur à casibus reservatis Episcopo, intelligantur independenter ab Episcopo ipso? Et advertitur potestatem Episcopis reservandi peccata concessam illis esse à summo Pontifice, & non à jure divino. t. 1. tr. 5. resol. 22. p. 279
Et docetur, quod si Pontifex non potest pœnitus ab Episcopali ordine potestatem reservandi casus tollere, potest tamen illam restringere, aut limitare, tanquam supremus jurisdictionis Collator; & ideo, si Pontifex Episcoporum potestatem vellet restringere, & Episcopus vellet potestatem Parochorum limitare plusquam par est, restricta, & limitata erit. ibi. §. 5. per totum.
Et supponitur Pontificem posse sibi reservare aliqua peccata pro tota Ecclesia; Episcopus pro suo Episcopatu; & Parochus pro sua Parochia; sed hæc ultima reservatio ferè semper inutilis erit. ibidem. §. 4. p. 280
An Confessarius absolvens à casibus Episcopo reservatis sine prætextu alicujus privilegij incidat in excommunicationem, & alias pœnas Decreti Clem. VIII. t. 1. tr. 5. r. 23. p. 280
Et an Religiosus, qui absque facultate absolverit ab aliquo casu in Religione reservato, non incidat in pœnas dicti decreti juxta aliud decretum Clem. VIII. ibi, §. 3. &c.
Et an, qui absolvit à reservatis sub spe ratihabitionis, vel ex inconsideratione, aut ignorantia, non tamen crassa, aut affectata, incidat in dictam excommunicationem? §. 4. &c.
Et an Sacerdos, qui in dictam excommunicationem incidit, absolvendo absque facultate à casibus reservatis, possit absolvi ab Episcopo virtute Concilij Trid. sess. 24. de reformat? ibi. §. 5. &c.
Idem est, an Episcopus possit absolvere à casibus reservatis ex nova lege post dictum Concilium Trid. & quid circa hoc declaravit Sacra Cardinalium Congregatio? ibi. à lin. 6. dicti §. & seq. &c.
An absolutio casuum reservatorum ex præsumptione ratihabitionis sit valida? Ex quo in corpore hujus r. quinque objectiones deducuntur circa hoc, & in ultima sequitur Confessarium graviter peccare, qui ita Confessionem audire incipit. Et similiter peccare graviter, qui tale sciens confitetur, quamvis is facilius ex ignorantia possit excusari. t. 1. tr. 5. r. 24. per totam, &c.
Quid facere debeat Confessarius, qui malè absolvit pœnitentem de aliquo casu reservato non habens jurisdictionem? t. 1. tr. 5. r. 25. p. 282
An confitens superiori liberetur à reservatione quoad peccata oblita? t. 1. tr. 5. r. 26. p. 282
Ex quo infertur, si superior absolvat ab una censura solum, & habeat potestatem delegatam, non manere pœnitentem absolutum ab aliis, quas fortè incurrerat, nec ablatam esse reservationem pro illis. ibidem. §. 5. p. 283
Sed quid est sentiendum, quando absolvit generaliter ab omni excommunicatione in quantum potest; & quando absolvit generaliter à peccatis; an tunc verba dirigantur ad omnes censuras, & peccata reservata, & per consequens ad omnia oblita? ibid. ad medium dicti §. 5
An quis possit licite absolvere pœnitentem, qui peccata reservata habet cum onere, ut ea sola postea Superiori confiteatur? t. 1. tr. 5. r. 27. p. 288
Et quid, si excommunicatio annexa sit peccatis reservatis? ibidem cursim in fine r. &c.
An pœnitens, qui à Superiore fuit absolutus à peccatis reservatis, teneatur postea ista cum aliis Sacerdoti inferiori confiteri? t. 1. tr. 5. r. 28. p. 284
An qui confessus est omnia peccata reservata legitimo Superiori, invalidè tamen vel ex defectu doloris, vel ex integritate, teneatur postea cum legitimo superiore confiteri, vel sufficiat cum quocumque Confessario approbato? Et an hoc procedat in dictis peccatis Confessis tempore Jubilæi? t. 1. tr. 5. r. 29. §. 1. per totum, p. 284
Et an, quando quis confitetur bona fide in aliquo die septimanæ Jubilæi casus reservatos, & postea non adimpleat alia opera præcepta in Jubilæo, peccata illa maneant reservata. ibi. §. 2. &c.
Et quid est dicendum de peccatis oblitis in illa Confessione, an possint postea confiteri non habenti potestatem in reservata, etiam si Jubilæum non lucratus fuerit? ibid. in dicto §. &c.
An Confessio reservatorum invalida, si facta est Confessario habenti tantum facultatem delegatam, tollat etiam reservationem? t. 1. tr. 5. r. 30. à lin. 5. §. 1. p. 284
Et an hoc omnino certum sit, quando peccatum est reservatum ob annexam censuram? ibid. in fine r.
An Sacerdos, qui habet casus reservatos, à quibus præsens Confessarius illum non potest absolvere, possit contritus sine prævia Confessione Sacrum conficere? t. 1. tr. 5. r. 31. p. 285
Et si talis Sacerdos habeat cum aliquo peccato reservato aliqua peccata non reservata, vel saltem alia peccata venialia, teneatur confiteri omnia supradicta peccata venialia, & reservata, ut possit saltem ab illis indirectè absolvi? ibi. §. 2. &c.
Et quid est dicendum, si Sacerdos qui habet peccatum reservatum, habeat etiam facultatem, ut possit illud confiteri cum inferiori, sed cum onere postea comparendi coram superiore, an possit omittere Confessionem? ibi. §. ult. &c.
Quidam habebat casum reservatum cum excommunicatione, & urgente necessitate celebravit, quæsierunt, an in tali casu tenebatur confiteri Sacerdoti inferiori? Idem est de laico, urgente necessitate ad communicandum. t. 1. tr. 5. r. 32. p. 285
An si quis habeat peccata reservata, & ratione scandali teneatur confiteri, si non adsit Sacerdos in talia peccata facultatem absolvendi habens, possit quis confiteri alia peccata, & reservata relinquere? t. 1. tr. 5. r. 3. p. 287
Ex quo etiam deducitur, quid facere debeat ille, qui tenetur confiteri tempore Paschatis, vel facere Sacrum, aut sumere Eucharistiam ratione scandali, & tamen est innodatus aliqua excommunicatione propter hæresim? ibid. §. 3. & in multis aliis ejus not.

An qui solum habet unicum peccatum mortale, & illud non potest declarare Confessario sine aliquo ex notabilibus incommodis, teneatur illud tacendo, confiteri sola venialia quando obligat præceptum confessionis, etiam extra mortis articulum? tom. 1. tr. 5. r. 36. §. 2. ad medium, p. 288

An una nox sit longum tempus, ut possit quis confiteri reservata cum Sacerdote non habente potestatem de illis absolvendi? t. 1. tr. 5. r. 37. §. 2. p. 288

Et supponitur posse quem confiteri dimidiata confessione, vel etiam explicato casu reservato cum onere postea comparendi, quando longa temporis mora est interiicienda. ibid. §. 1. &c.

An qui ignorat reservationem alicujus casus incurrat in illam? Et quid ex praxi omnium Religionum, in quibus ignorantia reservationis non tribuit facultatem absolvendi pœnitentem, qui reservationem ignoravit? t. 1. tr. 5. r. 38. per totam, & in r. 39. p. 289

Et in §. 3. Nota etiam, dictæ r. 39. alii septem casus cursisime adducuntur, sed jam omnes in corpore, vel in Appendice hujus tr. 5. sunt appositi. ibid. &c.

An pœnitens bona fide confitens casum reservatum, nesciens esse talem absolvatur valide? tom. 1. tr. 5. res. 40. pag. 291

Et quid, si dubitet, an sit reservatum, & post absolutionem novit esse talem. v.g. Si propter dubium Sacerdos inferior absolvit ab hæresi, vel ab alio peccato reservato, & postea pœnitens, re melius examinata, deponat dubium, & recordetur certo peccati commissi, quod erat reservatum, an censeatur legitime absolutus, vel an debeat recurrere ad Superiorem pro absolutione? ibid. §. 3. & in aliis ejus not.

Et proponitur similis casus de illo, qui dubius de voto Castitatis emisso petiit dispensationem ab Episcopo, qui ratione dubii dispensavit, eo quod votum Castitatis dubium non est reservatum. ibidem post medium dicti §. 3. à vers. Ad quod, & in aliis ejus not.

An quando quis confessus est peccatum dubium, si postea certo comperit esse reservatum, teneatur illud confiteri cum Confessario habente potestatem circa reservata? Et supponitur in reservatione non includi peccata dubia. Ideo potest Confessarius illa absolvere. t. 1. tr. 5. r. 41. & 42. p. 292

Et an saltem teneatur confiteri supradictum tale peccatum tanquam certum apud quemcumque ordinarium Confessarium? ibid. prope finem dictæ r. 41. p. 292

Et an possit reservare peccatum in dubio, an sit mortifera in materia aliqua determinata? ibid. §. 5. dictæ r. 42

An casus dubius, si contineatur in Bulla Cœnæ, possit absolvi à quocumque Sacerdote ab Ordinario approbato? Et deducitur, quod casus dubius non censeatur reservatus. t. 1. tr. 5. r. 43. & in aliis ejus notationum. p. 292. & 293

An reservatio Casuum includat peccata præterita? Et quid, si cum reservatione casuum Superior imponat censuram, & cum censura reservationem? t. 1. tr. 5. r. 44. 45. &c.

Pro quibus aliqua advertuntur contingentia in supradictis casibus ibid.

An in casibus reservatis, & excommunicationibus detur parvitas materiæ? t. 1. tr. 5. r. 46. p. 294

An, qui obtinuit licentiam absolvendi aliquem à casibus reservatis, in quos inciderat, & postea inveniat illum incidisse etiam in dictis casibus post licentiam obtentam, an possit illum absolvere? t. 1. tr. 5. r. 47. p. 294

Et an peregrinus, qui habet casum reservatum in sua Diœcesi, si non est reservatus eo in loco, ubi confitetur, possit absolvi ab omni eo, qui illum alias possit audire? ibid post medium r. à vers. qui etiam, &c.

An Confessarius unius Episcopatus possit absolvere pœnitentem alterius Episcopatus à casibus reservatis? t. 1. tr. 5. r. 48. p. 294

Et an hoc procedat in Confessariis Regularibus, modo pœnitens hoc non efficiat in fraudem proprii ordinarii? ibid. in fine r. &c.

An peregrini incidentes in aliquos casus reservatos illius Diœcesis, possint absolvi à Confessario non habente potestatem, nec jurisdictionem absolvendi à reservatis? t. 1. tr. 5. r. 49. p. 295

Et an, qui habet peccata reservata in una Diœcesi non possit, data opera, ad aliam Diœcesim pergere, ut ibi absolvatur, &c. ib. ad lin. 10. §. 1. & in multis aliis ejus not.

Ideo exterus, qui in hoc loco peccata hic reservata commisit, quamvis non sint reservata in loco, à quo discessit, nequit absolvi, nisi ab habente potestatem circa reservata. ibid. §. 2. &c.

Hic Panormi sodomia reservatur à Domino Archiepiscopo, quidam iter agens per aliam Diœcesim fuit absolutus à tali casu à quodam Sacerdote ordinario, postea Panormum rediens, cum incidenter in altera confessione id explicaret, noluit Confessarius illum absolvere, asserendo illam confessionem fuisse invalidam, & ipsum non habere potestatem absolvendi à casibus reservatis, quæsitum à me fuit, an hæc opinio esset vera? t. 1. tr. 5. r. 50. pag. 295

Et an hoc intelligatur, quando quis non suscipit peregrinationem in fraudem legis, ea de causa sola, ut possit aliis confiteri? ibid. §. 4. p. 296

Et quid est dicendum, si supradictus casus, vel alius fuisset in utraque Diœcesi reservatus? ib. ad lin. 6. §. 2. p. 295

An si v. g. furtum, sodomia, &c. essent casus reservati in aliqua Diœcesi, si committantur in Monasteriis Regularium exemptis, possint absolvi à quocumque Confessario? t. 1. tr. 5. r. 51. p. 296

Et docetur, quod non dicitur subditus, qui intra Diœcesim, furtum, &c. in loco exempto, ut in Monasterio commisit. ibid. ad lin. 9. §. 1

Et quæritur, an puellæ manentes in educatione apud Moniales exemptas subjaceant jurisdictioni, aut reservationi casuum factæ ab Ordinario loci? ibid. §. 2. &c.

An incidat in casum reservatum blasphemiæ, si quis in ebrietate illam proferat, quam ante ebrietatem prævidit? Et an iste censuram incurrat, si ea esset lata contra blasphemantes? t. 1. tr. 5. r. 52. p. 297

Et an si quis vinum usque ad ebrietatem sumat ad finem, & animo jactandi blasphemias, iste incidat in casum reservatum blasphemiæ, si illas proferat in ebrietate? ibid. ad medium. §. 2. à vers. Addit.

Et an iste in isto casu non teneatur confiteri se illas jactasse, sed satis sit dicere, quod se inebriavit animo illas jactandi? ibid. in eod. §. 1

Et notatur casum reservatum blasphemiæ esse de blasphemia publica, & consuetudinaria. Sed difficultas est, quænam dicenda sit blasphemia publica, & quænam dicatur prolata ex consuetudine? ibid. §. 3. &c.

Et an concultantes, & percutientes Imagines sacras sint blasphemi, vel Sacrilegi? Et an hoc delictum pertineat ad S. officium? ibid. §. 4. p. 298

An sit blasphemus consuetudinarius, qui post retractam per actum oppositum pravam voluntatem, iterum deliberate per tres vices blasphemat? tom. 1. tr. 5. r. 53. pag. 298

Et an iste nunquam incidat blasphemando tali modo in casum reservatum blasphemiæ publicæ, & ex consuetudine; & hoc toties quoties per retractationem, & per actum contritionis extra Sacramentum detestatur consuetudinem advertenter blasphemandi, si iterum semel, vel bis, aut ter blasphemat post ultimam retractationem, confessionem, vel contritionem? ibidem §. 2

Et an hoc non debeat intelligi de blasphemiis eodem tempore, eodemque impetu iræ prolatis, sed evomitis in interpolatis temporibus? ibid. §. 3. &c.

Et quid est dicendum de eo, qui in ludo eodem, & cum eisdem

eiſdem perſonis ex intervallo, & interpolatis diverſis verbis, pluries blaſphemaverit Deum, vel B. Virginem, an incidat in caſum reſervatum, ut blaſphemus ex prava conſuetudine? ibid. §.4. p.299
An alumni, qui vivunt in Collegiis Societatis Jeſu, vel aliorum Regularium exemptorum ſubdantur caſibus Epiſcopalibus? Idem eſt quoad confeſſiones, & cenſuras. t.1. tr.5. r.54. per totam, p.299
In Tabella caſuum reſervatorum Diœceſis Panormitanæ adeſt peccatum ſodomiæ, an pueri ante annos pubertatis includantur in tali reſervatione? t.1. tr.5. reſ.55. pag.299
Quidam Sacerdos abſolvit pœnitentem, qui rem habuerat cum fœmina in vaſe præpoſtero, tenens illam opinionem hanc non eſſe veram ſodomiam, & non includi in caſu reſervato ſodomiæ poſito in Tabella Illuſtriſſimi Archiepiſcopi, quæſivit poſtea, an peccaverit, & an illud Sacramentum fuerit nullum, quia ille pœnitens aliud peccatum in illa confeſſione non fuerit confeſſus? t.1. tr.5. r.56. & in aliis ejus not. p.299
Et docetur non ſolum errorem communem, ſed etiam probabilem Doctorum opinionem efficere, ut Eccleſia det juriſdictionem, etiam ſi forte opinio illa ſit falſa; ut ſi probabilis ſit talem poſſe abſolvere, à reſervatis, cenſuris, & ſimilibus. ibidem ad medium §.2. à veri. Adde, &c.
An Bulla Pii V. contra Clericos ſodomitas obliget in foro conſcientiæ, & ſit uſu recepta? t.1. tr.5. r.57. & in aliis ejus not. p.300
An Clericus incurrat in pœnas ſupradictæ Bullæ, ſi habeat rem cum aliqua muliere in vaſe præpoſito? Et an dicto caſu incurrat in caſum reſervatum ſodomiæ? t.1. tr.5. r.58. & in aliis ejus notationum.
An Clericus incurrat pœnas ſupradictæ Extravagantis, ſi non amiſit ſemen intra vas? t.1. tr.5. r.59. p.301
Ex quo deducitur, quod ad incurrendum in caſum reſervatum ſodomiæ neceſſarium eſt, ut ſemen intra vas effundatur, ſin autem non erit proprie ſodomia. ibid. §.2. &c.
An in pœnas dictæ Bullæ incidant Clerici tam agentes vitium ſodomiticum, quam patientes? t.1. tr.5. r.60. pag.301
Et an caſus reſervati ſodomiæ extendantur ſolum ad agentem, & non ad patientem? ibid. in fine §.1. & ſeq. &c.
An clericus ſodomiticum crimen admittens ſemel, vel bis, aut ter incurrat pœnas ſupra dictæ Bullæ? t.1. tr.5. r.61. p.301
Et quid, ſi vitium beſtialitatis commiſerit? t.1. tr.5. r.62. p.302
Et pro praxi dictæ quæſtionis alii ſeptem conſimiles caſus explanantur, & tandem deducitur legem pœnalem non eſſe extendendam de caſu ad caſum ex identitate rationis; & in caſibus reſervatis, utpote pœnalibus ſtrictam debere fieri interpretationem. ibid. à §.3. uſque in finem, & in aliis eorum notationum.
Quum ad incurrendas pœnas ſupra dictæ Bullæ exigatur ſententia judicis, ita ut ante illam Clerici dictas pœnas non incurrant in conſcientia? tom.1 tr.5. reſ.63. pag.302
Et in exemplum dictæ quæſtionis in §. ult. hujus reſ. deducuntur alii ſeptem diverſi caſus; & alii quam plurimi deduci poſſunt, in quibus non incurritur in pœnas à lege Civili, vel Eccleſiaſtica impoſitas ante judicis ſententiam.
Praxis pro Confeſſariis circa abſolutionem clericis ſodomiticis impertiendam. t.1. tr.5. r.64. p.303
Enumerantur aliqui caſus in quibus diſcutitur, an incidatur vel non incidatur in ſodomiam reſervatam. t.1. tr.5. r.65. p.303
Illuſtriſſimus Cardinalis Archiepiſcopus reſervavit in hac Diœceſi Panormitana aliquos caſus, ſed multis Regularium Superioribus dedit poteſtatem illos abſolvendi, interrogatus ſæpius fui à noſtratibus, & exteris, an dicti Superiores Regularium poſſint iſtam authoritatem concedere alicui particulari? Idem quæritur de Pœnitentiariis. t.1. tr.5. r.66. p.304
An Vicarius Epiſcopi ſi habeat poteſtatem ſubdelegandi, poſſit abſolvi ab alio, ſi incidit in caſum reſervatum? t.1. tr.5. r.67. p.305
Et an idem dicendum de Priore, qui, ut Vicarius ab Epiſcopo, talem poteſtatem à Prælato ſui Monaſterii habuit, an ſi in aliquem caſum reſervatum inciderit, poſſit ab alio Confeſſario ſubdelegato de illo abſolutionem obtinere ſine licentia Prælati? ibid. in fine §.1
Et quid de Epiſcopo, ſi in caſum inciderit reſervatum Summo Pontifici, à quo ipſe alios abſolvere poteſt? ibid. §.2. &c.
Et an, ſi ſubditus petat à Prælato omnem ejus authoritatem pro una vice, & una perſona ſibi ſubjecta, includaturipſe petens, ita ut poſſit abſolvi à reſervatis ab aliquo Confeſſario? ibid. §.4. &c.
An mortuo Epiſcopo caſus reſervati expirent, ut poſſint abſolvi à quocumque Confeſſario? t.1. tr.5. r.68. 69. &c. p.305. & 306
Et quid, ſi caſus reſervati ſint per Statutum, vel Synodum Diœceſanam; aut qui jure, vel conſuetudine ipſi Epiſcopo reſervantur, an abſolutio petenda ſit à Succeſſore, vel Capitulo Sede vacante? ibidem.
Et an ſi in mandatis viſitationum Epiſcopi reſervent ſibi aliqua peccata, ſive cum excommunicatione, ſive ſine illa, expiret reſervatio, mortuo Epiſcopo? Idem eſt de Viſitationibus Provincialium Religiorum. ibid. §.3. dictæ r.69. p.306
Et an ſupra dicta intelligantur quoad illos, qui in vita condentis Epiſcopi, vel Provincialis Regularium prædictam cenſuram, aut reſervationem non incurrerunt; nam ſi adhuc vivente Epiſcopo incurræ ſunt; tunc quidem reſervatio, & excommunicatio adhuc durat, mortuo Epiſcopo, aut Prælato Regularium. ibid. in dicto §.3. &c.
* Vide verbum *Reſervatio. Epiſcopus. Prælatus Regularis. Regulares.*

Appendix ad reliquas alias quæſtiones miſtas, & diſperſas per alios Tom. Tract. & Reſ quæ ſimul pertinent ad hoc verbum de Aliquibus Reſervatis, & eorum Abſolutione.

AN Pontifex poſſit reſervare peccata venialia, & eorum Abſolutione? Et docetur cæteros Superiores, & alios Prælatos inferiores Papa non poſſe ſibi reſervare peccata venialia. Et an Pontifex poſſit reſervare peccata mortalia interna? Et quid circa hoc apud Epiſcopos, & Religioſos? Et an Pontifex poſſit reſervare omnia peccata mortalia externa. Et an hoc valide, licet illicite facere poſſit? Et an Pontifex valide poſſit ſibi reſervare abſolutionem caſus, & excommunicationis etiam in articulo mortis? Ex quo infertur reſervationem factam à Papa abſque cauſa, valere reſpectu omnium Confeſſariorum, non tamen eſſe licitam. tom. tertio tract. primo, reſolut. trigeſima prima, trigeſima ſecunda, trigeſima tertia, & trigeſima quarta, pagin. 39. 40. 41. & 42
An Epiſcopus poſſit concedere Bullas cum facultate abſolvendi à caſibus ſibi reſervatis, & diſpenſare, & commutare in eis, quæ ipſe jure ſuo ordinario poſſit? t.3. tr.3. r.67. p.136
An Epiſcopus poſſit præcipere Parocho, ne abſolvat ab aliquo peccato, & irritare aliter factum? t.2. tr.6. r.70. §.2. p.371

An

An Capitulum sede vacante possit concedere facultatem absolvendi à reservatis? Et an possit concedere facultatem, & eam delegare pro casibus Papalibus, quando non est facilis recursus ad Papam, vel ad Nuntium? Et an possit deputare Pœnitentiarios cum potestate absolvendi à casibus reservatis Episcopo? t. 3. tr. 5. r. 23. 24. & 31. §. 4. p. 392. 393. & 395

An Prælatus, qui potest dispensare circa suos subditos in reservatis, possit etiam circa se? t. 4. tr. 6. r. 3. §. 2. ad medium, p. 202

An Bulla Cruciatæ suspendat privilegia Regularium absolvendi à reservatis? Et an ut Episcopus, vel Confessarius virtute Cruciatæ, vel Jubilæi possint commutare aliquod votum, satis sit, quod sit in opinione, an sit reservatum necne? Et an per Bullam Cruciatæ possit quis votum emissum cum intentione efficiendi illud reservatum, ut scilicet, à nullo possit auferri nisi petita commutatione à Pontifice? t. 4. tr. 3. r. 126. 99. & 82. p. 118. 108. & 103

* Adverte, quod in prædicto tom. 4. & tr. 3. de Bulla Cruciatæ sunt multæ aliæ difficultates omnes mistæ pro reservatis, & Bulla Cruciatæ, & etiam pro reservatis Regularium, quas facillimè ibidem reperies in r. 28. 29. 31. 32. 33. & à r. 37. ad 54. & non in aliis prædicti tractatus, & in hoc Indice illas invenies in verbo *Bulla Cruciatæ.*

* Nota etiam, quod in t. 4. tr. 4. de Jubilæo sunt etiam plures quæstiones omnes mixtæ pro reservatis, & eorum absolutione tempore Jubilæi, & etiam pertinentes ad Regulares, & Moniales, quas ibi reperies in resolutionibus hic assignandis, & non in aliis præcitati tractatus, videlicet in r. 10. 11. 13. 21. 36. 38. 40. 41. 42. 55. 57. 59. 60. 61. 64. 65. & 66. & in hoc indice illas invenies in verbo *Jubilæum.*

An Regulares virtute suorum privilegiorum possint absolvere à casibus reservatis Episcopo de jure communi? Et utrum decretum super absolutione à casibus reservatis deroget privilegium Confessariorum commorantium in hoc Regno Siciliæ & Sardiniæ? Et quidam Religiosus, cum in casum reservatum incidisset, ex industria cujusdam negotij se transtulit in aliam civitatem, ut ibi absolveretur; quæsivit, an valida esset illa confessio? Idem docetur quoad sæculares ex Sacra Cardinal. Congregatione. Et an pollutio Regularis cogitando tantum turpia sit peccatum reservatum? Et quid; si sequatur ex aspectu nimis libidinoso, quando superiores Regularium reservant pollutionem voluntariam? Et an Regulares ex confirmatione privilegiorum possint hodie absolvere à quinque casibus Papalibus exceptis in decretis Clem. VIII. & Urbani VIII. ac etiam à casibus Episcopo reservatis? Et an Episcopus possit sibi reservare aliquid circa clausuram in ordine ad Moniales exemptas? Et an in dicto casu contraversionis sint absolvendæ ab Episcopo, vel à Prælato Regulari? Et an Moniales Ordinario subjectæ subjaceant casibus, & censuris quas ipse Ordinarius generaliter reservat pro tota sua Diœcesi, etiam si de ipsis Monialibus non fiat mentio in Edicto reservationis? Et an Prælatus Regularis pro Monialibus sibi subditis possit reservare casus, & censuras, neque opus est, ut Prælatus id faciat cum Capitulo, cum Moniales Capitulum non habeant? t. 7. tr. 1. r. 270. 273. 104. 118. 268. & 317. p. 179. 183. 77. 84. 177. & 221

* Nota, quod in supra dicto t. 7. & tr. 1. de Regularibus invenies alias multas quæstiones pro reservatis ipsorummet Regularium tantum, & etiam Novitiorum, signanter à r. 102. ad 119. & in hoc indice in verbo *Regulares.*

An superior possit reservare excommunicationem minorem? t. 3. tr. 1. r. 31. §. 3. post medium à vers. Sic posset. p. 39

ABSOLUTIONEM AB HÆRESI quis potest dare & quibus personis, & in quibus casibus, &c. Atque de aliis delictis, & eorum absolutionibus pertinentibus ad sanctam Inquisitionem agitur.

An Episcopus possit committere absolutionem ab hæresi saltem in casu particulari, & speciali? tom. 5. tr. 8. r. 14. p. 358

An Episcopi possint absolvere ab hæresi occulta vigore Concilij Trid. t. 5. tr. 8. r. 15. & in aliis ejus not. p. 358

Et an si hæresis nota sit quinque, vel sex, vel si hæreticus quinque, vel sex complices habeat, adhuc dicatur occulta, & in magna civitate non sit publica, si nota fuerit septem, vel octo, aut decem personis? ibid. ad medium §. 4. vers. Unde, &c.

Et an dictam absolutionem possit Episcopus impertiri extra Sacramentum Confessionis, & in absentia, & hoc etiam si talis subditus, & Episcopus sint extra diœcesim? ibid. §. 6. & in aliis ejus notationum.

An Episcopi hodie possint absolvere ab hæresi occulta? t. 5. tr. 8. r. 16. & in aliis ejus not. p. 359

Et an saltem per Bullam Cœnæ sit Episcopis revocata facultas absolvendi ab hæresi, & aliis casibus in ea contentis? t. 5. tr. 8. r. 17. & in multis aliis ejus not. p. 360

Et an Episcopus sequens sententiam & opinionem affirmativam nolens absolvere hæreticum occultum, quid est faciendum? ibidem. §. 5. &c.

An hæreticus occultus possit absolvi in absentia ab Episcopo, si ipsum adiri non possit? t. 5. tr. 8. r. 18. p. 361

An inquisitores habeant facultatem absolvendi ab hæresi, non solum in foro externo, sed in foro conscientiæ? t. 5. tr. 8. r. 19. p. 361

Et an hæc facultas absolvendi ab hæresi competat cuilibet Inquisitori, & non toti Consistorio? Et an quilibet inquisitor possit eandem facultatem cuilibet Confessario delegare? Et an in Inquisitore ad hanc in foro conscientiæ absolutionem, & delegationem impertiendam, non requiratur ordo Sacerdotalis? ibid. §. 2.

Et quid est faciendum, si Inquisitores in casu facultatem, ut ab ipso Confessario hæreticus absolvatur, nollent impertiri, neque Episcopus? ibidem. in fine r. & in r. 21. p. 362

An legitimè impeditus adire Pontificem possit ab hæresi occulta absolvi ab inferiori Sacerdote? Vel in dicto casu extra articulum mortis, an ad Inquisitores, vel ad Pontificem per Procuratorem, tacito nomine, recurrendum sit? t. 5. tr. 8. r. 22. 23. 24. p. 362. & 363.

An qui vi, metu, vel fraude & dolo, aut alio quocumque casu inter Infideles exterius fidem negans, corde tamen illam retinens possit postea inter Christianos rediens absolvi à quocumque Confessario approbato, & quid de blasphemantibus hæreticaliter inter Christianos? t. 5. tr. 8. r. 25. & in aliis ejus not. p. 363

Et quid est dicendum de illusoribus imaginum Sanctorum & comedentibus carnes tempore prohibito, &c? ibid. §. 2. ad medium, p. 364

Et an quando blasphemia est hæreticalis, absolutio Inquisitori reservetur? ibidem. §. 6. ad lin. 3.

An quilibet Sacerdos, etiam Parocho præsente, possit in articulo mortis hæreticum absolvere? t. 5. tr. 8. r. 26. & in plurimis aliis ejus not. 2. p. 364

Et quid, si in dicto casu Episcopus, vel Inquisitor præsens sit? ibid. à lin. 3. §. 1. & in aliis ejus not.

Et an supradictus hæreticus occultus absolutus in articulo mortis, si ab eo evadat, debeat se præsentare summo Pontifici sub pœna reincidentiæ in eamdem censuram, vel sufficiat, ut ab Episcopo, vel inquisitore denuo absolvatur? ibid. §. 4. & in aliis ejus not. p. 365

An hæretico negativo jam destinato ad comburendum sit absolutio impertienda, & Sacra Eucharistia conferenda? t. 5. tr. 8. r. 27. p. 365

Et

Et an in supra dicto casu, si nullus esset Sacerdos præter ipsum judicem Ecclesiasticum, teneatur excipere Confessionem Sacramentalem negativi, & illum absolvere, si prudenter senserit illum rite esse confessum, nec licite possit id prohibere Sacerdotibus. ibid. in fine §. 1.

An sit petenda facultas ab inquisitoribus absolvendi illum qui damnatus est ad mortem, & jam est ut vulgo dicitur, in capella penes Dominos Societatis Alborum, & invenitur hæreticus? t. 5. tr. 8. r. 28. p. 366

An Confessarius virtute alicujus Jubilæi possit absolvere ab hæresi occulta? t. 5. tr. 8. r. 29. à §. 5. & in plurimis aliis ejus not. p. 366

Et supponitur, quod in ordine ad incurrendam excommunicationem in foro conscientiæ, opus est, ut hæreticus habeat errorem in intellectu cum pertinacia, & ejus incredulitas humano sensui subjaceat; ideo si aliquis exterius solum negat Fidem, non erit hæreticus, nec si transiret ad aliam sectam; vel si Idolis externum cultum exhibeat; vel si dæmonem invocaret verbo, cultu, vel alio aliquo opere; vel si magnetem, vel caput asini baptizaret; & cantationes, & maleficia efficeret; & similia horrenda perpetraret, si errorem in intellectu non habet, minimè hæreticus in foro conscientiæ censendus erit. ibid. à §. 1. & seqq. &c.

Et tandem docetur, quod hæreticus pure mentalis non incurrit excommunicationem, nisi verbo, vel aliquo signo, vel facto hæresim explicet. ibidem. §. 3. & in aliis ejus not.

An quando in Jubilæo conceditur facultas absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ, excepta hæresi, adhuc sit absolvendus hæreticus occultus, & emendatus? t. 5. tr. 8. r. 30. & 31. p. 367

Et an Confessarius per Bullam Cruciatæ, licet non possit absolvere ab hæresi occulta; possit tamen absolvere receptatores, fautores, defensores hæreticorum; & legentes, tenentes, & imprimentes eorum libros, & Schismaticos, Nigromanticos, &c. ibidem prope finem r. 30. à vers. qui docent, p. 367

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit absolvere à casibus contentis in edicto Dominorum Inquisitorum, hæresi tamen excepta, vel ex aliis criminibus contentis in Bulla Cœnæ? t. 5. tr. 8. r. 32. 33. p. 368. & 369

An Confessarius possit per Cruciatam absolvere tantùm semel in vita, & semel in morte ab omnibus casibus contentis in primo Canone Bullæ Cœnæ? ibid. §. 3. dictæ resol. 32

Et an vero Malefici, sortilegi, solicitantes in confessione, blasphemantes hæreticaliter, & similes alij possint absolvi toties quoties? ibid. à lin. 5. dicti §. 3. &c.

Et an sit absolvendus Hæreticus, qui ducitur ad combustendum, & moritur negativus, si antea publicè non fatetur? ibid. §. 8. dictæ r. 33. p. 369

An Prælati Regulares possint absolvere suos subditos ab hæresi occulta? Et quid super hoc Sacra Cardinalium Congregatio sub die 27. Novembris 1628. declaravit? t. 5. tr. 8. r. 34. 35. 36. 37. p. 370. 371. 372. &c.

Et an Provinciales subdelegare hanc facultatem in casibus particularibus possint? ibid. §. 8. dictæ r. 34. à lin. 6. & vers. Docet, & in aliis ejus not. p. 370

An Regulares possint absolvere à casibus Bullæ cœnæ, si sint occulti, etiam quoad hæresim. t. 5. tr. 8. r. 38. & 39. pag. 373

Et in §. 5. dictæ r. 37. alij septem casus assignantur, in quibus Regulares virtute suorum privilegiorum minimè possunt sæculares absolvere, nisi in articulo mortis. Sed de illis jam alibi dictum est, videlicet in verbo *Regulares*.

Absolutione Inquisitorum non indiget hæreticus pure mentalis. t. 5. tr. 10. r. 93. in fine. p. 450

Appendix ad alias paucas quæstiones mistas, & dispersas per alios Tomos, Tract. & Res. quæ simul pertinent ad hoc verbum Absolutio ab hæresi. &c.

AN Episcopus possit committere Confessario Monasterij Monialium, ut Monialem absolvat ab hæresi externa? t. 3. tr. 3. r. 16. p. 306

An Capitulum Sede vacante possit absolvere ab hæresi. Et an saltem per Bullam cœnæ sit revocata hæc facultas Capitulo Sede vacante? t. 3. tr. 5. r. 21. p. 391

An inquisitores possint punire Confessarium, qui tempore Jubilæi absolvit hæreticos in foro conscientiæ? t. 5. tr. 10. r. 81. p. 446

An si in aliquo Jubilæo Pontifex concederet absolutionem ab omnibus casibus Bullæ Cœnæ, hæresim tamen non excludendo, videatur illam concedere? Et pro negativa sententia concluditur. Et asseritur à fortiori impeditum adire Pontificem, & Episcopum non posse absolvi ab hæresi à quocumque Sacerdote. t. 9. tr. 7. r. 112. & 118. §. 2. & 3. late & in multis aliis earum notationum. p. 424. & 430

An excommunicatus, qui in aliquam hæresim incidit, contritus, si non possit obtinere absolutionem, lucretur indulgentias, & Jubilæum, si adimpleat alia opera injuncta? t. 4. tr. 4. r. 50. p. 164

Absolvendi facultas generaliter concessa, an crimen hæresis comprehendat? Et quid, si crimen hæresis sit occultum? t. 9. tr. 7. r. 117. §. Nec obstat dicere, quod Bulla. p. 428

De aliis absolutionibus pro diversis casibus & Censuris.

* Absolvere à censura Canonis *Si quis suadente*, quis possit, quas personas, & percussiones Clericorum, &c. leves, graves, & enormes? Vide verbum *de Censura ob percussionem Clerici*. Ubi plura curiosa, & notabilia, & fere omnia contingentia.

* Absolvere à censuris per Bullam Cruciatæ, & Jubilæum, Vide verbum. *Bulla Cruciatæ, & Jubilæum.* ubi plura.

Absolutio à censuris adversus mittentes literas, Nuntios, &c. ad Cardinales in Conclavi existentes, latis, est reservata Pontifici. t. 9. tr. 7. r. 112. §. 1. & seqq. pag. 424.

Absolutio à prædictis censuris an à S. Pœnitentiaria dari possit? ibid.

An ab Episcopo dari possit, si delictum est occultum vigore Concilij Trid. t. 9. tr. 7. r. 113. per totam. p. 424

Absolvendi facultas Episcopo competens ex Concilio Trid. an etiam extra diœcesim dari potest? tom. 9. tr. 7. r. 114. 115. & 116. p. 425. 426. & 427

Absolutio à quibusvis censuris possit dari ab Episcopo. ubi excommunicatus non potest adire Pontificem? t. 9. tr. 7. r. 117. & 118. p. 428. & 430

Et an talis impeditus possit absolvi à quocumque Confessario à casibus Papalibus, etiam ab hæresi? ibid.

Adsolvi non debet prædictis censuris innodatus impeditus adire Pontificem ab Episcopo, multoque minus à quocumque Sacerdote, sed recurrendum est ad Sacram Pœnitentiariam. ibidem. in §. Sed hic, & seqq. dictæ r. 117. p. 428

Absolvi etiam non potest à Regularibus virtute suorum privilegiorum. t. 9. tr. 7. r. 119. 120. & 121. ubi latissimè. p. 432. & 433

Absolvi tamen an poterit talis excommunicatus virtute Bullæ Cruciatæ? t. 9. tr. 7. r. 122. 123. 124. & 125. p. 435. 436. 437. & 438

Absolvere quis possit ab excommunicatione incursa propter abortum? t. 5. tr. 6. r. 7. p. 287

Sed difficultas, quisnam dicatur Confessarius specialiter deputatus, ut possit absolvere ab excommunicatione propter Abortum? ibid. §.2
Et notatur non posse Confessarium sæcularem absolvere pœnitentem, qui commisit Abortum fœtus animati. ibid. §.6. &c.
Et quid de Religiosis virtute suorum privilegiorum, si ad hoc per Provinciales non sint deputati. ibid. §.5. &c.
An aliqui præter Episcopos possint absolvere ab excommunicatione incursa propter Abortum fœtus animati? t.5. tr.6. r.8. p.287
An Prælati Regulares possint sine dubio absolvere subditos suos ab excommunicatione incursa propter abortum? t.5. tr.6. r.11. cursim in fine §.2. &c. p.289
An Religiosus indigeat hac absolutione excommunicationis, si in visitatione, aut Capitulo fuerit absolutus, pro ut fieri solet in visitatione à Prælatis, etiam si Religiosus crediderit se non indigere dicta Prælatorum absolutione pro illo tunc? tom.5. tract.6. resolut.12. §.2. pag.289
An in facultate Jubilæi absolvendi à casibus, & censuris reservatis includatur absolutio abortus? tom.5. tr.6. ref.6. &c.
Et docetur, quod casus abortus non est amplius Papalis, sed Episcopalis. ibid. post medium §.2. à vers. Ac proinde.
An vero, quando Episcopus, seu Ordinarius generaliter concedit alicui facultatem absolvendi à casibus, & censuris sibi reservatis, tunc non censeatur concessus abortus fœtus animati per Gregor. XIV. Constitutionem, nisi specificetur? ibid. sub finem Resolutionis, &c.
* Nota, quod in prædicto tomo 5. & tract.6. de Abortu sunt multæ aliæ difficultates, in quibus discutitur, an in illis incurratur excommunicatio, propter Abortum, & per consequens, an quis indigeat absolutione excommunicationis, si in illis inciderit, quas difficultates invenies in hoc indice in verbo *Abortus*.
* Similiter adverte, quod in tomo 5. tract. de Excommunicatione, & ejus Absolutione, in ejus §. De Absolutione excommunicationis, & in ejus Appendice sunt quamplurimæ quæstiones pro Absolutione excommunicationis, quas ibi consequutivas invenies in supradictis §§. & in hoc indice in verbo *De Excommunicatione, & ejus Absolutione*.
Absolutio excommunicationis Greg. XIV. contra violantes Immunitatem Ecclesiæ an sit reservata Summo Pontifici? Et an possit absolvi ab Episcopo? t.9. tr.1. r.2. §. Dico, &c. p.3
Absolutio ab excommunicatione per metum extorta est nulla. Idem est de revocatione censuræ ante diem, vel conditionem, qua promulgata est? tom.5. tr.1. r.20. §.1. p.13
Absolutio censurarum potest fieri extra Sacramentum confessionis. t.5. tr.1. r.194. §.2. prope fin. &c. p.112
Et quid de Regularibus, si prædictam absolutionem censurarum impendant virtute suorum privilegiorum extra confessionem? t.7. tract.1. r.275. & 263. p.184. & 174

Abstinere.

Vide in verb. *Copula, Pollutio, Tempus*, tom.2
Qui abstinere à carnibus vovit per mensem vel annum, an teneatur hoc observare in diebus Dominicis. t.4. tr.6. r.7. §.2. p.205
Idem est si vovit abstinere ab ovis, & lacticiniis, aut ab aliquo alio cibo. ibid.
Abstinere. Vide verb. *Dubium, Experientia, Lacticinia, Opus servile*. tom.4
Abstinere ab usu Ordinum non tenetur excommunicatus, vel suspensus ex delicto omnino occulto, ne se prodeat. t.7. tr.1. r.294. §.2. post medium. p.204
Abstinere à nuptiis an teneatur certus, quod voverit se non accessurum ad aliquam fœminam, & dubitat, num de accessu fornicario, vel uxorario senserit. t.8. tr.4. r.18. §.3. p.54
Abstinere ab esu carnium an teneantur Cartusiani in periculo mortis. t.8. tr.5. r.57. §.3. p.118
Abstinere. Vide verb. *Acubans*. tom.8

Abstrahere.

Vide verb. *Ecclesia*. tom.7

Absumere.

Ut absumere rem inventam inventor possit, quantum tempus expectare debet? tom.6. tract.6. ref.17. §.4. pag.304
Absumere. Vide verb. *Navis*. tom.7

Abusus.

Abusus Episcoporum procedendi ad bella, an in Gallia ortum habuerit, ex Cardinali Baronio probatur. t.7. tr.7. r.55. §.1. & seqq. p.420. & 421

Ac, particula.

Ac, *particula*, quando conjunctivè, & quando disjunctivè sumatur. t.4. tr.2. r.40. §.2. p.51

Accedentes.

Accedentes ad Ordines non debet Episcopus prohibere sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne accedant cum impedimento occulto censuræ, irregularitatis, &c. quin potius debet illos absolvere, & dispensare in casibus, in quibus potest eos dispensare, & absolvere. t.2. tr.5. r.106. §.ult. p.323
Accedentes sæculares ad Moniales exemptas ad colloquendum, an incidant in censuram ab Episcopo latam? t.5. tr.1. r.85. §.1. p.58

Accedere.

Accedere ad recipiendam Eucharistiam ante diem integrum post quodcumque peccatum mortale, etiamsi homo sit de illo contritus, & confessus, an sit peccatum mortale? t.2. tr.2. r.48. §.ult. p.186
Accedere ad menstruatam uxorem an sit mortale? tom.2. tr.6. r.187. §.5. p.447
Accedere ad uxorem gravidam, si non adsit periculum incontinentiæ, an sit peccatum veniale? §. ult.
Accedere ad Parlamentum vocati an teneantur Episcopi, & Ecclesiastici, itaut contravenientes possint expelli à Regno tanquam inobedientes mandatis Regiis? t.7. tr.6. r.14. §.1. p.375
Accedere ad Infideles gratia illos convertendi an aliquis possit cum periculo perversionis, & ad prædicandum meretricibus cum periculo peccandi? t.8. tr.6. ref.11. §.3. p.141
Accedere. Vide in verb. *Consanguinea, Vir, Vxor*, tom.2
Item verb. *Equites, Eucharistia, Laicus, Pœnitentia, Processiones, Superior regularis, Religio*. tom.7
Item verb. *Dies, Dictare*, tom.9

Acceleratio.

Qui cum acceleratione nimia in canendo persolvit Horas Canonicas an peccet mortaliter? t.3. tr.6. ref.50. §.1. pag.446

Accensum.

Vide verb. *Gutta*. tom.7

Acceptare.

Qui non acceptant legem in principio, an peccent mortaliter? t.6. tr.1. r.60. §.2. p.48

Si non acceptant executores testamenti officium executionis absque causa, an peccent mortaliter? t.6. tr.9. r.30. §.1. & seqq. p.470
Acceptare injunctam pœnitentiam à Confessario an pœnitens teneatur sub onere peccati mortalis? t.1. tr.6. r.2. §.1. p.306
Et quid, si pœnitentia sit medicinalis, & præservativa? t.1. tr.6. r.4. §.2. p.308
Opinio quod acceptare pœnitens non tenetur pœnitentiam, an tanquam improbabilis sit censuranda? t.1. tr.6. r.3. §.3. p.307
Acceptare pœnitentiam an teneatur pœnitens si Confessarius imponat, ut Eucharistiam tali die non suscipiat? Et quid, si imponat, ut illam pœnitens suscipiat? t.1. tr.6. r.14. §.1. p.315
Et si tales pœnitentias pœnitens acceptet, an teneatur postea illas implere? ibid.
Acceptare. Vide verb. *Adulterium*, *Promissio*. tom.2
Item verb. *Munus*. tom.5
Acceptare beneficium sine nova collatione an possit excommunicatus, post absolutionem? t.5. tr.1. res.170. §.1. p.99
Acceptare officium an teneantur executores testamenti à testatore nominati, & ad id cogi possint? t.6. tract.9. r.30. §.3. p.470
Acceptare munus impositum an saltem in foro conscientiæ executores teneantur sub mortali peccato? tom.6. tr.9. r.32. §.1. & seqq. p.471
Ubi quod quamvis executor non possit compelli ad acceptandum munus, an hoc locum habeat in religiosis si compellantur à suo Prælato? §.3
Si acceptare nolit aliquis ex executoribus testamenti, quid est agendum? t.6. tr.9. r.67. §.3. p.487
In indice 1. tomi 6. ex tractatu 7. de donationibus, & aliquas quæstiones à res.112. usque ad res.120. inclusive, & in resol.128. lege super his verbis *Acceptare*, *Acceptatio*.
Item verb. *Absens*, *Actio*, *Admonere*, *Capitale*, *Commissarium testamentarium*, *Compellere*, *Mors*, *Promissio*, *Sponsio*. tom.6
Acceptare socium an teneatur cæcus, vel infirmus, si cum eo recitare Officium divinum possit, si socius se offerat? t.7. tr.1. r.7. §.5. p.6
Et quid de Beneficiario, & Præbendario cæco? ibid. §.6
Et quid, si antea soliti erant recitare cum socio? ibid. §.5
Acceptare. Vide verb. *Substantia*. tom.7
Item verb. *Adimplere*, *Anima*, *Beneficium*, *Commutatio*, *Donatio*, *Indulgentia*, *Obligare*, *Parvitas materiæ*, *Promissio*. tom.8
Si acceptavit vovens commutationem voti in melius factam, an possit redire ad prius votum? t.8. tr.4. r.75. §.1. p.87
Qui non acceptavit promissum pecuniæ pro homicidio, an sit assassinus? t.9. tr.1. r.87. §.10. p.51
Si non acceptet pœnitens injunctam pœnitentiam, an sit absolvendus? t.1. tr.6. r.4. §.2. p.308
In casu, quod non acceptet nominatus in testamento officium executoris, tunc Episcopus sit executor. t.6. tr.9. r.30. §.3. p.470
Et si non acceptet executor officium, an amittat eo ipso præmium à testatore relictum ob tale officium, imo & legatum quodcumque relictum ei fuerit à defuncto? ibid. r.31. §.5. p.471
Ubi an sit aliqua pœna à jure statuta his, qui executoris testamenti officium non acceptant? §.6
Ut quis acceptet munus executoris testamenti an Episcopus illum cogere possit? Et quid de Religiosis. tom.6. tr.9. r.33. §.1. p.472
Et quid de Religiosis obtenta licentia à suo superiore? t.6. tr.9. r.24. §.1. & seqq. p.467
Ut acceptet Episcopatum an saltem Generalis Religionis subdito præcipere possit? t.7. tr.1. r.25. §.1. & seqq. p.17
Si non acceptet Religiosus aliquod donum, sed rogat ut detur amico, seu consanguineo, an peccet contra paupertatem, & contra Bullam Clementis VIII. de largitione munerum? t.7. tr.3. r.8. §.1. p.251

Acceptatio.

Acceptatio beneficii ab excommunicato an sit valida, si tempore electionis, & collationis non erat excommunicatus? t.5. tr.1. r.171. §.1. p.100
Ubi an sit valida electio, & præsentatio beneficii facta tempore excommunicationis, sed acceptata post obtentam, modò tempore acceptationis electores, & Præsentatores permanserint in sua prima voluntate. §.4
Ubi etiam, quod si periculum est infamiæ & scandali, excommunicatus occultus in electione, & collatione non tenetur suam excommunicationem prodere, sed potest sine scrupulo acceptare beneficium, & postea quam primum petere dispensationem. §.6
Acceptatio populi an requiratur, ut leges humanæ tam civiles, quam Pontificiæ obligent? t.6. tr.1. r.55. §.1. & seqq. p.43
Acceptatio. Vide verb. *Munus*. tom.5
De acceptatione, & publicatione, & contrario usu legum Pontificiarum, præsertim in materia immunitatis Ecclesiasticæ. t.9. tr.2. r.345. §.1. p.302
Acceptationem an inducat, quando executor, seu Commissarius præsens, & tacens invenitur assignationi Officii, seu ejus nominationi? t.6. tr.9. r.31. §.2. p.471
Et an hoc locum habeat in consanguineo præsente, & tacente? Vel si executor, aut Commissarius præsens, & tacens designatus fuit ad executionem Ecclesiæ, Monasterii, vel ad puellas maritandas? ibid. §.3. & seq.
Post acceptationem voti, vel juramenti factam alicui Ecclesiæ, vel pauperi, an possit quis authoritate Episcopi, vel propria in melius commutare? t.8. tr.4. r.70. §.1. pag. 84
Et quid ante acceptationem? ibid. §.3

Acceptatum.

Si acceptata fuerit lex à majori parte, si aliquis illam frangeret, secluso scandalo, an mortaliter peccet? Et quid è contra? t.6. tr.1. r.61. §.1. & seqq. p.49
Si acceptatum sit juramentum præstitum homini, an possit commutari? t.8. tr.4. r.69. §.3. p.84

Acceptio.

In acceptione personarum quoad beneficia conferenda datur parvitas materiæ. t.8. tr.3. r.10. p.34
Acceptio ultima rei ablatæ complens materiam gravem, an in aliquo casu non sit peccatum mortale? t.8. tr.7. r.7. §.1. p.149
Acceptio, & datio pro fornicationis actu est mala, quia pro re turpi, & ob peccatum, sed non contra justitiam; ideo meretrix non tenetur restituere. t.8. tr.7. r.59. §.4. p.184

Acceptum.

Acceptum pro eo, quod ex charitate solum, aut alterius virtutis obligatio erat debitum, an quis teneatur restituere? t.8. tr.7. r.52. §.1. p.179

Accessorium.

Vide verb. *Matrimonium*. tom.9

Accessus ad Monasterium Monialium.

Pœnæ latæ contra accedentes ad colloquendum cum Monialibus ligant loquentes cum Conversis. Item loquentes per nuntios, & signa. t.5. tr.1. r.88. p.61
Sæculares accedentes, & alloquentes Moniales exemptas incurrunt

incurrunt censuram Episcopalem, ubi est. ibidem in Res. 85. p. 58
Licentia alloquendi Moniales indefinita durat probabiliter, usque revocetur. t. 5. tr. 1. r. 89. p. 62
Aliqui dicunt non teneri Episcopum concedere licentiam Regulari alloquendi Monialem consanguineam quater in anno. t. 7. tr. 1. r. 309. p. 216
* Vide *Monasterium, Monialis.*
Accessus ad hortum Conventus, vel ad talem domum alicujus sæcularis, &c. si comparantur ad honestatem & bonum nomen Religionis efficiuntur res magni momenti, & ideo obligat sub mortali præceptum super his à Prælato regulari impositum. t. 7. tract. 1. res. 8. §. 3. pag. 215

Accinctum.

Vide verb. *Equites, Laicus*, tom. 7

Accipere.

Accipere an possint Inquisitores xenia, esculenta, & poculenta, quæ intra paucos dies consumuntur? t. 5. tr. 10. r. 134. p. 467
Et an ita facientes incurrant excommunicationem, officio priventur, & reddere duplum teneantur, & quid si supradicta acciperent ab aliis ministris S. Officii? ibidem.
Accipere, vide verb. *Minister, Munus.* tom. 5
Item verb. *Agratiare, Arbiter, Consentire, Hæres, Filius, Fructus.* tom. 6
Item *Ancilla, Bona, Cibus, Comestibilia, Dare, Depositum, Modicum, Nummus, Pecunia, Res, Restituere, Spolium, Stipendium, Sufficere, Usus.* tom. 7
Item verb. *Comparare, Fœmina, Iudex, Licentia, Meretrix, Pauper, Recipere.* tom. 8
Qui accipit parvam quantitatem pecuniæ pro homicidio faciendo, an sit assassinus? tom. 9. tract. 1. r. 87. §. 11. pag. 52
Qui accipit à fure pecunias ne clamet, & ne indicet, non obligatur ad aliquam restitutionem, nisi furtum ex officio impedire debeat, vel nisi res accepta sit pars furti. t. 8. tr. 5. r. 89. §. 4. p. 131
Si accipit famulus aliquid ab alio famulo furante, ne clamet, vel indicet furtum ejus Domino, non tenetur restituere, nisi pars accepta sit furti. t. 8. tr. 7. r. 32. §. 3. pag. 165

Accipientes.

Accipientes munera Judices, & Ministri publici sola lege positiva prohibita, an sint obnoxii restitutioni in foro conscientiæ nulla expectata sententia, quando data fuerunt ex mera liberalitate, & amicitia, aut ex gaudio, & gratitudine? tom. 8. tract. 7. res. 53. §. 4. pag. 180
An mulieres accipientes à suis amatoribus munera, spe consequendi ab ipsis quod pravè concupiscunt, si non consentiant an teneantur restituere munera, quæ acceperunt? t. 8. tr. 7. r. 59. §. 4. p. 184

Accommodatum.

Accommodatum, conductum, vel precarium accipiens ab alio ante extremam necessitatem, non tenetur restituere si illud in extrema necessitate consumpsit. t. 4. tr. 7. r. 54. p. 306

Accubans.

Accubans in lecto quidam vir nobilis, & comedens cibos calidos incidebat in pollutionem, an teneatur non decumbere, & cibos illos non comedere? Poterat enim sine damno à supradictis abstinere. t. 8. tr. 6. r. 12. §. 1. p. 141

Accusare.

Ad accusandum an Inquisitores possint admittere inimicum capitalem? t. 5. tr. 10. r. 50. §. 1. & seq. p. 435
Accusare an possit Confessarius ex aliis indiciis extra confessionem cognitis famulum, quem scit ex confessione esse furem? t. 1. tr. 8. r. 22. §. 1. p. 434
Accusare an possit quis aliquem, qui occidit Patrem, fratrem, aut consanguineum, sed dolet de culpa, atque sufficientem offert satisfactionem pecuniariam pro damnis inde sequutis? t. 6. tract. 1. res. 114. §. 1. pag. 76
Accusare, vide verb. *Advocatus.* tom. 5
Item verb. *Iuramentum, Minari, Pœna.* tom. 6
Accusare non possunt cæcus, surdus, & mutus, & repelluntur ab accusando. tom. 8. tract. 9. resol. 12. §. 1. pag. 195
Accusare, vide verb. *Extorquere.* tom. 8
Si accusatur reus non præmissa correctione, & admonitione quando debita est, an teneatur Prælatus, vel judex quantum potest commodè accusationem impedire, & conari ut Evangelicus ordo servetur? t. 7. tr. 4. r. 60. §. 1. & seqq. p. 316. & 317
Si accusent Clerici, & laïci in causa criminali cum protestatione quando agitur tantum non de damno illato illis, sed eorum consanguineis, an incurrant irregularitatem? tom. 5. tract. 5. resol. 82. §. 1. & seq. pag. 244
Ut accuset in casu permisso cum protestatione si Clericus alteri consulat, an incurrat irregularitatem? t. 5. tr. 5. r. 83. §. 4. p. 245

Accusatio.

Accusatio delicti proximi an fieri possit sine prævia correctione? t. 7. tr. 4. r. 59. §. 1. p. 315
Et distinguitur inter accusationem, & denunciationem. ibid. §. 3. p. 316
Accusatio, vide verb. *Minari.* tom. 2
Si cum accusatione ipsa non fiat protestatio, sed postea coram judice ante prolationem sententiæ, & non solum quando accusator accusat, sed etiam quando reum retinet, & judici tradit, an incurrat irregularitatem? t. 5. tr. 5. r. 83. §. 3. p. 244
In accusatione hæresis non sunt necessariæ solemnitates legis libellorum. t. 5. tr. 10. r. 50. §. 3. p. 435
Accusatione pendente an superior possit aliquem deponere à Prælatura, nisi prius sit delictum probatum? t. 7. tr. 1. r. 15. §. 2. p. 12

Accusator.

Si accusator tacuerit per annum contra reum, an possit Episcopus cum accusato dispensare ad Ordines? t. 5. tr. 3. r. 23. §. 3. p. 310
Accusator an excusetur ab irregularitate, quando accusat ob læsionem factam eis, qui sunt ipsi commissi, aut in propria persona, aut in propriis bonis, si ante sententiam protestetur se non accusare ad vindictam? t. 5. tr. 5. r. 82. §. 1. & seq. p. 244
Idem est de accusante eum qui dedit damnum Ecclesiæ, vel suis subditis. ibid.
Quando accusator accusat ad evitandum damnum grave innocentis, vel Reipublicæ, quando aliter tale damnum impedire non potest, an sit necessaria protestatio? ibid.
Accusatorem occidere an liceat, euntem ad accusandum falsum contra aliquem? tom. 8. tr. 5. res. 27. §. 1. pag. 104
Accusatorem occidere an liceat, qui falsis calumniis conatur per judicem aliquem interficere, infamare, vel bonis privare, si non adsit alia via evadendi? t. 8. tr. 5. r. 28. §. 1. ibid.
Si accusatoris mors sequatur, an ferens testamentum in favorem

favorem rei incurrat irregularitatem ? t. 5. tr. 5. r. 84. §. 1. p. 245
Et quid, si testis sit Clericus, an in favorem rei possit testari de licentia Episcopi, vel ejus Vicarii ? ibid.

Accusatrix.

Vide verb. *Pars.* tom. 6

Accusatus.

Accusatus, vel denunciatus an debeat expelli ab electione ? tom. 6. tractat. 1. resolut. 137. §. 1. & seq. pag. 96
Et an propter malam famam apud bonos viros talis eligibilis sit ? ibid.

Acholytus.

Acholyti, qui solemniter ferunt cereos in peccato mortali an peccent mortaliter ? tom. 2. tract. 5. resol. 119. pag. 331
Vide verb. *Sacerdos.* tom. 2

Acquirens.

Acquirens aliquid illicitè Religiosus, vel Monialis, an Monasterio acquirat ? tom. 7. tract. 3. resolut. 63. §. 1. pag. 175
Et quid è contra, si quis bona fide recipit munera à Religioso ; vel Moniali dante, credens de illis licitè acquirere posse dominium ? ibid. §. 1. in fine.

Acquirere.

An acquirant libertatem servi, qui ad turpia à dominis sollicitantur ? tom. 7. tractat. 8. resolut. 17. §. 1. pag. 439
Cui acquirantur quæ in nuptiis donata sunt à consanguineis, vel amicis sponsi, & è contra ? t. 2. tr. 6. r. 49. §. 4. p. 359
Et quid de donis factis à sponso sponsæ ? t. 2. tr. 6. res. 50. §. 1. p. 360
Idem est de donis, quæ socer nurui concessit, & largitus est. ibid. §. ult.
Et quid de vestibus, & ornamentis datis sponsæ à sponso in ipso die nuptiarum ? tom. 2. tr. 6. res. 51. §. 1. ibidem.
Et super hoc tria tempora distinguuntur, ante nuptias, in nuptiis, & post nuptias. ibidem §. 2. pagina 361
An acquirantur venæ auri, argenti, aut alterius metalli inventori, vel Regi ? tom. 6. tract. 6. res. 18. §. 1. pag. 304
An acquirat aliquid justè ejectus à religione, an Monasterio acquirat ? t. 7. tr. 1. r. 194. §. 1. p. 123
An nihil acquiratur Monasterio an possit fieri legatum alicui Religioso ? tom. 7. tract. 1. resolut. 235. §. 1. pag. 150
Ubi aliqua alia circa hoc. §. 2. & seq. p. 151
Ad acquirendum thesaurum an sufficiat inventio, vel requiratur etiam apprehensio ? t. 6. tract. 6. res. 2. §. 6. pag. 293
Acquirere jus collectandi Clericos an Principes laïci consuetudine possint. tom. 9. tract. 2. resol. 239. §. 1. pag. 219
Acquirere jurisdictionem in laïcos ex consuetudine, vel præscriptione an possit judex Ecclesiasticus, & non è contra ? tom. 9. tractat. 2. resolut. 284. §. 1. pag. 243
Acquirere, vide verb. *Mulier, Patrimonium.* tom. 2
Item verb. *Cogere, Creditor, Depositarius, Dubium, Episcopus, Famulus, Filius, Fortuna, Minor, Monachus, Negotiator, Pecunia, Religiosus.* tom. 6
Item verb. *Adoptare, Ancilla, Capitulum, Convertere, Eleemosyna, Filius, Fuga, Libertas, Opus*, id est *Labor, Recompensatio.* tom. 7
Acquiri an possit potestas ferendi censuras consuetudine, vel præscriptione ? tom. 5. tract. 1. res. 1. §. 1. & seq. pag. 1
Acquiri an possit hæc potestas circa unam censuram, & non circa aliam ? ibid. §. 2
Idem est de potestate absolvendi ab excommunicatione per alium lata ? ibid. §. 1
Acquiri an possit à Principe laïco præscriptione collatio Episcopatuum, & aliorum beneficiorum ? t. 9. tr. 2. r. 30. §. 1. p. 116
Quæ acquirit servus post fugam, an Domino acquirat ? t. 7. tr. 8. r. 17. §. 2. p. 439
Quæ acquirit servus ludo, an possit ea sibi retinere ? t. 7. tr. 8. r. 28. §. 1. & seqq. p. 443
Quæ acquirit servus parce vivendo, vel si præter opera præscripta aliquid facit, an possit sibi ea retinere ? t. 7. tr. 8. r. 32. §. 1. p. 443
Si acquisierit aliquid postea, qui cessit bonis, an liberetur à restitutione ? t. 6. tr. 5. r. 20. §. 1. p. 284
Qui acquisierunt bona aliena illicitè, ut tabernarii, pistores, Macellarii, caupones, & alii similes, non prodest supradictis Bulla compositionis, si prava ejus confidentia processerunt. tom. 4. tract. 3. res. 173. §. 2. pag. 138

Acquisitum.

Si acquisita sint debita ex justitia, & debito notorio pro quibus quis cedit bonis, an possit tuta conscientia sibi retinere necessaria sibi, & familiæ suæ, ut non indecore vivat ? tom. 6. tractat. 5. resolut. 21. §. 3. pag. 285

Actio.

Actio sacrificii Missæ an consistat in consecratione utriusque speciei, vel in sumptione Eucharistiæ ? t. 2. tr. 1. r. 53. per tot. p. 29
Actio, vide verb. *Consumptio, Gratia, Pollutio, Præceptum.* tom. 2
Item verb. *Actus.* tom. 5
Item verb. *Alienare.* tom. 6
Item verb. *Beneficium, Iudex, Ius, Ordo.* tom. 7
Actio an concedatur adversus servum, si servus promisit pecuniam pro libertate Domino ? t. 7. tr. 8. r. 61. §. 1. p. 454
Quando actio mala proponitur solum confusè, & conscientia erronea non distinguit an mortale sit, vel veniale, an tunc peccatum mortale sit ? t. 8. tr. 3. resol. 6. §. Sed. p. 33
Si actio aliqua talis sit, ut ex ea plerumque damnum tertii sequi soleat, si in ea actione jure tuo utaris, non teneris ad restitutionem, quamvis possis peccare contra charitatem, si parum ipsius interfit eo uti : ut si venas aquarum per tuum prædium currentes, à quibus aqua in puteum vicini influebat, prætextu alicujus operis intercipias, aut si cloacam in prædium alienum aperias, & sic in similibus. t. 8. tr. 5. res. 69. §. ult. p. 124
Actio vide verb. *Adulter.* tom. 8
Si actione eadem, quæ sit tota simul, v. g. baculo quis percutit duos Clericos, vel sclopulo duos interficiat, an incurrat duas excommunicationes ? t. 5. tr. 2. r. 53. §. 1. p. 156
Idem est de eo, qui eadem actione duo vasa rapuit diversorum Dominorum, si furtum erat prohibitum sub censura. ibid.
Idem de judice, qui simul duabus manibus trahit duos homines vi de Templo contra immunitatem. ibid.
Idem de eo, qui eodem tempore conversatur cum duobus excommunicatis. ibid.

Actionem contra Dominum an servus habeat, ut servum manumittat, si servus solvit pecuniam Domino pro libertate? tom.7. tractat.8. resolut. 61. §. 1. pagina 454
Actiones turpes sunt vendibiles, puta hominem occidere, &c. ideo pro illis acceptum non est restituendum. t.6. tr.7. r.140. §.2. p.383
Actionis gravitas per quam interrumpitur probatio Novitiatus magis consideranda est quam temporis diuturnitas. t.7. tr.1. r.155. §.2. p.103
Actiones tres dantur pro executione Legatorum, quæ coram Episcopo proponi poterunt, prout natura negotii patietur. t.6. tr.9. r.51. p.475

Actor.

Actor in judicio an possit esse excommunicatus? t.5.tr.1. r.115. §.2. p.75
Ubi an sit peccatum mortale ex objecto, si excommunicatus jus suum petat in judicio? §.2. p.75
Si tanquam actor Clericus minor litigat in judicio coram judice laïco, an possit ipse judex dare ei curatorem ad litem? tom. 9. tractat. 2. resolut. 283. §.2. pag.242
Actor quomodo, & quando debeat sequi forum rei, & an possit fieri statutum, ut reus sequatur forum actoris? t.9. tr.2. r.280. §.7. p.239
Actor, vide verb. *Actum, Agens.* tom.5
Actori, vel fisco an sit deneganda appellatio, si Episcopus pronunciet reum esse Ecclesiæ remittendum? t.9. tr.1.r.118. §. Quæro quinto. p.72

Actuarius.

Actuarii Curiæ Episcoporum in omnibus delictis etiam commissis extra officium gaudent privilegio fori? t.9. tr.2. r.182. p.184

Actum.

Acta in favorem publicum an valeant facta ab excommunicato denunciato, vel publico Clerici percussore in uno loco, si se transferat in alium, ubi hæc ignorantur, si ibi eligitur in judicem, &c. t.5. tr.1. r.23. §.1. p.14
Acta judicialia facta ab Advocato, Procuratore, actore, teste, & similibus excommunicatis an valeant? t.5. t.1. r.24. §.1. ibid.
Acta tabellionis excommunicati an sint valida? t.5.tr.1. r.111. §.2. p.73
Ubi quid, quando tabellio excommunicatus toleratus, & quid, quando non est toleratus? ibid.
Acta suspensi an sint valida, & quid, si suspensus sit occultus, & ab Ecclesia toleratus, & non sit specialiter denunciatus? tom.5. tractat. 3. resolut. 13. §.1. pag.175
Si acta Concilii Provincialis sint à Pontifice confirmata, vel à Papa specialiter commissa, an Archiepiscopus, vel Episcopus possint illa dispensare, vel revocare? tom.6. tractat. 1. resolut.17. §.3. & seqq. pag.11
An acta sint valida, si Religiosus de licentia superioris certioratus, exequatur contenta in testamento? t.6. tr.9. r.26. §.1. & seq. p.469
Acta in Conclavi circa electionem Pontificis nemini manifestare Cardinales exeuntes è Conclavi juramentum præbent. t.9. tr.7. r.105. §.5. p.418
Actum publicum an Inquisitores debeant facere in die festo? t.5. tr.10. r.64. §.1. & seq. p.440
Actum judicii exercere in die festo quamvis hoc brevi tempore fiat, an sit peccatum mortale? t.7. tr.5. r.17. §.2. p.337
Acta an possint transcribi in diebus festivis à Notariis, Commissariis, Officialibus Curiæ; & idem de aliis transcribentibus sermones Prædicatorum & allegationes Doctorum pro mercede? t.7. tract. 5. resolut.22. pag.339
Actum, vide verb. *Transcribere.* tom.7

Actus.

Pro his actibus an electores ad Majoratum, Cathedram, Capellam, &c. & qui debent eligere pauperes pro dividenda eleemosyna, an possint recipere aliqua munera sine onere restitutionis? t.8. tract.7. res.53. §.1. pag.179
Actu unico an possit quis satisfacere pluribus præceptis, & obligationibus? t.1. tract.6. resol.50. §.1. & seqq. pag.339
Ubi pro praxi aliqui casus. ibid. & r.51. & 52. ibidem & seq.
Qui actu eodem aufert tria vasa argentea trium Dominorum, unum peccatum committit, & sufficienter confitetur dicens, semel furatus sum. t.1. tr.7. res.18. §.8. p.354. & seq.
In actu eodem an dari possint plures malitiæ solo numero distinctæ, & in confessione aperiendæ? t.1.tr.7. r.21. §.2. p.356
Et de hac quæstione pendet decisio multorum casuum, & hic septem casus assignantur pro praxi. ibid. §.3. & seqq. p.357
Qui actu unico voluntatis voluisset plures homines occidere, an teneatur hanc circunstantiam confiteri? t.1. tr.7. r.23. §.1. & seqq. p.358. & seq.
Et quid in dicto casu si unus esset Pater proprius, alter sacerdos, & alter sæcularis? ibid. §.3
Et quid, si actu unico voluntatis quis voluisset pluries ad mulierem accedere, vel desideraret de tribus fœminis, quarum una esset Monialis, altera conjugata, & altera soluta? ibid.
Et quid, si omnes tres essent conjugatæ, solutæ, aut Moniales? ibid.
Quando actu unico quis profert convitia in Deum, asserendo sæpius, *Dio ingiusto, Dio ingiusto*, an teneatur hoc in confessione aperire? t.1. tr.7. res.30.§.1. pag.363
Si ex actu facinoroso quis decedat, si tamen in ultimo vitæ, seu puncto mortis ostendit signa contritionis, non debet privari Ecclesiastica sepultura. t.5. tract.1. r.66. §.2. p.44
Et pro supradictis offerri Missa possit? §.4
Qui actu eodem, & impetu plures blasphemias contra unum sanctum profert, an committat tot peccata quot sunt blasphemiæ? tom.5. tractat. 8. resolut.11. §.3. pag.357
Et quid, si blasphemiæ sint diversi generis, & non sit una, & eadem sæpius repetita? ibid.
Qui in ipso actu venereo conceptus morbo, amisit loquelam, & paulò post expiravit, an sit privandus Ecclesiastica sepultura? tom. 8. tract.8. resolut.5. §.1. pag.190
Et an pro illo possint suffragia offerri? ibid.
Si actum contritionis elicit Confessarius ante absolutionem, qui incipit audire confessionem in peccato mortali, an teneatur postea quando confitetur explicare se incepisse illam confessionem in statu peccati? t.1. tr.7. r.43. §.1. & seq. p.368
Per actum unum eodem tempore an quis possit lucrari plures indulgentias: v.g. si dicitur unica Missa pro diversis rationibus, & concessionibus indulgentiarum, an possit sacerdos secundam, tertiam, & quartam animam à pœnis purgatorii eximere? t.4. tr.5. res.14. §.4. p.186

Si

Si ad actum aliquem requisitum aliquis dubitat an habeat legitimam ætatem, quid facere teneatur? t.4. tr.6. r.2. §.3. p.202
Actum consummatum an censura requirat? ubi aliqui casus pro praxi. tom. 5. tractat. 1. resolut. 9. §. 1. pagina 7
Actum jurisdictionis pro foro interno an possit Episcopus interdictus ab ingressu Ecclesiæ exercere intra illam? tom. 5. tractat. 4. resolut. 15. §. 1. & seq. pagina 202
Actum aliquem exercens, ignorans illi positam esse irregularitatem, excommunicationem, suspensionem, interdictum, &c. an excusetur ab illa, etiamsi ignorantia sit vincibilis, dummodo non sit crassa, vel supina? t. 5. tr. 5. r.6. §. 1. & seq. p. 208
Docetur actum concelebrationis ab Ordinatis non existimari sacrificium primum. t. 5. tract. 5. resol. 17. §. 3. pag. 213
An actum non solum illicitum, sed etiam invalidum reddit lex prohibens aliquid, si utatur verbo hoc: *Non possit*? t.6. tr. 1. r. 30. §. 1. p. 22
Per actum unum an consuetudo decennalis vel quadragenaria interrumpatur? tom. 6. tract. 2. resolut. 5. §. 1. pag. 103
Actum aliquem lex prohibens, an reddat illum non solum illicitum, sed invalidum? t. 7. tr. 1. r. 159. §. 6. pag. 105
Actum irritare lex censetur, quando respicit quis substantiam, non vero quando prohibet aliquam ejus circunstantiam; v.g. quod fiat in tali loco, tempore, &c. ibid. §. Ad quartum. p. 106
Quando actum lex prohibens irritet eum regula generalis dari non potest ad dignoscendum hoc. ibid. §. ult. pag. 107
An actum irritet lex, quæ prohibet illum scilicet ex consuetudine, & ex communi intelligentia ita legem explicante? Item si non solum impediat omnem effectum talis actus? ibid.
Actum non irritari probabile est quando lex prohibens apponit aliquam pœnam, eò quod legislator videtur recedere ab illa pœna *leg. Non dubium* contentus particulari; quam apponit legi suæ. ibidem. in eodem §.
Actum simpliciter lex prohibens, etiamsi nihil aliud addat an irritet illum. t. 7. tr. 2. res. unica §. 1. & seqq. p. 141. & seqq.
Quando in aliquo casu servanda est forma, si deficit, actus est nullus, & corruit. ibid. §. 1
Quando actum lex desiderat cum aliqua qualitate, non sufficit facere actum absque illa qualitate, alioquin actus erit nullus. ibid. §. 6. p. 243
Actum decretum irritans inducit formam, itaut actus aliter factus sit omnino nullus. ibid. §. 8
Actum aliquem an sit symoniacus, vel non approbando, vel reprobando Pontifex, & an possit errare? t. 9. tr. 5. r. 26. §. 1. p. 366
Actus, vide verb. *Contritio, Dolor.* tom. 1
Actus, qui est causa omissionis culpabilis, an sit peccatum distinctum ab ipsa omissione? t. 1. tr. 7. r. 60. §. 1. pag. 374
Actus, qui fiunt ab operante post propositum omittendi præceptum, ut si quis v. g. proponeret omittere Missam propter pigritiam, vel aliam causam, si postea celebrationis tempore domi studeret, aut ambularet, an hi actus dicantur causa omissionis, & consequenter sint peccata? ibid. §. 2. p. 375
Actus ille, quo quis admit actum præcepti exercendi, per accidens in confessione est explicandus: ut si quis v. g. proposuit per multos dies Officium divinum omittere, sed deinde propositum mutans nonnisi quinquies omisit. t. 1. tr. 7. r. 62. §. 2. ibid.
Idem est de similibus aliis. ibidem.
Actus, vide verb. *Conjux, Divortium, Ecclesia, Fornicatio, Iurisdictio, Satisfacere, Sterilis, Versari, Vir.* tom. 2
Per actus diversos an quis possit adipisci eodem tempore diversas Indulgentias? tom. 4. tract. 5. resol. 14. §. 1. pag. 185
Actus, vide verb. *Electio.* tom. 4
Actus irretractabilis, seu irreparabilis an sit excommunicatio ad ornatum Concilii Tridentini sess. 13. cap. 1. de Reformatione. tom. 5. tract. 1. resolut. 7. §. 1. pag. 6
Si actus non judicatur perfectus, & consummatus, ut lex requirit pro defectu alicujus conditionis, nunquam incurritur excommunicatio, nec censura. t. 5. tr. 1. r. 14. §. 1. & seq. p. 10
Actus, vel omissio externa per quam feratur censura, an debeat esse signum actus interni? t. 5. tr. 1. r. 15. §. 1. & seq. p. 11
Actus minorum Ordinum solemniter exercens excommunicatus, suspensus, & interdictus, non incurrit irregularitatem? tom. 5. tractat. 5. resolut. 17. §. 5. pagina 213
Si ad actus illicitos extra venerem Confessarius sollicitat pœnitentem, an incurrat pœnas sollicitationis? tomo 5. tractatu 9. resolut. 71. usque ad 75. à pagina 407. ad 409. & in resolut. 77. §. 1. in fine. pag. 410
Actus immediatus ad Confessionem comprehendi debet in obligatione ad denunciandum confessarium sollicitantem, quamvis confessio non sequatur. t. 5. tr. 9. r. 81. §. 1. p. 411
Actus, vide verb. *Censura, Ignorantia, Magicus, Vir.* tom. 5
Si actus non sit contra jus naturale, vel regni, an quis sit puniendus propter transgressionem legum civilium? tom. 6. tractatu 1. resolut. 50. §. 3. pagina 38
Duo, vel tres actus facti contra legem, an sufficiant, ut lex authoritate careat, maxime sciente Principe, & non puniente cum possit? t. 6. tr. 1. r. 64 §. 1. & seq. pag. 49
Actus in dubio debet interpretari validus. t. 6. tr. 1. r. 138. §. ult. p. 97
Actus aliqui judiciales an requirantur ad stabiliendam consuetudinem. tom. 6. tract. 2. resol. 14. §. 1. & seqq. pag. 108
Et quales actus requirantur? tom. 6. tract. 2. resol. 15. §. 1. pag. 109
Ubi an requiratur, quod actus ex quibus consuetudo constat careant omni malitia, vel necessarium sit, quod tales omissiones quibus lex abrogatur sint peccaminosæ saltem in principio? ibid. §. 2
Actus supradicti an debeant procedere ex intentione introducendi consuetudinem? tom. 6. tract. 2. resolut. 16. §. 1. pag. 110
Et quinam actus consuetudinem non introducant? ibidem.
Actus gesti quando valeant, vel non valeant, si aliter fiunt ab illo qui ad illos petere consilium jussus est? Et doctrina hujus resolutionis deserviet ad solutionem plurimorum casuum. t. 6. tr. 9. res. 23. per tot. pag. 467
Actus, vide verb. *Furiosus, Lex,* tom. 6
Quando actus substantiam prohibiti lex prohibet, & non circunstantias aliquas, an tunc reddat actum invalidum? t. 7. tract. 1. resol. 159. §. Probatur quarto. pag. 105
Ubi pro praxi aliqui casus adduntur.
Actus omnes qui fiunt contra legem prohibentem, an sint invalidi, inutiles, & pro infestis sint habendi, etiamsi

etiamsi lex non dicat ut actus non valeat, sed solum, ut non fiat? ibid. §. Probatur secundo.
Sed sæpè actus irritatur ob circunstantiam aliquam. Sic est irrita professio ante expletum novitiatum, & 16. ætatis annum, ideo ibi non prohibetur substantia professionis, sed circunstantia temporis. ibid. §. Ad quartum p.106
Actus substantia in multis casibus prohibetur, & tamen actus non irritatur. Et sic est in prohibitione matrimonii, quæ fit per impedimentum voti simplicis castitatis, vel religionis. ibid.
Actus an corruat quando deficit forma, etiamsi non adsit Decretum irritans? tom.7. tr.2. resol.unica §.12. pag.244
Actus erit nullus, si ante, vel in ipso actu consensus non currit, quando requiritur pro forma, quamvis postea consensus sequatur. ibid. §.20
Actus professorum exercens non ratificat professionem nullam, dum est ignarus causæ suæ professionis. ibid. §.37. p.247
Actus, vide verb. *Forma, servus.* tom.7
Actus hic, *Comederem carnes in Quadragesima, si Ecclesia non prohibuisset*, an careat culpa? tom.8. tr.6. r.2. §.3. p.135
Et quid, si quis diceret, occiderem inimicum, si hoc non esset peccatum, aut offensa Dei, & similia, vel si supplicium, aut infamiam non timerem, an careat culpa? ibid. §.4
Actus, vide verb. *Acceptio, Amens, Famina, Meretrix, Prætores, Puella.* tom.8
Actus attentatus an sufficiat ad incurrendam excommunicationem Bullæ Cœnæ contra violantes Immunitates Ecclesiarum? t.9. tr.1. r.4. §.1. p.5
Ubi quod non sufficiat sola cogitatio extrahendi, sed requiritur quod sit deventum ad aliquem actum exteriorem. ibid. §.2
Actus per quos adoratio exercetur explicantur, ex quibus infertur quomodo distinguatur adoratio. t.9. tr.4. r.2. §.1. p.321
Actus, vide verb. *Degradatio.* tom.9
Quænam Actuum frequentia introducat consuetudinem? t.6. tr.2. r.13. §.1. & seqq. p.108

Actus internus.

Actum internum an possit Ecclesia prohibere, & an possit præcipere? t.3. tr.1. r.29. §.1. p.36
Et an afficere censuris? tom.3. tractat.1. resolut.32. §.3. pag.40
Actus interni interruptio an sit circunstantia in confessione toties, quoties, aperienda? t.1. tr.7. r.12. §.1. & seqq. p.349
Actus internos lex Ecclesiastica non potest per se præcipere, vel absolutè prohibere, si nullo signo externo quis actus manifestaverit. tom.6. tr.3. r.2. §.1. in fine pag.123

Addere.

Addere an possit Episcopus novum numerum Canonicorum aliis antiquis? t.3. tr.3. r.83. §.1. p.346
Addi octavus septem Germaniæ Electoribus Imperatoris an possit sine assensu summi Pontificis? t.9. tr.10. r.1. §.1. p.459
Vide verb. *Collecta.* tom.2

Addicere.

Addicere Adjutorem cum futura successione Papa non potest. t.9. tr.6. r.4. §.1. p.371

Adeps.

Vide verb. *Gutta.* tom.7

Adesse.

Qui adest præsens, & audit totam Missam, dempto tempore consumptionis sacrificii an adimpleat præceptum? t.2. tr.3. r.24. §.1. p.235
Qui adest præsens tempore consecrationis, an satisfaciat præcepto Missæ? t.2. tr.3. r.25. §.1. p.236
Vide verb. *Assistere, Interesse,* tom.2

Adhærere.

Vide verb. *Probabilis.* tom.6

Adhibere.

Et an infantes baptizatorum, quamvis hæreticorum, & apostatarum valide possint baptizari, invitis eorum parentibus? ibid. §.5

Et an liceat baptizare filios Infidelium, etiamsi in potestate Christianorum per injuriam veniant, quando eorum parentibus restitutio non est possibilis? ibid. §.6

An liceat Dominis servorum suorum baptizare filios Infidelium, non separando illos à Patribus? t.1. tract.1. res.89. p.58

An in casibus, in quibus licitum est baptizare filios Infidelium, teneantur Domini hoc facere sub onere peccati mortalis? t.1. tr.1. r.90.91. p.58

An filii Infidelium post septennium, si sit dubium sintne rationis compotes, sint invitis parentibus baptizandi? t.1. tr.1. r.92. p.58

An cognatio spiritualis contrahatur in Baptismo à Patrinis, si non fuerunt designati etiam à Parocho, sed tantum à parentibus, vel tutoribus baptizandi? Ex quo alia deducuntur circa prædictum casum? t.1. tract.1. res.93. p.59

Aliqua curiosa circa Patrinum Baptismi notantur. Primò, quod uxor simul cum marito filium alterius in Baptismo suscipiens, nulla authoritate reperitur prohibitum. t.1. tr.1. r.94. §.1. p.60

Secundò, quod duo viri, etiam soli, aut duæ mulieres etiam solæ non possunt esse susceptores in Baptismo; ex quo colligitur Parochum contra hoc ex Concil. Trid. facientem peccare mortaliter. ibid. §.2

Tertiò, quod hæreticus possit in Patrinum admitti, cum Catholicus commodè reperiri non possit. ibid. §.3

Quartò, quod quando baptizatur filius parentum Infidelium, Minister baptizans, & tenens non contrahit cognationem spiritualem cum his parentibus non baptizatis. ibid. §.4.

An non baptizatus, possit esse Patrinus in Baptismo, & cognationem contrahat? t.1.tr.1. res.95. & in multis aliis ejus not. p.60

Et an recipiens postea Fidem, & Baptismum, possit valide conjugari cum persona baptizata, aut cum parentibus ejus? ibid.

Idem est, si persona Infidelis baptizaret infantem. Et quid de Cathecumeno, hæretico, & de aliis diversis personis baptizantibus, vel rebaptizantibus, aut suscipientibus Baptismum? ibid. §.4. p.61

Possintne in Baptismo assumi in Patrinos duo viri, unus ut interveniat nomine proprio, alter procurario nomine mulieris? t.1. tr.1. r.95. p.62

Et supponitur, quod numerus Patrini in Baptismo designatus, & quoad summum ex Concil. Trid. debent esse duo, vir, & fœmina. ibid. in initio res.

Et an supra id Episcopus dispensare possit? ibidem in fine §.2

Et an quilibet puer in quacumque ætate, dummodo sit capax rationis ad mortale peccatum committendum, possit obire munus Patrini? ibid. §.3

Et notatur, quod quando quis suscipit aliquem in Baptismo per Procuratorem, neque ipse, neque Procurator contrahunt cognationem spiritualem. Idem est, quando quis mittit Nuntium, aut Procuratorem, ut in nomine suo alium baptizet, aut confirmet. ibid. §.4

Et an munus Patrini, & impedimentum ex eo proveniens solum in Baptismo solemni locum habeat, tametsi susceptor in Baptismo privato vellet munus Patrini exercere? ibid. §.5

Et cursim docetur, quod baptizans privatim spiritualem cognationem contrahit cum baptizato, ejusque Patre, & matre. ibid. ad lin.2. §.6. p.63

Et quid, si laïcus baptizet in necessitate? ibid. §.7

An in privato Baptismo tempore necessitatis sit adhibendus Patrinus, & an contrahat cognationem spiritualem? t.1. tr.1. r.97. p.63

Et quid, si quis teneat talem infantem in dicto casu ex proposito, ut Patrini munus obeat, an contrahat cognationem spiritualem? ibid. §.3

Et an improbanda sit consuetudo, secundum quam quibusdam in locis Catholici Patrini existunt filiis hæreticorum, baptizante illos Ministro hæretico in forma sanctæ Trinitatis? ibid. §. ult.

An qui in Baptismo, sive in Ecclesia, sive domi, sive cum cæremoniis, sive sine illis ministrato, assumuntur in Patrinos eandem contrahant cognitionem spiritualem, si prolem offerant ad Baptismum tanquam Patrini, &c

& ut tales ejus curam suscipiant ? t. 1. tract. 1. resol. 99. §. 5. pag. 64
Et quid, si non tetigit infantem in Baptismo, quamvis in Patrinum assumatur ? ibid. ad med. §. 4
Et quando post Baptismum domi collatum propter necessitatem, tunc quando solemnes cæremonias in Ecclesia supplentur, aliquis adhibeatur ut Patrinus, an in tali casu contrahat etiam aliquam propinquitatem ? Et quid de illo, qui adhiberetur, dum quis scienter, vel ignoranter rebaptizaretur ? ibid. post med. §. 5.
An hodie contrahatur impedimentum Catechismi non dirimens, sed impediens, vel sit sublatum per Concil. Trid. *sess. 22. c. 2. de Reformat. matrim.* t. 1. tract. 1. resolut. 100. p. 65
Et an Parochus in supradicto casu debeat, & ad id teneatur scribere in Libro, quod sint illi Patrini in solo Catechismo, & quod puer fuit in domo baptizatus ? ibid. §. 3
Infans fuit propter necessitatem baptizatus, v. g. in capillis, manu, pede, &c. quæritur, an postea, dum rebaptizatur in Ecclesia sub conditione, Patrinus contrahat cognationem ? Et hoc procedit in omnibus casibus, in quibus necesse est rebaptizare puerum sub conditione, & idem procedit in rebaptizante. t. 1. tr. 1. res. 101. p. 65
An qui per errorem levavit in Baptismo filium Petri, existimans se filium Pauli levare, contrahat cognationem spiritualem ? tom. 1. tractat. 1. resolut. 102. pag. 66
Et an conjux, quæ per ignorantiam levavit in Baptismo filium mariti, teneatur arceri à delicti petitione ? ibid. ad medium §. 2
Dum quis post partum uxoris statim ob periculum baptizavit infantem, adstantibus tamen multis, qui hoc facere poterant, dubitatum fuit, (etiamsi graviter peccaverit,) an privatus remanserit jure petendi debitum ? Eadem est ratio uxoris erga virum. Et eadem etiam est ratio tenens filium pro Baptismo in periculo mortis. t. 1. tr. 1. r. 103. p. 67
Et an Episcopus, Commissarius Bullæ Cruciatæ, & Confessarii Regulares ex commissione suorum Provincialium possint dispensare circa supradictum impedimentum ad petendum debitum ? ibid. §. 3
Et quid, quando alteruter, vel uterque conjugum culpabiliter ex malitia, vel ignorantia extra casum necessitatis baptizat, vel tenet filium in Baptismo, an peccet gravissime, & sit puniendus, & impediatur petere delictum ? tom. 1. tract. 1. resol. 104. in fine, & latè in res. 105. p. 67
Et an hoc procedat, in casu, quo conjux baptizet filium solius alterius conjugis in necessitate ? ibid. §. 4. dictæ res. 105. p. 68
Idem est, si conjux jam ad fidem conversus uxorem, quam in infidelitate duxerat, baptizat, occurrente eadem necessitate. ibid. in dicto §. 4. p. 68

Appendix ad alias quæstiones mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Resolut. quæ simul pertinent ad hoc verbum.

Baptismus.

Qui formam Baptismi profert sine vera aqua, an peccet mortaliter ? t. 1. tr. 7. r. 74. §. 6. p. 380
Baptismi sacramentum an liceat ministrare personaliter interdicto, qui causam dederit ? tom. 1. tract. 2. res. 20. §. 1. pag. 80
Ubi, qui ministrat hoc sacramentum in dicto casu non peccat per violationem interdicti, sed quia ministrat in peccato mortali, &c. ibid.
Baptismi cæremonias ab Ecclesia præscriptas magna ex parte omittens, an peccet mortaliter ? t. 2. tr. 1. r. 192. §. 1. p. 111
In Baptismi forma, qui omitteret *Amen*, *Ego*, *In*, an excusetur à mortali ratione parvitatis materiæ ? t. 2. tr. 1. r. 222. §. 2. p. 133
Ut Baptismi sacramentum valide conferatur, an una gutta aquæ sufficiat ? t. 2. tr. 4. res. 6. §. 2. p. 246
Baptismi usum, imò & solemnitates ejus an Pontifex possit interdicere ? t. 3. tr. 1. r. 2. §. 1. p. 2
Baptismi exhibendi an Ecclesia potuit determinare tempus, in quo Ministri Ecclesiæ, & non in alio illum exhiberent adultis parentibus, videlicet vigiliam Resurrectionis, & vigiliam Pentecostes ? t. 3. tr. 1. res. 7. §. 6. pag. 12
Baptismi sacramentum ut laïcus in casu necessitatis solemniter ministret, an Pontifex possit committere laïco ? t. 3. tr. 1. r. 8. §. 1. p. 13
Baptismi forma simul cum ablutione proferenda. t. 4. tr. 8. r. 36. à §. Primò ad 2. p. 336
Ubi, quid hæc simultaneitas, & quomodo intelligatur ? ibid. §. 3
Baptismi materia, & forma necessaria quæ sit ? t. 4. tr. 8. r. 84. §. Sed instabis. p. 381
Si pro Baptismi Sacramento Minister petat adulto, ut detur pecunia in pretium illius, & faciat jurare dantem, ut omnino tali pacto det, an possit sine symonia dari, maximè si adultus dubitet de sua sufficienti contritione ? Ubi aliqua circa hoc. t. 5. tr. 7. r. 14. §. 1. p. 315. & in §. 8. p. 317
Si in Baptismi sacramento sacerdos fœminam sollicitavit, an incurrat pœnas Pontificias de sollicitatione ? t. 5. tr. 9. r. 63. §. 1. p. 403
An in Baptismo omnes Religiosi tam mendicantes, quam non mendicantes, sancti-Moniales, Abbates, & Monachi, Canonicus Regularis, Episcopi, Cardinales, Religiosi possint esse Patrini ? t. 1. tr. 2. r. 23. per totam. pag. 81
Qui in Baptismo tenet plures filios alicujus, una est tantum Paternitas. t. 3. tr. 2. r. 62. §. 3. p. 212
In Baptismo quæ intentio requiratur ? t. 4. tr. 8. res. 37 per totam, & signanter. §. Itaque p. 337
In Baptismo non sufficit intentio adhibendi ritum externum. ibid.
Pro Baptismo debet benedici Chrisma etiamsi terra sit interdicto supposita. t. 4. tr. 8. r. 87. §. 1. p. 383
In Baptismo non requiritur aliquis consensus de necessitate sacramenti. t. 5. tr. 5. r. 60. §. 8. p. 233
Ne sine Baptismo infans moriatur non solum licitum sit offerre pecuniam, sed teneri si aliter Baptismus ministrari non possit. t. 7. tr. 5. r. 4. §. 1. & seqq. p. 327
In Baptismo an Cardinalis Religiosus, vel Episcopus Religiosus compater esse possit ? t. 9. tract. 7. res. 87. §. unico. p. 407
Baptismum solemniter sacerdos administrans sine vestibus sacris, an peccet mortaliter ? t. 1. tr. 2. resolut. 9. §. 7. pag. 75
Ad Baptismum suscipiendum an adhuc teneatur qui certò novit se in ventre matris fuisse sanctificatum ? t. 1. tr. 3. r. 142. §. 1. p. 185
Baptismum suscipere cum vitæ discrimine non tenetur, qui moraliter certus est de sua contritione. t. 2. tract. 6. r. 136. paulò post initium. p. 413
Baptismum suscipiendi tempus præcepti divini an Pontifex potuerit determinare. t. 3. tr. 1. r. 7. §. 1. p. 12
Baptismum ministrans sacerdos in peccato mortali in casu necessitatis an peccet mortaliter ? t. 3. tr. 1. r. 7. §. 8. p. 14
Et quid si solemniter sacerdos in peccato mortali baptizans aliquem ? ibid.
Idem est de Diacono, & laïco baptizantes solemniter ex dispensatione. ibid. §. 9
Per Baptismum an tollatur irregularitas homicidii ? t. 5. tr. 5. r. 145. §. 1. p. 282

Per

Per Baptismum an tollatur omnis irregularitas præterquam ea, quæ contracta est ex defectu sacramenti ut bigamia? ibid.
Baptismum suscipere non tenetur adultus cum vitæ discrimine, quia potest elicere actum contritionis, & sibi consulere. t.7. tr.5. r.76. §.8. p.369
Baptismum ministrare cum materia dubia, v. g. cum aqua ex sole resoluta an licitum sit ex metu mortis? ibidem §. ult. ad medium.
Si ante Baptismum infans filius fidelis recentissime natus moriatur, & sepeliatur in Ecclesia, an illam polluat? t.9. tr.1. r.131. §.1. p.85
Baptismus. In principio tomi primi tractatus primi, de Baptismo ipse titulus demonstrat, quod omnes quæstiones dicti tr. pertinent ad hæc verba. *Baptismus, Baptizare*, ubi quam plures difficultates invenies, etiam pro Patrinis in Baptismo.
Baptismus, Vide verb. *Aqua*. tom.1
Baptismus collatus cum aqua maris est validus. t.2. tr.1. r.197. §.2. p.114
Baptismus aqua congelata validè conferri non potest. t.2. tr.1. r.201. §.1. p.118
Baptismus collatus sub hac forma. *Ego te Baptizo, in Nomine Patria, & Filia, & Spiritus Sancta*, an sit validus? t.2. tr.1. r.222. §.3. p.133
Baptismus furiæ tempore receptus, petitus tamen ante furiam validus est. t.2. tr.6. r.61. §.1. p.366
Baptismus, Vide verb. *Adultus, Assimilatus, Rebaptisare*. tom.2
Ut Baptismus licitè conferatur extra casum necessitatis an inter Ministros hujus sacramenti ordo sit servandus sub peccato mortali? t.3. tr.1. r.8. §.3. p.13
Ubi quod baptizantes Pater, aut mater in casu necessitatis Filium, vel munus Patrini in dicto casu exercentes jus petendi debitum conjugale non admittunt. Et quid extra casum necessitatis. ibid. §.5
Baptismus, Vide verb. *Infidelis*. tom.3
Baptismus, Vide verb. *Abjurare, Error, Laicus, Medicamentum, Parochus, Rebaptizantes*. tom.5
Item verb. *Mater*. tom.7
Baptismus, Vide verb. *Innocens*. tom.8

Baptizare.

Baptizandi an sint expositi? tom.5. tract.3. resol.42. §.1. pag.224
Baptizandus an sit postea sub conditione infans ab Infidelibus captus? Pro quo in praxi proponitur pulchrum dubium, & multa explanantur quæ contingere possunt pro baptismo in dicto casu, & aliis. t.5. tr.5. r.21. §.1. & seqq. p.215
Baptizandus an sit sub conditione infans si inveniatur sine schedula Baptismi teste, & puer ex colore, & ætate videatur infans natus ante mensem? t.5. tr.3. r.42. §.3. p.224
Baptizans solemniter Diaconus ex commissione Sacerdotis in peccato mortali, an peccet mortaliter? t.3. tr.1. r.8. §.9. p.14
Baptizans solemniter laicus an incurrat irregularitatem? t.5. tr.5. r.22. §.2. p.216
Baptizate infantem cum periculo vitæ an quis teneatur? t.7. tr.4. r.19. §.7. p.290
Et an etiam adultum, cum difficilis sit Contritio, quamvis possibilis? ibid. §.8
Baptizari possunt plures unica ablutione. t.1. tr.4. r.3. §.2. p.224
Baptizari potest in Ecclesia polluta. t.9. tr.1. r.144. §.12. pag.94
Si laicus solemniter baptizet in casu necessitatis in peccato mortali, an peccet mortaliter? t.3. tr.1. r.8. §.6. pag.13
Et an hoc absque dispensatione hoc non possint facere Diaconi inferiores? ibid. §.2
Ut baptizentur infantes filii Hæreticorum, & Apostatarum, an Pontifex præcipere possit, invitis parentibus eorum? t.3. tr.1. r.6. §.1. p.10
Et quid de filiis Infidelium? ibid. §.5
Et quid, si saltem alter parens sit infidelis? ibid.
Idem est si proles sit sub cura plurium tutorum quorum unus saltem est Christianus. ibid.
Idem est quando alter parens consentit, quamvis uterque sit Ethnicus. ibid.
Et idem quando parvulus non habet Patrem sed avum paternum, quamvis mater sit invita, si avus consentit. ibid.
Et quid de filiis Infidelium, mancipiorum, ibid. §.10. pag.11
Et quid, si Patres infideles politicè sunt tantum subditi Principibus Christianis? ibid §.6
An baptizetur illicitè infans expositus cum schedula testificante illum esse baptizatum? t.5. tr.5. r.19. §.1. pag.214
Et quid, si talis fuisset expositus inter Saracenos, vel Judeos, &c. ibid. §.1
Ut baptizetur fœtus an mater gravida teneatur permittere se secari? t.7. tr.4. r.19. §.7. p.290
Ut baptizetur fœtus, an mater gravida teneatur ut supra, &c. t.8. tr.10. r.3. §.4. in fine p.197

Baptizatus.

Si non baptizatum quis baptizet sub conditione, an peccet mortaliter? t.5. tr.3. r.42. §.4. p.225
Si baptizatus fuit reus invalidè ex defectu formæ materiæ, vel intentionis Ministri, an Inquisitores possint illum punire? tom.5. tract.10. resol.85. §.1. & seqq. pag.447
Et quid quando dubitatur an reus sit baptizatus? tom.5. tr.10. r.86. §.1. p.448
In dubio an baptizatus fuerit infans, an sepeliendus sit in loco sacro, sive dubium sit in conferente Baptismum, sive in suscipiente, sive in materia, sive in forma? t.8. tr.8. r.67. pag.190. & 191
Si non sit baptizatus infans morituras, an teneatur quicumque potest mortem subire, si ab aliquo impeditur, ut illum baptizet? t.8. tr.10. r.3. §.4. p.197

Barba.

Si super barbam alicujus Hostia, vel fragmentum cadat an sit ipsa barba lavanda; Et quid est agendum si sanguis cadat super barbam Sacerdotis? t.2. tr.2. r.54. §.1. & 2. p.189. & 190

Barbaries.

Barbaries inepta ad Politicam, an sit justa causa belli? t.7. tr.7. r.3. §.Non desinam, p.385

Barbitonsores.

Barbitonsores an teneantur jejunare? t.4. tr.6. r.33. §.1. pag.218
Barbitonsores in diebus festivis, an possint tondere omnes, qui ad eos accedunt? tom.7. tr.5. r.21. §.Quoad secundum p.338

Barisellus.

Barisellus Episcopi, cum sit de ejus familia armata, gaudet privilegio fori. tom.9. tr.2. r.182. §.Notandum. p.184.

Baro.

Si baro aliquis v. g. habet aliquam Procuram alicujus

universitatis, an possit in Parlamento dare diversas voces, ut Baro videlicet respondere affirmative, & ut Procurator negative, t.7. tr.6. r.22. §.1. p.378
Baro an possit introducere in quadam terra de novo à se ædificata tabernam dictam *Zagato*, vassallis reclamantibus, & an ita faciens incurrat censuram Canonis 5. Bullæ Cœnæ? t.9. tr.2. r.95. §.1. p.147
Barones feudatarios, & eorum filios an Episcopus possit ordinare? t.2. tr.5. r.45. §.1. p.290
Barones Regni an possint constituere unum, vel alterum in Procuratorem, ad effectum intrandi in Parlamento? t.7. tr.6. r.18. §.1. p.377
Barones Regni an teneantur ad contribuendum, si populares omnes donativum sufferre non possunt? t.7. tr.6. r.34. §.1. p.383
Barones Romani cum stigmatibus Imperatoris, Regis Hispaniæ, Galliæ, &c. appositis in eorum Palatiis an videantur profiteri stare se sub protectione dictorum Principum? t.9. tr.11. r.5. §.1. p.466
Et quid, si in rigore hæc in signum appositio in Palatiis Romanorum Baronum demonstret ipsos sub stricta protectione illorum Regum stare, & non tantum ad ostendendum animi propensionem in talem, vel talem Regem, an possint se subjicere pectori tali, & protectioni. ibid. §.4. p.467
Si in Baronis aliqua terra vendantur comestibilia, & potabilia tantum in ejus taberna vulgo dicta *Zagato*, an possint adhuc Clerici aperire tabernas, & vendere vinum, nivem, & alia recollecta in eorum prædiis? t.9. tr.2. r.95. §.1. p.147

Beatificatio.

In Beatificatione Sanctorum an Papa possit errare? tom.9. tr.5. r.17. §.1. p.357
In Beatificatione Sanctorum Papam non posse errare an de fide tenendum sit? t.9. tr.5. r.19. §.1. p.359
In Beatificatione Sanctorum Papam posse errare si quis dixisset, an in S. Officio sit ei imponenda abjuratio de formali? t.9. tr.5. r.22. §.1. p.363
Et an ex sola Beatificationis vi precisè quod anima beatificati sit in gloria, remaneat tantum infra latitudinem probabilitatis, & certitudinis moralis? t.9. tr.5. r.20 §.1. p.360

Beatificatus.

Sancti Beatificati diem transferre an sit licitum? t.9. tr.5. r.21. §.11. p.362
Ubi quod puniendus est in S. Officio, qui dixisset quod S. Franciscus de Borgia, & S. Cajetanus non sint in Cœlo: secus autem si dixisset, *ego non teneor credere B. Borgiam, & B. Cajetanum esse in gloria.* tom.9. tr.5. r.22. §.8. p.364
Beatificati nondum Canonizati Sancti diem festum instituere an Episcopus possit? t.3. tr.3.r.90. §.1. p.355
Si de aliquo S. Beatificato concedit Pontifex Sacerdotibus certæ Religionis, ut certo die dicant Missam, tunc non possunt facere Octavam, neque in illa dicere Missam, & Officium de dicto S. Beatificato. ibid. §.2
Beatificatum S. an liceat invocare in publicis Litaniis, vel pingere Imaginem viri S. nondum Beatificati cum radiis, & diademate. ibid. §.3
Posito, quod S. Beatificatum venerari sumnus Pontifex concedit aliquibus determinatis personis, & sub determinato aliquo ritu, an possint alii omnes uti tali concessione? t.9. tr.5. r.21. §.1. p.361
Quando quis Beatificatus est, & concessus ejus cultus certæ Religioni, an possint alii Sacerdotes sive Regulares, sive sæculares de illo in Ecclesia assignata in Decreto Beatificationis Missam celebrare? t.2. tr.1. r.81. §.1. p.43
Beatificatus. Vide verb. *Missam celebrare.* tom.3

Bellua.

Qui Belluam mortuam cognoscit, non incurrit in casum reservatum de coeuntibus cum brutis, licet intra ejus vas naturale seminet. t.8. tr.6. r.6. §.4. p.137
Vide verb. *Animal, Bestia, Brutum.* tom.8

Bellare Bellum.

Ne bellando fœdera cum Turcis, vel Hæreticis Principes Christiani contrahant, an summus Pontifex sub censuris prohibere possit. t.9. tr.13.r.7. §.1. p.476
Quis possit indicere bellum offensivum? t.7. tr.7. res.1 pag.384
An Papa possit prohibere in aliquo casu, ne Principes Christiani inter se pugnent? t.7. tr.7. r.2. p.385
Quæ sunt causæ justæ inferendi bellum? t.7.tr.6.r.3.p.385
An detur bellum ex utraque parte justum? t.7. tr.7.r.4. & in aliis ejus not. p.385
Et an aliquando bellantes non peccent, quia ex ignorantia invincibili procedunt? ibid. §.3. p.386
Et notatur, quod supradicta ignorantia facilius habet locum in subditis, & Militibus. ibid. cursim in §.4
An Princeps dubius de justitia belli possit bellum movere? Et quid est dicendum in casu, si Rex, licet dubitet de possessione Regni, habet tamen majorem propensionem, ut Regnum sit. v.g. Regis Galliæ, an in tali casu debeat restituere saltem partem Regni? t.7. tr.7. r.5. p.386
An qui bellum in justum bona fide gessit, cognita justitia belli, teneatur resarcire omnia damna, quæ intulit? t.7. tr.7. r.6. p.386
An si Princeps inferat bellum ex justa causa sine recta intentione, bellum sit injustum? t.7. tr.7. r.7. p.386
An Princeps habens justam causam inferendi bellum, si ex illo tamen in perniciem Regnorum maxima damna timerentur, possit adhuc illud indicere? t.7. tr.7. r.8. p.387
Et an in tali casu Princeps teneatur ad aliquam restitutione? ibid. §.2
Et an illicite moveatur bellum, si minima subsit spes victoriæ, vel an requiratur moralis certitudo victoriæ, ut bellum possit indici? ibid. sub finem. §.1
An post inchoatum bellum, si alius Princeps offerat condignam satisfactionem, bellum adhuc prosequi quis possit? t.7. tr.7. r.9. p.387
Quam satisfactionem possit Princeps in bello petere? t.7. tr.7. r.10. p.388
Si cum consensu Principis vassallus magnam inferat injuriam in alium Principem, qui tamen omnem injuriæ satisfactionem respuerat, nisi illius author ad eum morte plectendum sibi daretur, quod alter Princeps negaret, an in tali casu, bellum contra eum juste indicere possit? t.7. tr.7. r.11. p.388
An aliquando licite possit negari transitus Militum pro bello inferendo alicui Principi? t.7. tr.7. r.12. p.389
An si Princeps impediat mercaturam, peregrinationem, navigationem, transitum, &c. per sua Regna Civibus alterius Regni, possint alii Principes juste contra eum bellum indicere? t.7. tr.7. r.13. p.389
Et quid, si negatur Exercitui transitus? ibid. §.3. &c.
An licite possit inferri bellum Infidelibus propter solam infidelitatem, maxime ex licentia Papæ? t.7. tr.7.r.14 pag.390
Et quid, si non permittant in suis Regnis Prædicatores Fidei? ibid. §.4
Et deducitur non posse Papam conflare Exercitum ex Clericis, & Ecclesiasticis viris ad compescendum Infidelem, nisi alias timerentur in Ecclesia damna. ibid. §.5
Et an potestas impetendi Principem Infidelem, sit penes Reges, & Regna, vel penes Papam tantum? ibid. §.6
Et an possit Ecclesia, & Principes Christiani mittere Prædicatores cum Exercitu ad prædicandum Infidelibus? ib. §.9. &c.
An licitum sit inferre bellum Infidelibus committentibus Idolatriam, & violantibus jura naturalia, maxime si

si accedat authoritas Summi Pontificis? t.7. tr.7. r.15. pag.390
An sit justus titulus bellandi, si Infideles nolint excipere Prædicatores Fidei, sed illos occidant, & liberum transitum in aliis Provinciis ad prædicandum denegent? Et de aliis septem casibus agitur, pro quibus licì um est Infidelibus inferre bellum. t.7.tr.7. r.16. p.391
An licitè indicatur bellum Infidelibus ex titulo donationis obtentæ à Pontifice de eorum Provinciis? t.7. tr.7. r.17. p.392
An licitum sit indicere Bellum Hæreticis propter solam hæresim, nisi ab Ecclesia declarentur Hæretici? t.7. tr.7. r.18. p.392
An Hæretici justo bello capti, fiant servi capientium? Et Resolutio hujus dubii pendet ex illo, an hodie inter Christianos jus Captivitatis cesset? Ubi alia curiosa enucleata invenies. t.7. tr.7. r.19. p.393
Et an Militibus sit concessum ab hostibus emptione, vel donatione accipere bona mobilia aliena? ibidem, §.5. pag.394
Et aliud pulchrum dubium in §.7. dictæ res. decisum invenies. Ex quo deducitur, quod non potest Hispanus Ecclesiasticos Gallos capere, nec Gallus Ecclesiasticos Hispanos, ac eorum bona abripere. ibid. in dicto §.7. & seqq. usque ad §.11. & in aliis eorum not.
Et quid est dicendum de bonis Mercatorum Januæ existentium à Gallis Militibus ablatis. ibidem. §.11. pagina 395
An sit licitum tradere Tyranno aliquam Virginem deflorandam ad tuendam Rempublicam? Et ad firmandam doctrinam hujus quæstionis aliæ in exemplum adducuntur. t.7. tr. 7. r.20. p.396
An aliquando sit licitum in bello obsides occidere? t.7. tr.7. r.21. p.397
Et quid, quando adversarii non stant promissis? Et in tali casu, qui occidunt obsides dicantur innocentes occidere? t.7. tr.7. r.22. p.398
An in bello licitum sit uti insidiis, stratagemis, & sit standum promissis? Et quid, si fidem dedisses hosti non utendi insidiis, nisi forte coactus dedisses, quia tunc etiam firmatam juramento implere non debes. t.7. tr.7. r.23. p.398
An liceat totam Civitatem Militibus diripiendam dare? t.7. tr.7. r.24. ibid.
An liceat in bello innocentes occidere? tom.7. tr.7. r.25. pag.398
Et ad firmandam securitatem in futuro an liceat occidere nocentes, vel innocentes, quorum revelatio timetur, ibid. §.5. p.399
Et in principio hujus Res. explanatur, qui sub nomine Innocentes intelligantur. &c.
An bona innocentium possint in bello diripi, & devastari? t.7. tr.7. r.26. p.399
Et an hujusmodi bona ipsis postea sint restituenda, præsertim cum sint bona innocentium, qui ad Rempublicam hostilem non pertinent, ut bona Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum. ibid. §.2
Et an tali privilegio Immunitatis gaudeant omnia bona quorumcumque sint, si in Ecclesiam ad custodiam reponantur? ibid. §.8. p.400
Et an possit oppugnari Ecclesia, quando est incastellata, idest munita more castri, &c. ibid. ad medium §.9. &c.
An Reliquiæ in bello justo possint abstrahi ab Ecclesia sine onere restitutionis? t.7. tr.7. r.27. p.400
An innocentes possint in servitutem redigi, sicut licet tradi infantes obsides inimico nolenti aliter à bello desistere? t.7. tr.7. r.28. p.401
Et deducitur primo omnes Turcas, & Sarraceros tam infantes, quam mulieres, & viros cum à Christianis justo bello capiuntur fieri mancipia Christianorum. Secundo Christianos, nunquam fieri mancipia Christianorum propter consuetudinem communi consensu, & usu approbatam. Tertio Christianos de facto quidem fieri mancipia Turcarum, & Sarracenorum, non tamen de jure. Quarto innocentes non posse capi, & in servitutem redigi, nisi per accidens. ibidem. §. ult. pag.402
An capti in bello justo possint fugere, etiam quando benigne à Domino suo tractantur, dummodo non fugiant animo evagandi, sed redeundi ad suos, & Patriam repetendi? t.7. tr.7. r.29. p.403
Et quid, si fidem quis dederit non fugiendi, & maximè si juramentum adhibuisset? ibid. §.7. &c.
Et an supradicta maximè procedant ad Christianos à Turcis captos, qui non solum possunt fugere, sed etiam Dominorum suorum bona diripere, & in quacumque quantitate secum asportare? ibid. §.8. &c.
An capti in bello inter Christianos licite possint redimi, & in conscientia teneantur solvere pretium promissum suæ redemptionis? t.7. tr.7. r.30 p.403
An Milites teneantur cum vitæ periculo non deserere arces, & stationem, alias obligentur damna inde provenientia reparare? Et an possint relinquere Castra sine lethali crimine. t.7. tr.7. r.31. & in aliis ejus not. 1. & 2. pag.404
Et deducitur, quod non expedit, ut Duces faciles sint in concedenda licentia Militibus discedendi, &c. ibid. prope finem. §.2
An Principes possint concedere Repræsalias, maximè concurrentibus sex conditionibus? tom.7. tract.7. r.32. pagina 404
Ad quem capta in bello bona pertineant? Et si bona, quæ ab hostibus eripiuntur, sint furto sublata, an restituenda sint veris Dominis, vel possint Milites illa sibi retinere? t.7. tr.7. r.33. p.405
An si emptione, donatione, aut alia ratione aliquis ab hostibus aliquid accipiat, teneatur veris Dominis restituere, quod notandum est pro Catholicis Hollandis, qui aliquando ex præda Indica aliqua à nautis emunt. ibid. §. ult. & in aliis ejus not. p.406
An omnes Milites exercitus deprædantes Urbem teneantur insolidum ad restitutionem in integrum? t.7. tr.7. r.34. pag.406
Et an Dux teneatur ad totum, quod per Milites illatum damnum est? ibidem, in fine r.
An vero authores belli, nempe Principes, & Consiliarii teneantur integrè restituere, & quilibet eorum alio omittente; & similiter speciales Duces, & Tribuni? t.7. tr.7. r.35. p.407
Quæritur etiam, quid facere debeant Milites, qui ignoranter pugnaverint in causa belli injusti, si subditi sunt, & quid, si subditi non sunt? ibid. §. ult. &c.
An Miles subditus possit militare in bello injusto? tom.7. tr.7. r.36. p.407
Et an teneatur subditus inquirere justitiam belli, dum est dubia negativè? ibid. prope finem. §.5. à vers. Nec tenetur, & in aliis ejus not. p.408
Et an subditus indoctus, qui non potest discernere, quando sit causa justa, aut dubia, teneatur semper obedire Superiori præcipienti? ibid. §.6. &c.
Et quid est dicendum, si amicus, à quo Rex petit auxilium dubitet de justitia belli, possitne illum juvare? ibidem. §.7. & seq.
An Milites non subditi alicujus Principis teneantur inquirere justitiam belli? t.7. tr.7. r.37. & in multis aliis ejus not. p.409
Et si tales Milites postea comperiant à parte ipsorum bellum fuisse injustum, teneantur restituere damna, quæ dederunt? t.7. tr.7. r.38. §.17. p.410
Et an capti in bello justo ex parte capientium, injusto autem ex parte adversariorum, ad suos possint fugere sine peccato, modo scandalum & promissio absit? t.7. tr.7. r.39. §. ult. p.411

An

An milites sive subditi sint, sive non, dubitantes de justitia belli possint bellare? Et si postea cognoscant injustitiam belli, quid teneantur restituere? t.7. tr.7.r.40. & in multis aliis ejus not. p.411

An bellare in diebus festis sit per se licitum? t.7. tr.7.r.42. pag 412

Et si fiat prælatio in die festo etiam extra necessitatem, si Missa audiatur an sit peccatum mortale? ibidem. in fine §.2. &c.

Et an in dicto casu etiam excusentur à peccato, qui aggeribus, fossa, & vallo, arces, Urbes, oppidave muniunt, & alia similia faciunt, ibid. in fine r.

Quo tempore sit licitum bellare? t.7. tr.7. r.43. p.412

Et an quando bellum est in procinctu, teneantur Milites audire Missam? ibid. §. ult. p.413

An secreta Principum, seu Exercitus licitum sit revelare, ad vitanda tormenta, & jacturam vitæ? tom.7. tr.7. r.44. pag.413

In quo peccant Milites erga eos, apud quos commorantur? Et quid teneantur restituere? t.7.tr.7.r.45.p.413

Ubi de aliquibus aliis agitur, in quibus peccant mortaliter Milites, si non obediunt Duci, vel Præsidi militiæ, & quis, quid, & quibus in aliquibus casibus aliis tunc occurrentibus restituere teneantur. ? ibid. à §.7. pag.414

De peccatis Ducum in Exercitu regendo. t.7. tr.7. r.46. pag.414

Et an ipsi Præfecti Arcium possint pauciores Milites in Arce ponere, quam à Principe constitutum fuerit? Idem quæritur de Ducibus; & Capitaneis, qui cum in suis centuriis tot Milites constitutos habere debeant, pauciores tamen retineant, ut stipendium aliorum ad suos usus convertant? ibidem. §.3. per totum. p.415

De peccatis aliorum Officialium in Exercitu commorantium. t.7. tr.7. r.147

De peccatis Regum, & Principum, etiam si bellum justum exerceant in Ordine ad Milites. tom.7. tract.7. resol.48. p.415

Et an debeat Rex eis, & aliis restituere damna, quæ inde fuerint sequuta? ibid.

His diebus Angli cum triremibus Turcis dimicantes ignem pulveri injecerunt, seque in mari commiserunt, cum magno triremium damno, quæsierunt tunc à me, an hoc facere licitum fuerit Christianis? tom.7.tr.7.r.49. pag.416

An Ducibus, & Militibus super naves Indicas, quæ vulgo dicuntur *la Flota*, quando aliter manus hostium effugere non possunt, licitum sit ignem adhibere, ut ipsi & naves absumantur? t.7. tr.7. r.50. p.416

An Clerici, inconsulto Summo Pontifice, possint alicui Exercitui præesse? Et an solo jure positivo, & Ecclesiastico, vel etiam naturali interdicta sit Clericis militia? t.7. tr.7. r.51. p.417

Et an hæc prohibitio ad culpam mortalem obliget? ibid.§.2

Et difficultas est contra quam virtutem sit hujusmodi peccatum? ibid. in dicto §.

An initiati minoribus Ordinibus, Beneficiarii, & Monachi laïci includantur in dicta prohibitione? Et an supradicti peccent mortaliter, vel tantum venialiter, si ad bellum procedant? t.7. tr.7. r.52. p.417

Et an prædicti Clerici, Beneficiarii, & Monachi laïci possint pugnare suis manibus, immediate occidere, mutilare, & ducere Exercitum, ac præesse iis, qui machinas, vel tormenta bellica dirigunt, neque occurrere aliquam irregularitatem, quoties bellum est necessarium ad defensionem propriæ vitæ, vel personæ, & patriæ, & boni communis, & ad obtinendam Victoriam, à qua pax, salus innocentium, & bonorum Ecclesiæ dependet? ibid. §.2. &c.

Et an hoc etiam sit prohibitum Episcopis, & Cardinalibus nondum in Sacris constitutis? ibidem, post medium dicti §.2. & latè in r.53. p.419

Et quid est dicendum de Episcopis Germaniæ, temporalem jurisdictionem obtinentibus, an possint bellum inire, Exercitum conscribere, Ducem belli præfigere, & arma ad pugnandum Militibus dare? t.7. tr.7. r.53. §.3. post medium, à vers. Quod p.419

Et an quis possit impune occidere, vulnerare, & expoliare Clericum, Episcopum, vel Cardinalem in bello militantem, ac proinde nullam incurrat pœnam, & excommunicationem, excepta irregularitate? ibid. prope finem. §.3. à vers. Sed si &c.

An liceat Episcopis esse Duces Supremos in aliquo Exercitu terrestri, vel maritimo? t.7. tr.7. r.54. p.420

Et explanantur gravissimæ pœnæ Clericis pugnantibus impositæ. Ibid. post medium. §.5. &c.

Quod abusus Episcoporum procedendi ad bella in Gallia ortum habuerit, ex Cardinali Baronio probatur. t.7. tr.7. r.55. p.420

Defenduntur aliqui Episcopi Hispani, qui ad bellum perrexerunt contra Cardinalem Baronium. t.7. tr.7. r.56. pag.421

Et quatuor proponuntur casus, in quibus ipsum jus naturæ dictat, quod Clerici pugnare possunt absque Pontificis licentia. Ibid. prope finem. §.1. &c.

Contra Gratianum probatur posse Pontificem ex justa tamen causa præbere licentiam, ut Clerici, Episcopi, & Cardinales præsint Exercitibus; sine qua quando, & quo pacto irregularitatem incurrant, demonstratur. t.7. tr.7. r.57. p.422

Et an in hoc præcepto possit solus Summus Pontifex dispensare ex eo, quod non sit divinum, sed humanum? Et an si Pontifex absque rationabili causa dispensaret, licet factum teneret, non tamen rectè faceret, sed peccaret? ibid. ad medium r.

Sed adhuc superest difficultas, an si supradicti Clerici, Episcopi, & Cardinales præsint Exercitibus, non solum peccent mortaliter, sed incurrerent irregularitatem, etiam si aliquem propria manu non occidant; nam Doctores communiter asserunt præbendo pecuniam, consilium, opem, &c. in bello injusto omnes effici irregulares. ibidem. &c.

Et an jura noluerint pugnantes in bello justo esse irregulares, nisi propria manu occidant? ibid. in fine r.

An Clerici interesse possint alicui Exercitui excitando Milites generatim ad pugnam? t.7. tr.7. r.58. p.421

An Clericus sine irregularitatis periculo possit Milites in bello justo hortari generatim ad percutiendum, & occidendum hostes, modo in particulari neminem occidi suadeat? Et quid de Clericis, qui gubernant naves ad pugnam? ibid.

Et observatur Milites sive Clericos, sive laïcos, qui sunt in parte postrema Exercitus, & qui moraliter censeri non possunt propinquis Militibus animos ad occidendum adhibere, non esse irregulares. ibidem.

Et utrum necessaria sit Clericis licentia Prælati ad existendum in Exercitu absque irregularitate, vel tantum sit peccatum contra obedientiam? ibid. §. ult. p.423

Et an Clerici, qui non pugnandi, sed adjuvandi causa spiritualiter bello interfunt, spolia hostium perinde ac Milites accipere possint, & retinere, nisi de contraria Supremi Ducis voluntate constet? ibid. post medium dicti §. ult. & in r.62. p.424

An Beneficiarius, si propria manu in bello aliquem occidat, vel mutilet, beneficium resignare debeat, vel dispensationem super irregularitatem impetrare? t.7. tr.7. r.59. §.3. in fine. p.423

Et quid est dicendum de Religiosis laïcis, & Monachis conversis, vel Choro Mancipatis, an peccent pugnando propria manu? ibid. §.4. & 5. &c.

Et an Clerici in Minoribus militiæ se adscribendo peccent per se, & ex vi Decretorum Ecclesiæ? Et quid, si beneficium habeant, aut habitum, & Tonsuram deferant propter scandalum. ibid. prope fin. r. à vers. Tertiò &c.

An

An in aliquibus casibus licitum sit Clericis pugnare? Et explanantur casus, in quibus Clerici pugnantes, & occidentes non sint irregulares. t.7. tr.7. r.60. p.423
An Clerici sine Superioris licentia; & Episcopus sine licentia Pontificis in aliquo casu possint bello interesse absque peccato? t.7. tr.7. r.61. p.424
Et an Religiosi subditi possint se conferre ad Exercitum sine venia saltem sui Superioris, quia in omnibus ab ejus voluntate pendent? ibid. §.5. &c.
An Clerici assistentes bello sine licentia Pontificis teneantur restituere prædam captam, vel resarcire, si quod nocumentum inferunt? t.7. tr.7. r.63.p.424
An post Victoriam Clerici inventi in Exercitu hostili possint impune occidi, vel spoliari? t.7.tr.7.r.64.p.424
Et an in quocumque bello, dum Clerici pugnant possint occidi, & spoliari? ibidem. in principio. §. ult. pag.425
Et notatur, quod si bellum justum esset contra Prælatum Ecclesiasticum possint Clerici etiam post partam victoriam spoliari. ibid. post medium dicti §. ult.
De potestate, & jurisdictione Ecclesiastica, & quasi Episcopali Vicarii Generalis Exercitus. Et in textu hujus Resolutionis explanatur, quando Milites gaudeant prædicta jurisdictione Vicarii Generalis Exercitus in utroque foro, & quando subsint Ordinariæ jurisdictioni Episcopali. t.7. tr.7. r.65. p.425
Et adducitur pulchrum, & curiosum dubium in §. ult. hujus Resolutionis pro gaudenda Immunitate Ecclesiæ à quodam Milite in Exercitu, qui ad Ecclesiam, vel Altare portatile Exercitus confugerat pro quodam delicto, & Generalis Dux in alium locum Castra diverti jussit, ut ita reum capere, & plectere posset. Sed vir doctus Societatis Jesu Episcopi vices in Exercitu quoad spiritualia exercens tradidit reo Aram Altaris admonens reo, ne eam à se removere permitteret, donec in alio loco Altare poneretur, & sic factum est, & Dux Generalis Exercitus non est ausus capere reum, utpote Ecclesiæ Immunitate gaudentem, eo quod secum Aram deferret. ibid. §.13. p.427
Et cursim deducitur Vicarium Generalem Exercitus esse judicem, quando Miles deberet gaudere Immunitate Ecclesiæ, si confugerit ad tentorium, in quo celebratur, vel ad Ecclesiam Castri. ibid. §.12

Appendix ad alias paucas quæstiones mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Resol. quæ simul pertinent ad hoc verbum,

Bellum.

Propter bella, quæ sustinet Rex in aliis Regnis, an tributum, & donativum ita positum alicui Regno sit justum? t.7.tr.6.r.10. §.1. p.374
Belli injusti Dux an incurrat tot irregularitates, quot in bello fiunt homicidia? tom.5.tr.5.r.98.§. ult.254. & seqq.
An belli jure quis efficiatur servus? tom.7. tract.8. resol.5.§.1. pag.429
Belli suppositæ justitia, an licitum sit Principibus Christianis inire fœdera cum Turcis, Infidelibus, vel Hæreticis? tom.9. tract.13. pag.471. per totam. Ubi multa notabilia.
An pro bono spirituali Ecclesiæ expediat Principes desistere ab aliquo bello? t.9. tr.13. r.7. §.1. p.476
In bello cum periculum vitæ imminet, an tunc possint simul omnes dicere aliqua peccata, & sic simul omnes absolvi? t.1. tr.4.r.47. §.3.p.251
Et an in tali casu teneantur publicè, vel per interpretem confiteri, cum remedium habeant contritionis? ibid. §.3. pag.250
Et in dicto casu an sufficiat ut omnes simul signo aliquo, v.g. genuflexione significent se peccasse, & ita possint à Confessario simul? ibid. p.251
Qui in bello se exponit manifesto periculo mortis absque causa, an teneatur aperire in confessione hanc circumstantiam? t.1. tr.7. r.155. §.1. p.418
Si in bello justo quis aliquem occideret an dispensari possit ab Episcopo, & à Prælato Regulari, & quilibet circa suos subditos? t.3. tr.3. r.39.§.1. p.321
Ex bello irregularitatem incursam an Episcopus possit dispensare cum Clericis, ne mendicare cogantur, & ad beneficium obtinendum? t.3. tr.3.r.50.§.2.p.326
In bello injusto pugnans an incurrat irregularitatem, si occidat insequentem se, & ipse confodiatur defensionis causa? t.5.tr.5. r.98. §.1. & seqq. p.254
Ubi quod, si quis prior invaditur ab hoste, nec valet aliter effugere eum occidat non fit irregularis, quamvis pugna sit injusta. §.2
Omnes qui in bello injusto militant, an sint irregulares sequuto aliquo homicidio? tom.5. tr.5. r.98. §.4. p.254. & seqq.
Qui in bello injusto custodiunt sarcinas militum an sint irregulares? ibid. §.6
An omnes, qui in bello injusto inveniuntur, & ex utraque parte sunt varia homicidia, an differentes irregularitates incurrant, unam ex homicidio voluntario ortam ex delicto, aliam ex homicidio casuali, &c. ibid. §. ult. post medium.
In bello justo aggressivo militantes non sunt irregulares, modo suis manibus sanguinem non fundant, quamvis alii mutilent, vel occidant. tom.5. tract.5. resol.99.§.3. p.255
Si in bello justo milites occidant alios ad defendendam proprium vitam cum moderamine inculpatæ tutelæ, an incurrant irregularitatem? t.5. tr.5. r.100. §.1. ibid.
Et quid de mandantibus, cooperantibus, animantibus, subministrantibus arma, &c. si bellum injustum est aggressivum? ibid. §.3
Et quid si bellum defensivum sit justum, & licitum, an milites, si occidant non sint irregulares? ibid.
In bello justo exhortantes milites, ut strenuè se gerant; nec qui illis vendunt, vel donant arma, &c. irregularitatem incurrunt. ibid.
In bello justo, qui pugnant si dubitant an occiderint, vel mutilaverint, an debeant se judicare irregulares? t.5. tr.5. r.101. § 1. & seq. p.255. & 256
In bello an possint Christiani captivi, & mancipia apud Turcas, & Infideles obsequia aliqua illis ministrare? t.7. tr.5. r.74. & 75. à p.366. & 368
Si bello justo Turcæ, & Saraceni, tam infantes, quam mulieres, & viri à Christianis capiuntur sunt mancipia Christianorum, non tamen è contra, quia de facto Christiani fiunt mancipia Turcarum, & Saracenorum, non tamen de jure, quia justo bello non capiuntur? t.7. tr.7. r.28. §. ult. p.402
Si in bello justo captus est Pater, an filii ejus à Domino fugere possint? t.7. tr.8. r.12. §.3. p.435
Qui in bello equum habet, potest alteri tradere ad fugam capessendam. t.8 tr.5.r.35.§.ult. ad medium p.108
De Bello Maurorum miles fugiens, & extrahens torquem aureum ab alio Christiano demortuo in acie, an teneatur restituere eam hæredibus illius? tom.8. tr.6. r.34. §.4. pag.167
In bello opem ferre, & auxilium præstare an teneantur Prælati feuda à Rege tenentes? t.9.tr.2.r.29 §.3.p.116
In bello communicando Catholici cum hæreticis, an peccent contra leges excommunicationis? t.9. tr.13. r.9. §.2. pag.480
Qui bellum coactus aggreditur, an possit absolvi à quocumque sacerdote, ab omnibus casibus, & secus, si ex voluntate propria id efficiat? t.1. tr.4.r.39. §.2. p.247. & in tr.5. r.7. §.1. p.267.

Bellum gerentibus non est administranda Extrema-Unctio, nisi in infirmitate laborantibus. t. 2. tr. 4. r. 49. §. 1. pag. 266
Bellum. Vide verb. *Religiosus*. tom. 2
Ad bellum qui pergit an possit lucrari Indulgentiam Cruciatæ toties, quoties peccaverit, & confessus fuerit? t. 4. tr. 3. r. 154. §. 2. p. 128
Qui ad bellum justam vendit, tribuit, vel mutuat arma, an incurrat irregularitatem? tom. 5. tract. 5. resol. 97. §. 1. pag. 255
Et quid si in ipso belli conflictu aliquis, etiamsi sit Clericus in sacris arma offensiva præbet? ibid. p. 254
Qui ad bellum injustum se conferunt, non quidem ad pugnandum, nec ad inducendos milites, sed ad adjuvandum eos in spiritualibus, non sunt irregulares, etiamsi ad propriæ vitæ defensionem quempiam occidant. t. 5. tr. 5. r. 98. §. 3. p. 254. & seqq.
Bellum. Vide verb. *Clericus, Mutilare, Transferens*. tom. 5
Si bellum justum Christiani inter se gerunt, an sit licitum Christianos captivos detinere non ut servos, sed ut ab illis dum detinentur sint securi, & tuti, & ut pecuniam aliquam justam, & moderatam, pro eorum libertate, & dimissione accipiant. t. 7. tract. 8. res. 5. §. 5. pag. 430
Bellum gerere ex opinione probabili an Rex possit, licet ab altero Rege possideatur Regnum, etiam cum opinione probabiliori? tom. 8. tract. 1. resol. 17. §. 1. & seq. pag. 10
Bellum an possit dari ex utraque parte Regum justum? t. 8. tr. 1. r. 18. §. 13. & 14. p. 12
Bellum. Vide verb. *Hispanus, Miles*. tom. 8
Ad bellum omnibus proficiscentibus Eucharistia potest dari tempore interdicti, tanquam constitutis in mortis periculo, & possunt absolvi à quocumque sacerdote, etiam non approbato ab omnibus casibus, & censuris. t. 9. tr. 7. r. 126. §. 2. p. 439
Bellum. Vide verb. *Rex*. tom. 9

Benedicere.

Si benedicatur Ecclesia per Episcopum excommunicatum non toleratum, an Ecclesia violetur? t. 9. tr. 1. r. 131. §. 4. pag. 86
Benedicendi oleum Extremæ-Unctionis an Pontifex possit Presbyteris præbere facultatem? t. 3. tr. 1. res. 58. §. 1. pag. 76
Benedicens Episcopus oleum ad infirmos in statu peccati mortalis an peccet mortaliter? t. 3. tract. 3. res. 81. §. 1. pag. 345
Validè benediceretur Ecclesia per Episcopum hæreticum, dum fidem S. Trinitatis tenet. t. 9. tract. 1. resol. 131. §. 7. pag. 86
Benedicere oleum ad Extremam-Unctionem ex commissione Episcopi an sacerdos possit? t. 2. tract. 4. resol. 1. §. 1. pag. 241
Benedicere. Vide verb. *Casula, Cingulum, Festicula, Interdictum, Manipulum, Mappa, Nuptiæ, Oleum, Ornamentum, Pallia, Pyxis, Sphæra, Stola, Vestes*, & notationem ejus. tom. 2
Benedicere. Vide verb. *Abbatissa, Chrisma*. tom. 3
Benedicere solemniter suas Ecclesias, & cæmeteria ex privilegio an Regulares possint, si Episcopus nollet, aut negliget? t. 9. tr. 1. r. 143. §. 1. p. 92
Benedicere. Vide verb. *Vestes*. tom. 9

Benedictinus.

Benedictini etiamsi haberent peccata mortalia tenerentur tantum confiteri sub veniali. t. 7. tract. 1. res. 124. §. 4. pag. 87
Venialium confessionem an de facto præceperit Pontifex Benedictinis? t. 3. tr. 1. r. 20. p. 28

Benedictio.

Vide verb. *Vestes*. tom. 1
Benedictio olei Extremæ-Unctionis an necessario debeat fieri per Episcopum? tom. 3. tract. 1. resolut. 58. §. 2. pag. 76
Benedictio. Vide verb. *Applicare*. tom. 4
Benedictio. Vide verb. *Abbates, Beneficiarius, Ecclesia*. tom. 7
Pro benedictione nuptiarum danda sponsis an possit sacerdos si deest copia Confessarii contritus Missam celebrare? t. 1. tr. 3. res. 157. §. ult. paulò post initium, & post medium. p. 195
Si pro benedictione Chrismatis Episcopus omitteret aliquam cæremoniam positam in Pontificali, an dicatur hoc non obstante Chrisma benedictum? t. 3. tr. 3. r. 82. §. 1. pag. 346
Benedictione non indigent Oratoria Regularium, etiam constituta in grangiis, & si quandoque indigeant à suis Prælatis benedici possunt. t. 4. tract. 2. resolut. 11. §. 4. pag. 34
Nec etiam benedictione indigent Oratoria privata Nobilium. t. 4. tr. 2. r. 26. §. 1. & 2. p. 43
Benedictione non petita ab Episcopo, Regulares prædicantes in suis Ecclesiis, an possint ab eo puniri? t. 7. tr. 1. r. 61. §. 1. p. 40
Et an idem possit Vicarius sede vacante? t. 7. tr. 1. res. 62. §. 1. pag. 41
Benedictionem petere ab Episcopo an teneantur Regulares, si extra tempus Quadragesimæ, & Adventus velint in suis Ecclesiis prædicare? t. 7. tract. 1. resolut. 59. §. 1. pag. 38
Benedictionem prædicandi denegare Regularibus an Episcopus possit, si nolint coram ipso emittere professionem fidei? ibid. §. 5. p. 39
Ut benedictionem petat laïcus, an possit cogi ab Episcopo, si prædicare vult in oratoriis Regularium de licentia superioris? t. 7. tr. 1. r. 64. §. 1. p. 42
Antequam benedictiones nuptiarum recipiantur, an sit mortale matrimonium consummare? t. 2. tr. 6. r. 106. §. 1. & 2. p. 398
Benedictiones nuptiales quibus diebus sint licitæ tempore interdicti? t. 2. tr. 6. r. 109. p. 399
Vide *Matrimonium*.
Ex benedictionis Monialium causa, an Moniales possint dare aliquid proprio loci Ordinario? t. 7. tr. 3. r. 49. §. 1. pag. 269

Benedictum.

Ut benedicta, aut consecrata debeant esse Corporalia Patena, Calix, Ara, extat præceptum. t. 2. tr. 1. res. 179. §. 2. pag. 104
Benedictæ an remaneant vestes, & ornamenta Ecclesiastica, si cum illis sacerdos bona fide celebravit. t. 2. tr. 1. r. 177. §. 2. p. 102
Et quid, si mala fide celebravit. ibid.
Idem est de Patena, Corporali, Pyxide, Altari, Luna, Custodia, seu sphæra, &c. ibid. §. 3

Benefactor.

Benefactorem planè insignem an testes teneantur revelare, detegere, & denunciare ex vi alicujus monitorii, & edicti? Et quid, si casus pertineat ad Tribunal S. Officii. t. 5. tr. 1. r. 161. §. 1. p. 94
Benefactores. Vide verb. *Religio, Religiosus*. tom. 2
Benefactores. Vide verb. *Applicare*. tom. 4

Beneficiarius.

Beneficiarii tenentur inquirere graves necessitates pauperum, ut eis succurrant. t. 4. tr. 7. r. 18. in fine, p. 285

Beneficiarii an ex jure naturæ, vel ex jure Ecclesiastico teneantur expendere superfluos redditus Ecclesiasticos in usus pios? t.4. tr.7. r.20. §.2. p.286
Ubi etiam, an extet præceptum positivum hoc prohibens beneficiariis? §.3
Beneficiarii quo ordine teneantur superflua bonorum Ecclesiasticorum erogare in opera pia? t.4. tr.7. r.21. §.1. pag.287
Beneficiarii ex fructibus beneficii an possint filios spurios alere, & filiam spuriam dotare? ibidem, §.3. pag.288
An beneficiarii consanguinei, vel alii recipientes redditus, quos ipse tenetur in usus pios insumere an peccent mortaliter, quamvis ad restitutionem non teneantur. t.6. tr.7. r.6. §.1. & seq. p.309
Beneficiarii an possint validè, & licitè testari, ratione consuetudinis, ut est in Gallia, & Hispania. t.6. tr.8. r.92. §.1. p.440
Et si valide possint testari non tamen licitè in usus prophanos, & ideo hæres quomodocumque sit hæres, qui hoc modo hæreditatem accipit non peccat, nisi fortè induxerit Clericum ad hujusmodi testamentum faciendum, quia inducens ad peccatum peccat, nec tenetur hæreditatem restituere. ibid. §.5. p.442
Ubi an dictum testamentum sit validum, si careat solemnitatibus juris. §.6
Beneficiarii an includantur in prohibitione, ne Clerici pugnent in bello, neque ad bellum procedant. t.7.tr.7. r.52. §.1. p.417
Et an supradicti peccent mortaliter, vel tantum venialiter, si ad bellum procedant. ibid. p.418
Et in dicto casu dictus Confessarius, qui sine licentia sui Prælati confessiones sæcularium accipit, an peccet mortaliter? ibid. §.4. &c.
Sed notatur dictum Confessarium non posse absolvere pœnitentes ab illis casibus, à quibus absolvere posset Regularis ex vi privilegiorum Religionis. ibid. §.5.
An Regulares possint Virtute Bullæ Cruciatæ eligere Confessarium extra Religionem? Et quid de Novitiis? t.4. tr.3. r.27. p.78
Et quid est sentiendum de Confessione, & Decreto Greg.XIII. anno Domini 1575. die 23. Maii, ne personis Societatis Jesu absque expressa Superioris licentia uti possint facultate Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ in confessionalibus? ibid. §.2. &c.
An Regulares sine licentia suorum Prælatorum virtute Bullæ Cruciatæ possint eligere Confessarium, ut illos à peccatis, & censuris reservatis absolvat? tom.4. tr.3. r.28. p.78
Et an saltem per Bullam Cruciatæ Regulares possint absolvi à peccatis mortalibus non reservatis, & hoc toties quoties? ibid. §.2. p.79. & late in r.32. &c.
An an Regulares possint etiam absolvi à peccatis reservatis per Confessarios deputatos, & approbatos ab eorum Prælatis ad eorum Confessiones audiendas? ibid. §.4. & in r.31. p.82
Et an licitum sit Religiosis sine licentia Prælati procurare pecuniam pro Bulla Cruciatæ sumenda, dummodo non transeat in ejus potestatem, sed ut amicus, qui dat pecuniam sumat illam suo nomine? ibid. §.6. ad medium. à vers. Addit. &c.
Regulares virtute Bullæ Cruciatæ an possint absolvi extra Religionem à peccatis reservatis etiam à Reservatis à suis Superioribus, & Papæ? t.4. tr.3. r.29. p.79
Regulares virtute Cruciatæ, non obstante Bulla Vrbani VIII. an possint hodie sine licentia Superioris à casibus reservatis absolvi? t.4. tr.3. r.30. & in aliis ejus not. p.81
Novitii Regularium an possint sumere Bullam Cruciatæ, & virtute ipsius à casibus reservatis absolvi? t.4. tr.3. r.33. p.84
Et an dicti Novitii etiam sine Bulla Cruciatæ possint absolvi à quocumque Sacerdote approbato à casibus reservatis in Religione? ibid. in fine §.1. &c.
Et an Novitii sumendo Bullam Cruciatæ possint edere laticinia, sicut cæteri sæculares? ibid. §.ult.
Qui peccat ob spem absolutionis Bullæ, an gaudeat ejus privilegio? Idem quæritur de Jubilæo. t.4. tr.3. r.34. pag.84
Bulla Cruciatæ an suspendatur per Jubilæum anni Sancti? t.4. tr.3. r.35. p.84
Bulla Cruciatæ an suspendatur per clausulam Bullæ Cœnæ? t.4. tr.3. r.36. p.85
An Bulla Cœnæ deroget facultatem Bullæ Cruciatæ quoad absolvendum à reservatis in eadem Bulla Cœnæ? t.4. tr.3. r.37. p.85
Et vi Bullæ Cruciatæ an Confessarius possit absolvere pœnitentem pluries à Casibus Summo Pontifici reservatis? Et si sunt occulti toties, quoties? t.4. tr.3. r.38. 39. 40. & in aliis earum not. p.85. & 86
Quoniam Confessarii virtute Bullæ Cruciatæ possint absolvere à casibus Bullæ Cœnæ hæresi excepta, semel in vita, & semel in morte quærendum est breviter de aliquibus casibus inclusis in dicta Bulla; ideo quæritur, quid dicendum sit de aliquibus casibus positis in primo Casu Bullæ Cœnæ, an includantur sub nomine hæresis, ita ut per Bullam Cruciatæ minime possint absolvi? t.4. tr.3. r.41. & in aliis ejus not. p.87
Quænam parvitas materiæ excuset ab excommunicatione legendi libros hæreticos, & an eos legentes possint absolvi per Bullam Cruciatæ? t.4. tr.3. r.42. & in aliis ejus not. p.87
Et an dicta parvitas materiæ detur in retinentibus libros hæreticorum? ibid. §. ult. p.88
Et quid est sentiendum de libris magicis, & chiromanticis, an comprehendantur sub nomine hæreticorum, & in dicta excommunicatione? ibid. §.3. p.87
Qui legit librum hæreticorum, qui non tractat de Religione ex professo, neque continet multas hæreses, sed unam tantum, incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, ita ut per Bullam Cruciatæ sit absolvendus? t.4. tr.3. r.43. p.88
An qui non per se ipsum, sed per alios legit aliquem librum hæretici hæresim continentem, seu ex professo de Religione tractantem, incurrat in excomm. ita ut per Cruciatam sit absolvendus? Et quid, quando qui audit legere induxit legentem, ut legeret? t.4. tr.3.r.44.p.88
Et an famulus ex mandato heri legens incurrat in censuram, nisi ignorantia excusetur? ibid. §.3. in fine.
Et si famulus, vel alius fuerit compulsus ad legendum librum hæreticorum in contemptum Fidei, & hoc non obstante, faciat, an peccet mortaliter, & incidat in excomm. Bullæ Cœnæ? ibid. §. ult.
Utrum, qui legerit epistolam, seu literam missivam alicujus hæretici, in quam aliquam hæresim doceret, hanc excomm. incurrat, unde virtute Cruciatæ absolvendus sit? t.4. tr.3. r.45. p.88
Et quid de retinente, aut imprimente epistolam, concionem, aut aliam papyrum Hæretici solutam, nec in tractatus formam redactam? ibid. §.2
An qui legit librum Authoris Catholici, sed cum scholiis, & commentariis Hæreticorum, tam copiosis, ut liber potius ex iis, quam ex textu constare censeatur, incidat in excomm. Bullæ Cœnæ, & per Cruciatam sit absolvendus? t.4. tr.3. r.46. p.89
Utrum Idiota legens librum Hæreticum latina lingua compositum, quam ipse nullo modo intelligit, incidat in excomm. Bullæ Cœnæ, ita ut per Cruciatam sit absolvendus? t.4. tr.3. r.47. p.89
An qui legit librum Hæreticum in Gallia, Anglia, & aliis Provinciis, ubi Bulla Cœnæ non est recepta, incidat, hoc non obstante, in excomm. & egeat Bulla Cruciatæ propter absolutionem? t.4. tr.3. r.48. p.89
An quis per Bullam Cruciatæ possit absolvi à reservatis, & censuris, non solum antea, sed etiam post ipsius susceptionem incursis? t.4. tr.3. r.49. p.89
Idem quæritur de commutatione, seu dispensatione votorum. ibid. §.2
An quis virtute Bullæ possit ex libito ab uno Confessario absolutionem à reservatis obtinere, & ab alio postea votorum commutationem? ibid. in fine.
Quis per Bullam Cruciatæ, seu virtute Jubilæi elegit Confessarium, & facit cum illo confessionem invalidam, & irritam, vel ex defectu doloris, seu examinis, vel ex alio capite, obtinendo absolutionem à reservatis, quæritur, an dicta peccata non sint amplius reservata, ita ut postea possit à quocumque Confessario absolvi? t.4. tr.3. r.50. p.89
Et docetur, quod si aliquis Prælatus tribuit facultatem in aliqua Festivitate absolvendi à reservatis, si aliquis Religiosus efficeret confessionem irritam, & reservata confiteantur, postea à quocumque Confessario possit absolutionem obtinere. ibid. §.3. post initium p.90
Etiamque infertur, quod qui virtute Cruciatæ confitetur casus Episcopales ficte, & sine contritione, postea potest à quocumque Confessario etiam sine Bulla absolutionem obtinere. ibid. in fine.

Qui habet casus reservatos, & confessus vigore Bullæ Cruciatæ fecit scienter confessionem invalidam, an possit postea à quolibet Confessario absolvi? Et quid de peccatis reservatis, & oblitis in dicta Confessione? t.4. tr.3. r.51. & in aliis ejus not. p.90

An qui fuit absolutus virtute Bullæ Cruciatæ sine ulla mentione & intentione reservatorum tam ex parte sui, quam ex parte Confessarii, licet remaneat absolutus à peccatis reservatis oblitis, an etiam remaneat liber ab obligatione postea illa peccata reservata legitimo superiori confitendi, si amplius non habeat Bullam Cruciatæ, vel an poterit absolvi à quocumque Confessario? tom.4. tract.3. resol.52. & in multis aliis ejus not. pag.90

Virtute Cruciatæ an possit quis absolvi à casibus reservatis commissis post annum publicationis elapsum, si ante incipiat, & non perficiat Confessionem? Et quid de commissis ante annum publicationis elapsum? t.4. tr.3. r.54. p.92

Quid significent illa verba, *Satisfacta parte*, quæ ponuntur in Bulla Cruciatæ, & aliis rescriptis, & privilegiis, quando datur facultas absolvendi à censuris? Et aliqua supponuntur pro intelligentia hujus quæstionis. t.4. tr.3. r.55. p.93

An qui vigore Cruciatæ fuit absolutus ab excommunicatione sine satisfactione partis, teneatur iterum confiteri tanquam non legitimè, sed nulliter absolutus? t.4. tr.3. r.56. p.94

Et an stantibus verbis Bullæ Cruciatæ, *Prius satisfacta parte*, nomine satisfactionis partis, non intelligatur judex, sed restitutio honoris, famæ, aliorum bonorum, &c. ibid. §.3

Et si talis dari non potest satisfactio, an tunc quis dare debeat cautionem sufficientem scilicet pignoratitiam, vel fidejussoriam, aut juratoriam? ibid. in fine, &c.

An si excommunicatus posset parti satisfacere, & non satisfacit, si à Confessario delegato à Bulla Cruciatæ, aut alio privilegio absolvatur, valida sit absolutio? t.4. tr.3. r.57. p.94

Et an qui absque dicta satisfactione, aut cautione absolvit excommunicatum, teneatur ad restitutionem parti læsæ? ibid. in fine, & in aliis ejus not.

An Confessarius electus virtute Cruciatæ possit absolvere pœnitentem, qui non potest parti satisfacere? Et si pœnitens non potest in totum, an debeat satisfacere in partem? t.4. tr.3. r.58. p.94

Et quid est agendum, si non potest satisfacere sine gravi jactura, & detrimento famæ, vel status, aut suorum bonorum; an in dicto casu non sufficiat præstare cautionem juratoriam, sed pignoratitiam, aut fidejussoriam? ibidem in fine, & in aliis ejus notationum. pag.95

Et advertitur absolutum ante realem satisfactionem reincidere in excommunicationem, si post modum non satisfacit, quandò commodè potest. t.4. tr.3. resol.59. §.3. pag.95

An per Bullam Cruciatæ, vel Jubilæum possit Confessarius absolvere ad reincidentiam? tom.4. tract.3. resolut.60. pag.95

An Confessarius electus per Bullam Cruciatæ possit absolvere pœnitentem, qui solum satisfacit Clerico, vel Monacho percusso, vel teneatur etiam satisfacere Ecclesiæ, vel Monasterio, & Abbati? tom.4. tract.3. res.61. pag.96

Utrum virtute Bullæ Cruciatæ liceat absolvere excommunicatos nominatim, vel publicos percussores Clericorum, vel alium, cujus excommunicatio deducta est ad forum contentiosum, & lis non est finita? Idem procedit, si quis absolveretur virtute privilegiorum Mendicantium. t.4. tr.3. res.62. & in aliis multis ejus not. pag.96

Et in textu hujus resolutionis advertuntur aliqua, quæ in supradicto casu facienda sunt. Sed adhuc superest difficultas, quando censura est ab homine, & quando lata est à jure, quid faciendum est virtute Bullæ Cruciatæ, ut prosit absolutio in utroque foro? ibid. §. ultimo.

Et an in supradictis casibus possit Confessarius absolvere excommunicatum extra sacramentum Pœnitentiæ? t.4. tr.3.r.63. §. ult. ad medium, & in aliis ejus not. p.97. & latè in res.65. p.98

An per Bullam Cruciatæ possit quis absolvi ab excommunicatione lata contra causantes, aut procurantes, vel consulentes abortum? tom.4. tract. 3. resolut.66. pag.99

Et an Gregorius XIV. in proprio motu concesserit cuilibet Confessario approbato sæculari, vel regulari, ut possit in foro conscientiæ absolvere à peccato abortus fœtus animati, & ab excommunicatione lata contra personas ibi expressas? ibid. §.2

Et notatur posse Confessarium virtute Bullæ Cruciatæ absolvere aliquem ad cautelam, ut quando dubitat probabiliter, an quædam excommunicatio publicè lata comprehendat illum? ibid. §. ult.

An per Bullam Cruciatæ possit quis absolvi ab excommunicatione incursa per duellum? tom.4. tract.3. resolut.67. p.99

An imponentes gabellas super rebus, quæ ad proprium usum, vel familiæ emuntur, incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, & per Cruciatam sint absolvendi? Et an supradictæ gabellæ sint injustæ? tom.4. tr.3.r.68. p.99

An commutatio voti virtute Bullæ Cruciatæ debeat fieri in sacramentali confessione? tom.4. tract.3. resol.69. pag.100

Virtute Bullæ Cruciatæ an Confessarius possit commutare vota, quæ Episcopus commutare potest? tom.4. tr.3. res.70. p.101

Et an doctrina hujus quæstionis procedat, quando Episcopus dispensat, ut Episcopus tantum, non autem quando dispensat, ut Sedis Apostolicæ delegatus, quia in tali casu Confessarius virtute Cruciatæ, non possit tale votum commutare, ut quando dispensat in his votis ratione solius necessitatis? ibid. §.2

Quænam vota possit Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ commutare? t.4. tr.3. r.71. p.101

An Confessarius peccet, si sine causa nolit virtute Cruciatæ commutare vota pœnitentis? tom.4. tractat.3. res.72. p.101

An Confessarius possit commutare vota post Bullam susceptam emissa? t.4. tr.3. r.73. p.101

An Confessarius in fine anni possit differre commutationem voti, etiamsi annus Cruciatæ transeat, si velit maturius considerare, super voti commutationem, dicendo pœnitenti, commuto tibi votum, in id, quod ego, vel alius postea existimabit commutandum? t.4. tr.3. r.74. p.101

Et in tali casu an pœnitens peccet, si illud votum violaverit, antequam Confessarius materiam subrogandam præscribat? ibid. §.2

An commutatio facta per Bullam Cruciatæ indigeat aliqua justa causa? t.4. tr.3. res.75. p.102

An quando commutantur vota per Bullam Cruciatæ, non solum vota divitum, sed etiam vota pauperum commutanda sunt in aliquod temporale belli subsidium, per eleemosynam? tom.4. tract.3. resolut.76. pag.102

An commutatio voti facta per Bullam Cruciatæ possit fieri in minus bonum? t.4. tr.3. res.77. p.102

An Confessarius ex jurisdictione ordinaria possit commutare votum in bonum æquale, vel ad hoc faciendum indigeat Bulla Cruciatæ? tom.4.tr.3. r.78. p.102

Et

Et an hoc etiam possit fieri authoritate propria pœnitentis, dummodo votum inæquale commutetur. ibid. §. 2. &c. p. 103

An Confessarius virtute Cruciatæ commutans aliquod votum absque debita æqualitatis investigatione, peccet mortaliter? t. 4. tr. 3. ref. 79. p. 103

Et notatur, quod commutatio voti fieri potest in materiam, de cujus æqualitate dubitatur, quod est valdè notandum? ibid. §. 2. &c.

Per Bullam Cruciatæ an Confessarius possit commutare qualitatem adjunctam voti ultra marini, & Religionis strictioris, ut laxiorem ingrediatur? tom. 4. tr. 3. ref. 80. p. 103

An per Bullam Cruciatæ possit commutare votum factum de non petenda commutatione? t. 4. tr. 3. ref. 81. p. 103

An per Bullam Cruciatæ possit quis commutare votum emissum cum intentione efficiendi illud reservatum, ut scilicet à nullo possit auferri nisi petita commutatione à Pontifice? t. 4. tr. 3. ref. 82. p. 103

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit quemadmodum vota, ita etiam juramenta facta circa eamdem materiam votorum commutare? t. 4. tr. 3. ref. 83. & in aliis ejus not. p. 103

Et an sententia, & doctrina hujus quæstionis procedat in casu, quod juramenta adjecta sint contractui, in quo est turpitudo in creditore de solvendis usuris, aut metu extorta? ibid. §. ult. &c. & in ref 84. &c. p. 104

Et advertitur quod quando carcer est injustus, & quis juravit se rediturum, tenetur redire, etiam si timeret mortem injustam damnandum. Idem est de eo, qui latroni mille aureos promisit cum juramento, ne occideretur. t. 4. tr 3. ref. 84. §. 3. p. 104

An in his casibus, & similibus possit quis petere relaxationem juramenti à Confessario vigore Bullæ Cruciatæ, & commutationem hujusmodi juramenti? ibid. per totam, &c.

Per Bullam Cruciatæ an Confessarius possit commutare vota juramento firmata? t. 4. tr. 3. ref. 85. &c. p. 104

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum pœnale quoad pœnam pecuniariam ex ejus fractione incursam? t. 4. tr. 3. ref. 86. p. 105

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum emissum in favorem tertij, ut verbi gratia, vovit Petrus dare Calicem pro Sacello B. Andreæ, aut certo pauperi eleemosynam, &c. t. 4. tr. 3. ref. 87. & in aliis ejus not. p. 105

Et quid, si hujusmodi votum fuerit à Præposito Ecclesiæ, vel pauperi acceptatum? ibid. §. 2. & seq.

An Confessarius, qui per Bullam Cruciatæ habet potestatem commutandi vota possit illa dispensare? t. 4. tr. 3. ref. 88. &c. p. 105

Votum pœnale Religionis, seu castitatis an sit per Bullam dispensabile, & non solum ante, sed post impletam conditionem? t. 4. tr. 3. ref. 89. & in aliis ejus not. p. 105

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare juramenta pœnalia, & conditionalia castitatis, seu Religionis? t. 4. tr. 3. ref. 91. p. 106

An juramenta ingrediendi Religionem, vel observandi castitatem, sint per Bullam Cruciatæ dispensabilia? Ubi advertitur, quod quando conceditur facultas relaxandi, vel commutandi omnia juramenta, possunt sine scrupulo illa quinque relaxari, quia in jure nullum juramentum reperitur reservatum, & non sequitur, quod illa quinque vota sunt Pontifici reservata: ergo etiam juramenta de illa materia; nam obligatio voti major est juramenti obligatione. t. 4. tr. 3. ref. 92. per totam, p. 106

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, seu Religionis emissum cum expressa protestatione, ne ad illorum executionem vovens sit obligatus sub onere peccati mortalis, sed venialis tantum? t. 4. tr. 3. ref. 93. p. 106

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, seu Religionis emissum propter levem metum? Et an tale votum sit irritum? t. 4. tr. 3. ref. 94. &c. p. 107

Et quid, si tale votum fuerit emissum ex aliquo magno metu, ibid. §. 3

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare votum vovendi castitatem, seu Religionem? Et an ita vovens, si fornicatur ante emissam castitatem, non delinqueret contra votum. t. 4. tr. 3. ref. 95. p. 107

An votum ingrediendi Religionem arctiorem possit Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ commutare in laxiorem? t. 4. tr. 3. ref. 96. & in aliis ejus not. p. 107

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare votum Religionis, ut justa de causa non adimpleatur tempore præscripto. t. 4. tr. 3. ref. 97. p. 107

An Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare votum Religionis Militensis? t. 4. tr. 3. ref. 98. p. 107

An per professionem dictæ Religionis dirimatur matrimonium ratum? ibid. §. 3. & in aliis ejus not. p. 108

Et an dicti Milites sint propriè, vel largo modo Religiosi? ibid. §. 1. in fine, & in multis aliis ejus not.

An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum Religionis D. Iacobi, Calatravæ, Alcantaræ, &c. t. 4. tr. 3. ref. 99. p. 108

Et an hi Ordines non sint propriè, & simpliciter Religiones? ibid. §. 2. & in multis aliis ejus not.

Et docetur, ut Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare aliquod votum, satis esse, quod sit sub opinione, an sit reservatum, necne? ibid. in fine, &c.

An Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ possit commutare votum perseverandi in Religione, ut tempore Novitiatus possit ex justa causa egredi? Et in tali casu an vovens possit egredi, nec aliqua commutatione indigere? t. 4. tr. 3. ref. 100. p. 108

Et notatur votum perseverandi in Religione non obligare, si bona fide in probatione putet quis sibi eam non esse commodam. ibid. §. 1. ad medium.

An virtute cruciatæ possit commutari votum Virginitatis servandæ, si non constet de intentione voventis, an intellexerit de Virginitate perpetua? t. 4. tr. 3. ref. 102. p. 109

Et quid, quando constat non esse votum castitatis, sed integritatis corporis servandæ? t. 4. tr. 3. ref. 103. p. 109

Et quid, quando quis emisit votum Virginitatis, & dubius est de intentione, an scilicet fuisset ad solam à primo actu venereo abstinentiam, an in tali casu non posset Confessarius per Bullam Cruciatæ dispensare? ibidem §. 3

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, quando fuit emissum pro tempore limitato? t. 4. tr. 3. ref. 104. p. 100

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, quando diversis votis varia ad castitatem pertinentia sunt promissa, ita ut ex omnibus illis junctis consurgat obligatio ad perfectam castitatem? t. 4. tr. 3. ref. 105. p. 110

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum castitatis, seu Religionis emissum à persona alterius potestatis subjecta, ut à conjugata, servo, vel filio sine licentia viri, domini, vel Patris? t. 4. tract. 3. ref. 106. p. 110

Et docetur, quod Pater, vir & dominus possunt talia vota irritare. ibid.

Si quis adstrictus voto castitatis ad nuptias transeat, an possit Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ commutare tale votum, ut possit petere debitum? Et mortua conjuge an tota voti obligatio reviviscat. t. 4. tr. 3. ref. 107. p. 110

An per Bullam Cruciatæ sit commutabile votum castitatis conjugalis? Et an ita vovens possit inire matrimonium? t. 4. tr. 3. ref. 108. p. 111

An Confessarius virtute Cruciatæ possit commutare votum castitatis uxoris, vel viri tempore matrimonii emissum, sine consensu reciproco? Et an tale votum non obliget ad non reddendum debitum? tom.4. tr.3. res.109. pag.111

An per Bullam Cruciatæ Confessarius possit commutare votum castitatis emissum cum licentia alterius conjugis? Et an ita vovens, sive ante, sive post consummationem matrimonii teneatur reddere debitum? t.4. tr.3. r.110. p.111

Et quid, quando uterque conjux continentiam vovit absque alterius licentia, vel quando uterque seorsum continentiam vovit, habita tamen ab altero licentia? Et quid, si uterque communi consensu continentiam voverit, per modum contractus, & reciprocæ conventionis? ibid. §.3

Et notatur, quod si prædicti conjuges, qui ita voverent, remitterent sibi ad invicem renunciationem illam petendi, & reddendi debitum, quam vovendo fecerunt, licet quamvis remissio fuerit sacrilega contra votum, esset tamen valida, & teneretur uterque reddere debitum alteri petenti, & poterit tunc Episcopus dispensare ad petendum debitum, & per consequens etiam Confessarius vigore Bullæ Cruciatæ? ibid. §.3. & 4

An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum non petendi debitum, etiamsi tale votum fuerit emissum ex alterius conjugis licentia? Et quid si uterque conjux communi consensu voveret nec petere, nec reddere debitum? tom.4. tract.3. resol.111. pag.112

An votum non nubendi sit per Bullam dispensabile? Et quid, si tale votum fuisset emissum in favorem alterius conjugis id petentis propter filiorum bonum, & ut ejus amor, nomen, honor, & amicitia cum ejus consanguineis conservetur? tom.4. tract.3. resol.112. pag.112

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare votum non nubendi, non tenendæ certæ mulieris, non committendi actum mollitiei, aut abstinendi ab alio actu venereo? t.4. tr.3. r.113. p.112

An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum disjunctivum, cujus altera pars est reservata, ut si aliquis diceret: Voveo castitatem, & ordinem sacrum? t.4. tr.3. r.114. p.112

An in casu posito supra, quando emittitur votum disjunctivum, nempe, Voveo castitatem, vel suscipere Ordines sacros; an si vovens statuerit postea non ordinari, ex vi voti determinatè obligetur ad castitatem, itaut Confessarius non possit amplius votum illud virtute Cruciatæ commutare? tom.4. tract.3. res.115. pag.112

Qui emisit votum disjunctivum, v. g. castitatis, aut jejunii, si elegit votum reservatum castitatis, possit adhuc commutari per Bullam Cruciatæ? t.4. tract.3. res.116. p.113

Et notatur votum castitatis metu levi emissum posse commutari virtute Cruciatæ. ibid. §. ult. & in aliis ejus not.

An votum disjunctivum Religionis, vel perfectæ castitatis sit per Bullam Cruciatæ dispensabile? t.4. tract.3. res.117. p.114

An Confessarius possit commutare per Bullam Cruciatæ votum disjunctivum, modo quo supra diximus quando materia non reservata effecta est impossibilis, itaut vovens nequeat partem non reservatam adimplere, sed tantum partem reservatam? tom.4. tract.3. resol.118. pag.114

An quando ex urgentissima necessitate possit Episcopus dispensare in votis castitatis, & Religionis, possint etiam commutari virtute Cruciatæ? t.4. tr.3. res.19. & in multis aliis ejus not. p.115

Et docetur, quod quinque sunt vota reservata, videlicet, votum Religionis, castitatis perpetuæ, peregrinationis Jerosolymitanæ, peregrinationis ad limina Apostolorum, & peregrinationis ad Compostellam, in his tamen nec Legatus à latere potest dispensare. Sed si eorum valor est dubius potest Episcopus dispensare, & per consequens Confessarius virtute Cruciatæ. Non potest tamen in his votis, si ab impuberibus emittuntur, dispensare. Potest tamen in supradictis votis ex metu levi factis, & in gravi periculo transgressionis, vel quando ex justa causa quis nequit Pontificem adire. t.4. tr.3. r.119. per totam, & in aliis ejus not. ubi latè. p.115

An per Bullam Cruciatæ possit Confessarius commutare votum assumendi Ordines sacros? Et si ita vovens frangeret votum, an esset sacrilegus fornicando? Et si matrimonium contraheret, (quamvis peccaret contra votum,) an possit petere debitum? tom.4. tract.3. resolut.120. p.116

An, qui obtinuit commutationem alicujus voti per Bullam Cruciatæ, possit redire ad votum prius, omisso eo, in quo facta est commutatio? t.4. tract.3. resol.121. pag.116

Et non solum, quando commutatio facta fuit in rem æqualem, sed etiam in melius? ibid. §.2

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit commutare materiam subrogatam, in quam fuit commutatum votum reservatum castitatis, seu religionis, vel ultra marinæ peregrinationis? tom.4. tract.3. resol.122. pag.117

An per Bullam Cruciatæ detur facultas recipiendi Eucharistiam præterquam in die Paschatis de manu simplicis sacerdotis sine licentia Parochi, seu Episcopi? Idem est de sacramento Extremæ-Unctionis. t.4. tr.3. r.123. & in aliis ejus not. p.117

An tempore interdicti, si quis habeat Bullam Cruciatæ teneatur audire sacrum? t.4. tr.3. res.124. & in aliis ejus not. p.117

Et qui audit sacrum tempore interdicti virtute Bullæ, an teneatur sub mortali, vel tantum sub veniali aliquas preces pro unione Principum Christianorum contra Infideles emittere? ibid. §.3

An Bulla Cruciatæ suspendat privilegia concessa in jure communi, eaque, quæ usu toleratæ consuetudinis approbantur? t.4. tr.3. r.125. p.117

Et an Bulla Cruciatæ suspendat privilegia, quæ habent Regulares celebrandi tempore interdicti in aliquibus Festivitatibus, in quibus omnes admittuntur ad Officia divina, & ad recipiendum Sacramenta? ibid. §.2

An Bulla Cruciatæ suspendat privilegia Regularium commutandi vota, & in eis dispensandi, & absolvendi à reservatis? t.4. tr.3. r.126. & 127. p.118

An Confessarius per Bullam Cruciatæ possit absolvere à suspensione incursa propter ordinationem ante legitimam ætatem? t.4. tr.3. r.128. p.118

Et an hoc possit fieri, sive in Sacramento, sive extra illud, sive suspensio sit à jure, sive ab homine; sive pœnalis, sive nominatim, sive ex delicto publico, sive ex occulto? ibid. §.2. p.119

Et notatur invitum, & absentem posse absolvi à suspensione. ibid. in fine dicti §.2

Et an suspensio lata à Pio II. extendatur ad Episcopos ordinatos ante ætatem? ibid. §. ult.

An Confessarius habens facultatem absolvendi à censuris, v.g. per Bullam Cruciatæ possit absolvere à suspensione contracta ob defectum tituli secundum opinionem aliquorum? t.4. tr.3. r.129. p.119

Vel ob malam ordinum susceptionem? Et si supradicti cum dicta suspensione celebrant, possint obtinere dispensationem ab irregularitate incursa virtute Cruciatæ? ibid. in fine res. &c.

An per Bullam Cruciatæ sit dispensabilis omnis irregularitas, quæ est pœna? Et doctrina hujus quæstionis est

est valde notanda, & menti tenenda. t. 4. tr. 3. r. 130. & in aliis ejus not. p. 119
An aliqua species irregularitatis sit dispensabilis per Bullam Cruciatæ? t. 4. tr. 3. r. 131. p. 120
Enumerantur plures casus, in quibus secundum opinionem Doctorum Confessarius virtute Cruciatæ potest tollere irregularitatem. Primò, an virtute Cruciatæ aliqua irregularitas sit dispensabilis? Secundò, quis potest dispensare in hac irregularitate iterandi Baptismum? Tertiò, quomodo tollatur irregularitas ex violatione censuratum? Et an Prælatus Regularis possit cunctis in hac irregularitate dispensare ex vi suorum privilegiorum, si delictum est occultum? Quartò, quis potest dispensare in hac irregularitate illegitima Ordinum susceptione, & usu? Quintò, quis potest dispensare in irregularitate contracta ex Apostasia, & hæresi? Et tandem objicitur, quod in facultate absolvendi contenta in Bulla Cruciatæ non comprehenditur facultas dispensandi, nam aliud est absolvere, & aliud dispensare. t. 4. tr. 3. res. 132. per totam, & in aliis ejus annotationum. p. 121
An absentes vigore Cruciatæ possint absolvi ab irregularitatibus, quæ includuntur sub nomine censuræ? t. 4. tr. 3. r. 133. p. 122
Regulares an possint dispensare cum sæcularibus ad petendum debitum extra sacramentum Confessionis, in absentia, & per scriptum? ibidem §. 2. post medium, &c.
An Commissarius Cruciatæ possit dispensare in aliquibus irregularitatibus? Et in textu hujus resolutionis excipiuntur aliquæ irregularitates, in quibus prædictus Commissarius dispensare non potest. t. 4. tract. 3. resolut. 134. p. 122
Commissarius Cruciatæ an possit dispensare super irregularitate publica, contracta tamen ex delicto? t. 4. tr. 3. res. 135. p. 123
An Commissarius Cruciatæ possit dispensare in irregularitate proveniente ex homicidio casuali, licet publica, & ex injusta mutilatione membrorum? t. 4. tr. 3. r. 136. §. 1. & 2. p. 123
An Commissarius Cruciatæ possit dispensare in irregularitate contracta per simoniam? t. 4. tr. 3. res. 137. & in aliis ejus not. p. 123
Et notatur tantum simoniam in ordine inducere irregularitatem. ibid. §. 3
An irregularitas propter hæresim sit dispensabilis per Commissarium Cruciatæ? Et an hæreticus occultus incurrat irregularitatem? t. 4. tr. 3. r. 138. p. 123
An irregularitas contracta ob malam susceptionem Ordinum, quia suscipiens erat excommunicatus, vel suspensus, sit per Commissarium Cruciatæ dispensabilis? t. 4. tr. 3. r. 139. p. 124
An quia irregularitate contracta ex bigamia potest Commissarius Cruciatæ dispensare? ibidem. in fine §. 3. & sequent.
Et notatur, quod si aliquis contraxit cum corrupta, existente aliquo impedimento dirimente, si non consummavit matrimonium; imò quamvis consummasset, non incurrit irregularitatem. ibid. §. 5. & 6
An Commissarius Cruciatæ possit dispensare in aliquo impedimento matrimonii? tom. 4. tract. 3. resol. 140. pag. 124
An ille primus gradus in quo potest Commissarius Cruciatæ dispensare intelligendus sit in utraque linea transversali, & recta? t. 4. tr. 3. r. 141. p. 124
Et notatur, quod si denunciationes culpabiliter essent omissæ, etiamsi matrimonium contractum sit ante Parochum, & testes, non potest in tali casu Commissarius Cruciatæ dispensare? ibid. §. 2
Quando dicatur impedimentum occultum, ut possit Commissarius Cruciatæ dispensare? tom. 4. tractat. 3. resolut. 142. pag. 124
An quando Commissarius Cruciatæ dispensat in impedimento opus sit, ut qui ignorat impedimentum certior de illo efficiatur? Sed difficultas est, utrum ad matrimonium invalidum, ob impedimentum occultum ratificandum, cessante impedimento, oporteat alterum conjugem certiorem facere de nullitate prioris matrimonii? t. 4. tr. 3. r. 143. p. 125
An Bulla Cruciatæ suspendat Indulgentias Regularium? t. 4. tr. 3. r. 144. p. 125
Et an sub illis verbis Bullæ, *exceptis tamen quoad eorum fratres tantum*, sub nomine *fratrum*, in Bulla intelligantur etiam Novitii, & Moniales? ibid. §. ult.
An sub nomine Mendicantium in Bulla Cruciatæ includantur etiam alii Religiosi, qui Mendicantes non sunt, sed ex beneficio Sedis Apostolicæ eorum fruuntur privilegiis. t. 4. tr. 3. r. 145. p. 125
An ad lucrandas Indulgentias Bullæ Cruciatæ, teneatur quis confiteri, si non habet mortalia, sed tantum venialia? t. 4. tr. 3. r. 146. p. 125
Et docetur, quod Ecclesia non consuevit præcipere confessionem nisi de mortalibus. ibid. §. 2. paulò post init. & in aliis ejus not.
An pro lucranda Indulgentia supradicta sufficiat suscipientem Bullam confessum fuisse in Quadragesima præterita, & habere propositum confitendi in Quadragesima futura? t. 4. tr. 3. r. 147. p. 126
An Oratio facienda in Ecclesiis, vel Altaribus pro lucranda Indulgentia Bullæ Cruciatæ sufficiat, ut sit mentalis? t. 4. tr. 3. r. 148. p. 126
An sufficiat ad lucrandas Indulgentias Bullæ Cruciatæ visitare ex uno loco quinque Altaria sine motu corporali? t. 4. tr. 3. r. 149. p. 127
Et si sint in eodem populo quinque Ecclesiæ, an sufficiat visitare quinque Altaria in eadem Ecclesia, vel in diversis? Et quando in aliquo populo tantum est una Ecclesia, habens tria, vel quatuor tantum Altaria, utrum debeat quis visitare omnia illa, & iterum bis, vel ter unum Altare, vel an debeat visitare unum Altare quinquies? ibid. §. ult. per tot.
An quando quis idem Altare quinquies visitat, non teneatur loco dimoveri, sed eodem loco fixus possit illud quinquies visitare, dummodo qualibet visitatione finita saltem corpus & caput inclinet in signum distinctæ visitationis? t. 4. tract. 3. res. 150. §. 2. post medium, à vers. Quando, & in aliis ejus not. p. 127
An si quis non possit ingredi Ecclesiam, quia est plena hominibus, consequeretur Indulgentiam Bullæ Cruciatæ, visitando tamen talem Ecclesiam à foris, ut possibile est? t. 4. tr. 3. r. 151. p. 127
An supradicta Indulgentia Bullæ Cruciatæ obtineri possit multoties eodem die? t. 4. tr. 3. r. 152. p. 147
Et an supradicta Indulgentia possit sumi pro defunctis, itaut pro illis possit etiam simul sumi uno die multoties? Et utrum aliquis possit sæpius eodem die consequi Indulgentiam concessam visitantibus talem Ecclesiam tali die? ibid. §. 2. per tot.
An per Bullam Cruciatæ quis lucretur in diebus signatis, qui vocantur *Stationes* omnes Indulgentias plenarias urbis Romæ? Et quoties? tom. 4. tract. 3. resolut. 153. & 154. pag. 128
Et notatur posse sæpius eodem die lucrari supradictas Indulgentias, si quis multoties visitaverit Ecclesiam in supradicta die. ibid. §. ult.
An qui pergit ad bellum possit lucrari dictam Indulgentiam toties, quoties peccaverit, & confessus fuerit? t. 4. tr. 3. r. 154. in fine. p. 128
An possit Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ applicare Indulgentiam moribundo sensibus destituto, qui petiit antea confessionem? Et quid, si moribundus nec Confessarium petierit, nec indicia exhibuerit, an hoc non obstante, Indulgentia Bullæ sit illi impertienda? t. 4. tr. 3. r. 155. §. 2. & seqq. p. 128

Quomodo

Quomodo sit applicanda morituris Indulgentia Bullæ Cruciatæ ? Et multa circa contingentia in dicto casu in textu hujus resolutionis explanantur à Confessariis valde notanda, & pro praxi in promptu tenenda. t. 4. tr. 3. r. 156. p. 129

Quomodo Confessarius tempore mortis debeat impertiri Indulgentiam Bullæ Cruciatæ moribundo ? Et notentur multum à Confessariis, quæ facienda sint in dicto casu, quia Indulgentia Bullæ non conceditur pro periculo, nisi pro articulo mortis. t. 4. tract. 3. res. 157. pag. 129

Et si Confessarius non velit uti forma tradita à Commissario Cruciatæ, an satis sit dicere, *Concedo tibi omnes gratias, quas concedere possum virtute hujus Bullæ*, etiamsi hoc ore tenus non explicet, sed solum in mente habeat. Et si quis confiteatur, ut Indulgentias hujus Bullæ obtineat, & Confessarius ex malitia etiam non absolvat, an lucretur Bullæ Indulgentiam ? ibid. §. 2. & in aliis ejus not.

Et an in articulo mortis possit virtute Cruciatæ applicari Indulgentia ab alio quam à sacerdote ? t. 4. tract. 3. resolut. 158. p. 129

Et an aliquando hæc Indulgentia in articulo mortis, in casu licet raro possit applicari absenti, videlicet, si Parochus postquam Extremam-Unctionem contulit pœnitenti ægrotanti oblitus est hujus applicationem, & infirmus jam moritur, nec potest Parochus eum adire, poterit è domo sua infirmo tali absenti applicare Indulgentiam ? ibid. §. ult. p. 130

An Hispani, Siculi, &c. existentes extra Regna Hispaniarum, & Siciliæ, possint sumere per alios Bullam Cruciatæ, & ejus privilegiis frui, secluso privilegio edendi lacticinia ? t. 4. tract. 3. res. 159. & in aliis ejus not. pag. 130

An qui profiscitur extra Regna Hispaniarum, vel Siciliæ, brevi tamen reversurus possit uti privilegio Bullæ Cruciatæ circa esum ovorum, & lacticiniorum ? Et difficultas est in hoc dubio, quinam dicatur statim reversurus, ut illo medio tempore possit extra Regna Hispaniarum edere virtute Cruciatæ ova & lacticinia ? t. 4. tr. 3. r. 161. §. 1. 2. & 4. p. 131

An si quis in mari dum navigat, possit virtute Cruciatæ edere lacticinia, non obstante quod Bulla dicat extra Regna, ubi illa sumitur, non esse comedenda ? t. 4. tr. 3. res. 162. p. 132

An exterus, si veniat in Regno, ubi viget Bulla Cruciatæ animo solo illam sumendi, & statim redeundi, possit pro illo anno uti illius privilegiis ? t. 4. tract. 3. res. 163. p. 132

An Cardinales, si sint Sacerdotes, vel Regulares possint in Regnis Hispaniarum virtute Bullæ Cruciatæ, edere ova, & lacticinia ? t. 4. tr. 3. r. 164. p. 133

An Regulares Militarium Ordinum, etiamsi sint Sacerdotes, possint frui privilegio Bullæ Cruciatæ vescendi ovis, & lacticiniis ? tom. 4. tract. 3. resol. 165. pag. 133

In jejunis ex voto, Pœnitentia, aut Jubilæo, si incidant in Quadragesima possunt sæculares cum Bulla Cruciatæ ovis vesci, non tamen Presbyteri, aut Regulares. ibid. §. ult. p. 134

An in hoc Siciliæ Regno diebus Quadragesimalibus, & aliis jejuniis usus sagiminis, & lardi sit licitus habentibus Bullam Cruciatæ ? Et an hoc sit licitum advenis & peregrinis ? Et multa alia adducuntur pro confirmanda consuetudine circa hoc in dicto Regno Siciliæ. tom. 4. tract. 3. resol. 166. & in aliis ejus annotationum. p. 134

An Bulla Cruciatæ det privilegium illam sumentibus, ut in jejuniis alicujus Jubilæi possint edere lacticinia ? Idem est in jejuniis ex voto, vel pœnitentia. t. 4. tr. 3. res. 167. & in aliis ejus not. p. 135

Et an ubi non adest consuetudo abstinendi à lacticiniis extra Quadragesimam, possunt fieri prædicta jejunia edendo ova, & lacticinia, etiam absque Bulla Cruciatæ. ibid. §. 2. ad medium. p. 134

Et docetur non solum de jure, sed neque de consuetudine interdici in die jejunii lacticinia extra Quadragesimam. ibid. §. ult. p. 135

An Regulares, & Presbyteri sæculares sumendo Bullam possint diebus Dominicis uti lacticiniis ? t. 4. tract. 3. res. 169. & in aliis ejus not. p. 135

An per privilegium Bullæ dispensatus in esu carnium censeatur dispensatus ad jejunandum ? tom. 4. tract. 3. res. 170. p. 136

Et notatur, quod quando per Bullam quis dispensatus est, ut comedat carnes, & lacticinia possit simul comedere pisces. ibid. §. ult.

Et an in tali casu incurrant in excommunicationem latam in aliquibus Diœcesibus contra comedentes pisces, piscatum, & carnes in Quadragesima ? t. 4. tr. 3. res. 171. §. ult. ad lin. 4. p. 136

De privilegio Bullæ Cruciatæ edendi carnes ex licentia utriusque Medici. Et an hoc privilegium deserviat, quando causa est dubia ? tom. 4. tract. 3. resol. 171. pag. 136

Et qui habet experientiam antiquam sibi esse nocivum carnibus non uti in Quadragesima, an teneatur in futuris Quadragesimis abstinere se à carnibus ad experiendum, an nocumentum experiatur ? ibid. §. 3

Senator civitatis emebat salmam frumenti ad tarenos, verbi gratia, 30. sed asserebat illam emisse ad tarenos 36. quæsivit, an possit uti Bulla compositionis, cum illud frumentum illo cariori pretio emisissent cives in pane cocto, qui modo ignorantur, quinam sint ? t. 4. tr. 3. r. 172. & 173. p. 137. & 138

Idem est, si quis scit vendidisse vinum, v. g. in tali loco, vel mistum aqua, vel falsa mensura, & ignorat tamen damnificatos. Et idem est de Macellariis, Cauponibus, Pistoribus, Dulciatoribus, & similibus. ibid.

An facta compositione bonorum incertorum per Bullam, comparente Domino, teneatur, qui se composuit ad restitutionem ? t. 4. tr. 3. r. 174. p. 138

An infirmus possit mandare in testamento, ut post ejus mortem hæres, seu executor sumat pro illo Bullam compositionis ? t. 4. tr. 3. r. 175. §. 1. & 2. p. 139

Ubi notatur primo Bullam compositionis non prodesse, his, qui prava ejus confidentia bona aliena illicitè acquisierunt. ibid. §. 3

Secundò quæritur, quod si creditor ita absens est, ut nequeat illi debitum persolvere, neque speras brevi tempore posse, ob cujus causa excusaris à restitutione facienda, in isto casu an locus compositionis sit ? ibid. §. 4

Tertiò docetur magnam controversiam esse, an si bona, quæ tibi in hac compositione remissa sunt, extent in specie, vel æquivalenter, quatenus eorum occasione dictior factus es, cum creditor comparet, neque præscriptione te tueri potes, tenearis ea creditori reddere ? Ubi etiam an Bulla compositionis possit etiam pro foro externo valere ? ibid. §. 5. & seqq. & latè in res. 174. pag. 139

Et an Episcopus possit concedere supradictam Bullam compositionis pro sua tantum Diœcesi ? ibid. §. ult. dictæ res. 174. p. 138

An Bulla Cruciatæ vivorum prosit in aliquo casu jam mortuis, v. g. ad effectum nempe ut in loco sacro sepeliatur, & absolutio excommunicationis præstetur, & consequenter suffragia Ecclesiæ pro ipso offerantur ? Et quid, si quis relinquat stipem præscriptam, ut post ipsius mortem Bulla pro anima sua sumatur ? t. 4. tr. 3. r. 176. p. 139

An quis possit sumere Bullam defunctorum pro duobus, aut pluribus ? tom. 4. tractat. 3. resolut. 177. pag. 140

Et

Et an animam, quæ à corpore soluta in Purgatorio est destinata possit Pontifex ita liberare, ut neutiquam in Purgatorium ingrediatur? ibid. §. ult. p. 141
* Vide *Privilegium*.

Appendix ad hunc Tractat. 3. & Verbum de Bulla Cruciatæ.

Cum Bulla Cruciatæ an satisfaciat quis præcepto Missæ, si illam audiat in Oratorio privato? t. 4. tr. 2. r. 56. §. 1. & 2. pag. 62
Cum Bulla Cruciatæ ova, quæ intra gallinas inveniuntur, in Quadragesima comedi possunt. t. 4. tr. 6. r. 52. §. 2. pag. 226
Bulla Cruciatæ. Vide verb. *Anima, Bullæ Cœnæ.* tom. 4
Bulla Cruciatæ an possit sumi pro excommunicato, qui mortuus est sine absolutione, si Bullam mortuus antea non habebat, & an per eam possit absolvi ab excommunicatione, ut in Ecclesia sepeliatur? t. 5. tract. 1. t. 109. §. 2. p. 120
Bulla Cruciatæ. Vide verb. *Dispensatio, Edictum.* tom. 5
Item verb. *Absolutio.* tom. 6
Item *Bona temporalia.* tom. 8
Bulla Cruciatæ prodest Siculis, & Hispanis extra Siciliam, & Hispaniam existentibus si alius pro ipsis Bullam suscipiat. t. 9. tr. 7. r. 122. §. 3. p. 435
Bullæ Cruciatæ privilegium habens audiendi Missam tempore interdicti, an teneatur illam audire? t. 3. tr. 1. r. 102. §. 8. p. 136
Et Bullæ Cruciatæ privilegio an teneatur delegatus dispensare, sed adsit causa sufficiens. t. 3. tract. 2. res. 16. §. 1. pag. 184
Bullæ Cruciatæ privilegium, quatenus continet dispensandi privilegium, an sit strictè, vel latè interpretandum? t. 3. tr. 2. r. 50. §. 1. p. 205
Per Bullæ Cruciatæ privilegium an possit Confessarius absolvere, & dispensare in casibus Papalibus, quos potest absolvere, & dispensare Episcopus ratione alicujus impedimenti. t. 3. tr. 3. r. 4. §. 6. p. 298
Bullæ Cruciatæ privilegium quid concedat, quando Commissarius dispensat circa horam celebrandi in Oratorio privato? t. 4. tr. 2. r. 47. §. 1. & seqq. p. 57
An saltem Bullæ Cruciatæ Commissarius possit dare licentiam audiendi Missam, vel celebrandi in Oratorio privato? t. 4. tr. 2. r. 49. §. 1. & 2. p. 58
Ut Bullæ Cruciatæ vigore in Oratorio privato possint audire Missam, qui intelligantur sub nomine domesticorum? t. 4. tr. 2. r. 41. §. 1. ibid.
Et quinam sub nomine consanguineorum? t. 4. tract. 2. t. 53. §. 1. p. 61
Bullæ Cruciatæ Indulgentiam concessam visitantibus Ecclesias, vel Altaria, an possit quis lucrari visitans Oratorium privatum suæ domus? t. 4. tr. 2. resol. 60. §. 2. pag. 65
Bullæ Cruciatæ Indulgentia an prosit defuncto, si sumens, & solvens Bullam pro defuncto sit in peccato mortali? t. 4. tr. 5. r. 36. §. 1. p. 197
Bullæ Cruciatæ Indulgentiam an possit laïcus quando sacerdos non adest moribundo applicare? t. 5. tract. 1. t. 212. §. 1. p. 121
Pro Bullæ Cruciatæ licentiis, & publicationibus Indulgentiarum an possit aliquid sumi ratione laboris? t. 5. tr. 7. r. 46. §. 1. & seqq. p. 341
Ex vi Bullæ Cruciatæ, an Confessarius possit absolvere pluries pœnitentem à casibus Papæ reservatis, si sint occulti? t. 5. tr. 8. r. 31. §. 2. p. 368
Bullæ Cruciatæ privilegia nunquam censentur revocata, etiam per Jubilæum anni Sancti, & etiam per publicationem Bullæ Cœnæ. tom. 9. tract. 7. resolut. 122. §. 1. pag. 435
Per Bullam Cruciatæ datur facultas eligendi Confessarium, an spiret morte concedentis re integra? t. 1. tr. 3. r. 8. §. 4. p. 89
Per Bullam Cruciatæ an sit eligibilis in Confessarium approbatum à quocumque Episcopo? t. 1. tr. 3. res. 12. §. 2. pag. 91
Per Bullam Cruciatæ an Parochi sint eligibiles ubique ad Confessiones audiendas sine approbatione Episcopi? t. 1. tr. 3. r. 13. §. 3. p. 92
Qui ex confidentia obtinendi Bullam Cruciatæ peccat, alias non peccaturus, an teneatur hanc circunstantiam in confessione aperire? t. 1. tr. 7. r. 162. §. 1. p. 420
Per Bullam Cruciatæ an possit dispensari votum castitatis ab utroque conjuge ex communi consensu emisso, propter periculum incontinentiæ, ut petant, & reddant debitum? t. 2. tr. 6. r. 219. §. 1. & seq. p. 467
Per Bullam Cruciatæ Confessarius eligendus, an debeat esse approbatus ab Ordinario? t. 3. tr. 1. r. 39. §. Septimus casus. p. 50
Per Bullam Cruciatæ absolutio à censuris obtenta, an prosit pro foro exteriori? t. 3. tr. 2. r. 64. §. 3. p. 215
Ubi, an judex non solum potest, sed tenetur in foro externo recipere dictam absolutionem? ibidem. §. 6. pag. 216
Per Bullam Cruciatæ an possit Confessarius absolvere ab excommunicatione ingredientes Monasteria Monialium, & cum Moniali incestum committens, si delictum est occultum? tom. 3. tract. 3. resolut. 31. §. 3. pag. 314
Idem est si Monialis egressa est è suo Monasterio ad malum finem. t. 3. tr. 3. r. 30. §. 3. ibid.
Per Bullam Cruciatæ an suspendantur Altaria privilegiata sita in Ecclesiis Regularium, & aliarum Ecclesiarum? t. 4. tr. 1. r. 30. 31. & 32. p. 20
Et in tali casu an sacerdos celebrans in Altari privilegiato, vel qui facit celebrare, debeat habere Bullam Cruciatæ? t. 4. tr. 1. r. 33. §. 1. p. 21
Et quid, si Altare privilegiatum sit Religiosorum? ibidem. §. 4
Bullam Cruciatæ habentes an possint Missam celebrare, vel audire in Oratorio privato in diebus solemnioribus, in quibus ex indulto Papæ pro dicto Oratorio ibi celebrari non possit? tom. 4. tract. 2. resolut. 28. §. 3. pag. 44
Et quid, si Episcopus sub pœna excommunicationis hoc prohibeat? ibid.
Bullam Cruciatæ habens non tenetur Missam audire in die festo tempore interdicti. t. 4. tr. 2. r. 36. §. 3. p. 49
Nec tenetur sumere Bullam Cruciatæ, ut Missam audiat, vel celebret in dicto tempore interdicti. ibid.
Per Bullam Cruciatæ non potest quisque habere Oratorium privatum in sua domo, & in illo Missam audire, vel celebrare extra tempus interdicti. Ubi explicantur verba Bullæ. tom. 4. tract. 2. resol. 48. §. 1. & seqq. p. 57
Per Bullam Cruciatæ sacerdos privilegiatus tempore interdicti potest eligere laïcum, ut interveniat sacro, si non inveniat ministrum habentem privilegium assistendi divinis. t. 4. tr. 2. r. 51. §. 4. p. 60
An saltem per Bullam Cruciatæ possint celebrari plures Missæ in privatis Oratoriis? t. 4. tr. 2. r. 54. p. 61
Laïcus, vel Clericus, qui Bullam Cruciatæ habet, an possit invitare sacerdotem ad celebrandum in Oratorio privato qualibet die, etiam ex solemnioribus, quamvis sacerdos Bulla careat? ibid. §. 1
Ubi, an ipse sacerdos possit ministrum privilegiatum excitare ad utendum suo privilegio per quod facultatem habet, ut sacerdos in præsentia ipsius ministri celebret? §. 1
Per Bullam Cruciatæ utens Oratorio privato, an teneantur fundere aliquas preces, & an vocales, vel mentales? t. 4. tr. 2. r. 59. §. 1. p. 64

Per Bullam Cruciatæ an possit Confessarius commutare jejunia ex voto ? t.4. tr.6. r.3. §.3. p.202
Per Bullam Cruciatæ an Confessarius electus possit dispensare quando causa jejunii, &c. est dubia ? t.4. tr.6. r.4. §.2. p.203
Bullam Cruciatæ habentes an possint in collatione serotina jejunii sumere aliquid casei, vel lactis ? t.4. tr.6. r.115. §.1. p.264
Per Bullam Cruciatæ an possit absolvi cum cautione excommunicatus, eo quod, cum possit non solvit decimas, si postea fiat impotens, non obstante Concilio Tridentino sess.25. c.11. de reform. dicente talem non esse absolvendum, nisi plena restitutione subsequuta ? t.5. tr.1. r.187. §.2. p.108
Per Bullam Cruciatam an possit quis absolvi ab excommunicatione invitus ? t.5. tr.1. r.189. §.2. p.109
Per Bullam Cruciatæ an possint absolvi percutientes Clericum, etiam enormi percussione ? t.5. tr.2. r.80. §.1. pag.169
Per Bullam Cruciatæ an Confessarius possit absolvere à suspensione incursa propter susceptionem Ordinum ante legitimam ætatem extra tempora, & sine dimissoriis, vel cum falsis ? t.5. tr.3. r.37. §.8. p.186
Idem est de Irregularitate, si ita ordinatus ministrat in susceptis Ordinibus ante obtentam licentiam ab Episcopo proprio. t.5. tr.3. r.36. §.2. ibid.
Per Bullam Cruciatæ an possit tolli suspensio ab Ordinato per saltum ? t.5. tr.3. r.58. §.4. p.196
Ubi, quod quamvis promotus per saltum sit impeditus ad superiores Ordines suscipiendos, an hoc impedimentum non sit irregularitas, & si irregularitas sit, an per Bullam Cruciatæ dispensari possit ? §.3. p.195
Per Bullam Cruciatæ an tolli possit irregularitas contracta à solis Clericis, si non Sacerdotes confessiones audiant, ut ad superiores ordines ascendant, & in susceptis ministrent, si delictum est occultum ? t.5. tr.5. r.22. §.3. p.216
Per Bullam Cruciatæ an Confessarius in aliquo casu absolvere possit ab excommunicatione, & suspensione incursis propter symoniam ? tom.5. tr.7. r.7. §.1. sub finem pag.311
Per Bullam Cruciatæ licet Confessarius non possit absolvere ab hæresi occulta, an possit tamen absolvere receptatores, fautores, & defensores hæreticorum, & legentes, tenentes, & imprimentes eorum libros, & Schismaticos, Nigromanticos, &c. t.5. tr.8. r.30. §.2. p.367
Per Bullam Cruciatæ, an Confessarius possit absolvere à casibus contentis in Edicto DD. Inquisitorum ? t.5. tr.8. r.32. §.1. p.368
Per Bullam Cruciatæ an Confessarius possit absolvere tantum semel in vita, & semel in morte ab omnibus casibus contentis in primo Canone Bullæ Cœnæ ? ibidem §.3
An vero Malefici, Sortilegi, solicitantes in Confessione, blasphemantes hæreticaliter, & similes alii an possint per Cruciatam absolvi toties, quoties ? ibid.
Per Bullam Cruciatam an possit Confessarius absolvere fœminam solicitatam, quæ non denunciavit, si postea denunciat ? ibid. p.369
Per Bullam Cruciatæ non est absolvendus, qui excommunicatur, donec ejiciat concubinam, nisi prius sit expulsa, nec sufficit quod promittat eam expellere. t.5. tr.9. r.23. §.2. p.387
An Cardinales Religiosi statim solvantur à voto paupertatis, & efficiamini Domini redditu um Ecclesiasticorum instar Cardinalium sæculorum, & ideo supervacaneè consumpta, & in usus illicitos non tenentur restituere ab ipsis recipientes? t.9. tr.7. r.84. p.406

Idem infertur de Religiosis Episcopis. ibid. ad medium §.2. & late in omnibus aliis ejus not.

An Cardinales Religiosi recuperent facultatem testandi de rebus suis, quas ex professione Religionis amiserunt? ibid. §. ult. Ref.84. p.406

An Cardinales Religiosi teneantur ad vota, quæ præter triá substantialia emittuntur in Religionibus juxta eorum statuta? t.9. tr.7. r.85. p.407

An Cardinales Religiosi, si deponant habitum suæ Religionis incurrant in excommunicationem? Et quid super hoc de Episcopis Religiosis? t.9. tr.7. r.86. p.407

An Cardinalis Religiosus possit esse Compater in Baptismo, & Confirmatione? Idem est de Episcopis Religiosis. t.9. tr.7. r.87. p.407

An Cardinales ex licentia Summi Pontificis possint testari de bonis perceptis Cardinalitii Galleri? t.9. tr.7. r.88. & in aliis ejus not. p.407

An Cardinales in testamentis gaudeant privilegio Militum? t.9. tr.7. r.89. p.407

An Cardinales testantes ex facultate Pontificis teneantur adhibere formam juris Civilis, aut Canonici? t.9. tr.7. r.90. p.408

An facultas concessa Cardinalibus testandi, intelligatur pro prima vice? Et pro Episcopis in hóc casu quid? t.9. tr.7. r.91. p.408

An licentia concessa Cardinalibus testandi expiret mortuo Pontifice, qui illam concessit? Et an Pontifex possit concedere facultatem testandi non solum in pios usus, sed etiam in quoslibet, dummodo liciti sint & honesti? t.9. tr.7. r.92. p.408

Notabilia quædam de Cardinalibus ex Sacræ Rotæ Decisionibus in quibus fuse tractantur collecta. t.9. tr.7. r.93. p.409

Subsequuntur aliæ plures difficultates pertinentes ad Eminentissimos Cardinales de Scriptionibus, & Collocutionibus vetitu tempore Conclavis.

An Cardinales loquentes cum aliis existentibus extra Conclave de rebus ad electionem Pontificis pertinentibus incidant in censuram Papæ reservatam? Et negative respondetur. Et notatur, quod contra colloquentes palam Cardinalibus nulla est pœna latæ sententiæ, sed contra secreto loquentes. t.9. tr.7. r.94. p.410

Rationes pro affirmativa sententia adducuntur, sed negativa firmatur. t.9. tr.7. r.95. p.410

Cardinales scribentes vel recipientes literas circa materiam electionis Pontificis incidant in censuras? tom.9. tr.7. r.94. pag.410

An Cardinales loquentes cum aliis existentibus extra Conclave de rebus pertinentibus ad electionem Pontificis peccent saltem mortaliter? t.9. tr.7. r.96. p.412

An Collocutiones, & Scriptiones quæ ordinantur ad bonam electionem futuri Pontificis prohibeantur in Bulla Pii IV. in eligendis, &c. Et opinio negativa affertur. t.9. tr.7. r.97. p.413

Opinio affirmativa firmatur. Et explanatur, quod aliquando lex fundatur in periculo facti, vel delicti, & utrumque explanatur, quomodo debeat intelligi. t.9. tr.7. r.98. à principio usque ad §.6. & in aliis ejus not. p.413

An in prohibitione colloquendi, & scribendi contenta in Bulla Pii IV. detur parvitas materiæ excusans à peccato mortali, & ab incursione censurarum? t.9. tr.7. r.99. p.414

An peccet mortaliter Cardinalis, si in Rota audiat aliquem cum eo loquente, ipso tamen nihil respondente, vel è contra? t.9. tr.7. r.100. p.415

An ad incurrendam censuram latam in cap. *Cum periculum*, requiratur, quod missio scripturæ, vel nuntii sit secreta, ut requiritur pro collocutione? Et quid quoad Bullam Pii IV. t.9. tr.7. r.101. p.415

An Collocutiones, & Scripturæ præter materiam electionis sint in dicta Bulla interdictæ? t.9. tr.7. r.102. pag.416

De deferentibus literas, & loquentibus cum famulis Cardinalium an incurrant in censuram? Et quid si sciunt postea famulos omnia referre suo Cardinali? t.9. tr.7. r.103. p.416

Ubi notatur quod dicti famuli, Conclavistæ, & Magister cæremoniarum & alii existentes in Conclavi, licet non incurrant censuram Pii IV. loquendo cum aliis extra Conclave de rebus pertinentibus ad electionem Pontificis, peccabunt tamen mortaliter, & qui cum illis loquentur etiam lethaliter peccabunt propter cooperationem; quod idem dicendum est de loquentibus cum Dominis Cardinalibus. ibid. à lin.10. §.2

Et advertitur secretam locutionem tametsi ad electionem Pontificis non pertineat, excommunicationi subjici. ibid. in fine. p.417

An quis incurrat in censuram, si literæ ad Cardinalem scriptæ ad illum non perveniant? Ubi casus novus apponitur, videlicet, si quis daret in Rota literam Cardinali, qui tunc legeret, ne videretur, & postea literam perderet, an in tali casu uterque incideret in censuram. t.9. tr.7. r.104. p.417

An si Cardinalis, qui propter infirmitatem egressus est è Conclavi scribat literas ad alios Cardinales in Conclavi incurrat excommunicationem? Et advertitur, quod dictus Cardinalis debet quam primum ad Conclave redire. Et notatur Cardinales exeuntes è Conclavi præbere juramentum acta in Conclavi circa electionem nemini ministrandi. t.9. tr.7. r.105. p.417

An Cardinalis, qui propter infirmitatem exivit è Conclavi teneatur postea, si convaluerit, redire? Et an talis Cardinalis, si nolit redire post adeptam salutem intra Conclave, possit compelli intrare? t.9. tr.7. r.106. pag.418

An Cardinalis, qui mandavit Clavistæ, ut scribat extra Conclave circa materiam electionis in censuram Pii IV. incurrat? Et an in tali casu Cardinalis peccet mortaliter propter mandatum, & cooperationem cum peccato famuli? t.9. tr.7. r.107. p.419 Et

Et deducitur quod censura prolata contra aliquid facientes non comprehendit mandantes. ibid. §. 2. &c.
Cardinales ad invicem colloqui possunt, & mittere famulos intra Conclave existentes atque scribere intra se de materia electionis. t.9. tr.7. r.107. p.419
Qua diligentia uti debeant Prælati in persecutandis epulis in Conclavi intrantibus? Ubi notatur, quod si supra dictus Prælatus adhibendo diligentiam moralem in persecutandis epulis alicujus Cardinalis timeret ab ipso inferendum grave damnum, tunc equidem ad nullam diligentiam tenetur. t.9. tr.7. r.108. p.419
Ubi docetur, in isto casu & similibus aliis, quod juramenta de observandis statutis, legibus & constitutionibus Ecclesiasticis, vel sæcularibus, intelligenda sunt, quatenus sunt in usu, & observantur. ibidem. §.4. pag.420
Et advertitur pro suspensione contenta in Bulla Pij IV. in dicto casu non inducere peccatum mortale nisi expresse, & verbis æquivalentibus id significetur. ibid. §.3. & in aliis ejus not.
Ubi proponitur modus cognoscendi, quando lex obligat sub mortali. ibidem post medium dicti §.3. & in aliis ejus not.
An sit prohibitus ingressus alicujus infantis per Rotam, non attingentis ulum rationis intra conclave? Et exponitur cap. *Ubi periculum*. t.9. tr.7. r.109. p.421
An si quis clam in conclavi ingrediatur, incidat in censuram? Ubi notatur, quod si post ingressum in Conclavi, iste talis loqueretur cum aliquo Cardinali, tunc incurreret in excommunicationem. ibid. §.4
Et quid de privatione officii, & beneficii, quam in Cap. *Ubi periculum* imponit Pontifex ipso facto, tenetur ne ad hæc ante judicis declarationem? ibidem §.5.& 6. & in multis aliis ejus not.
An vero intrantes in Conclavi subijciantur tantum supra dictis pœnis, vel an etiam peccent mortaliter? ibid.§.7
Ubi advertitur Sacram Congregationem Cardinalium declarasse Decretum ab ipla edictum, quo prohibetur Regularibus accedere ad Monasteria Monialium sub pœna privationis officii, ac vocis activæ, & passivæ obligare ad mortale. ibidem in dicto §.7. & latè in aliis ejus not. pro hac quæstione.
An Cardinales peccent mortaliter, cum pluribus ferculis in Conclavi vescuntur? Ubi explanatur hoc verbum *Oportet*, quid importet? t.9. tr.7. r.110. p.422. Et pro dicto verbo *Oportet* in multis aliis ejus not.
An Eminentissimi Cardinales in Feria sexta Parasceves possint devenire ad scrutinium, non audito Officio fieri solito in illa die, non obstante §. Similiter, Bulla Greg. XV. Ubi firmatur, quod in Feria sexta Parasceves nemini licitum est sacrificare ob prohibitionem factam ab Innocentio I. t.9. tr.7. r.111. §.1. p.422
Et deducitur an Officium fieri solitum à Sacerdote in illa die, extracto Sacramento è sepulchro, sit verè Sacrificium, & Missa dici possit? ibid. in §.2. &c.
Ubi discutitur an consumptio Sacerdotis pertineat ad essentiam Sacrificii Missæ, vel sit tantum pars ejus integralis? ibid. §.3. & 4. p.423
Et tandem quæritur, an Cardinales inciderent in excommunicationem, si in aliis diebus omitterent solitam Missam, & procederent ad scrutinium? ibid. §. ult.
An Summus Pœnitentiarius possit absolvere ab excommunicatione lata à Pio IV. in §. Literas. &c. t.9. tr.7. res.112. pag.424
An excommunicatio contracta ex fractione Bullæ Pii IV. & Greg. XXV. si sit occulta possit absolvi ab Episcopo vigore Concilii Trid. sess.24.c.6.de Reformat? t.9.tr.7. r.113. & in tribus seqq. p.424
Et docetur absolutionem ab hac censura impendi posse, dum Summus Pontifex de novo creatus dicit aliquibus Clavistis: Do vobis facultatem qua absolvi possitis ab omnibus excommunicationibus contractis occasione Conclavis, seu creationis Pontificis. ibid. in §.2. dictæ r.113. pag.424
Proponitur sententia affirmativa, nempe Episcopos à dicta censura absolvere posse, & nova opinio circa intelligentiam Trid. affertur, sed non approbatur. tom.9. tr.7. r.114. pag.425
Ubi quæritur, quando verè ista excommunicatio dicenda sit occulta, ibidem in §.2. dictæ r.114. p.425
Stante supra dicta opinione Castri Palai, quæritur, quomodo possunt Cardinales Episcopi vel alii Episcopi absolvere à dicta censura Piana, & Gregoriana? tom.9. tr.7. r.115. p.426
Et difficultas est, quid operetur illa particula Concilii Trid. in Diœcesi sua? Et concluditur non posse Episcopos vigore Concilii absolvere à censuris & aliis casibus reservatis extra suam Diœcesim. Ibid. à §.2. usque prope finem. §.7. &c.
Et tandem quæritur, an possit Cardinalis Episcopus, vel alii Episcopi, si inciderint in censuras de quibus est quæstio, absolvi à suo Confessario vigore Concilii Trid. ibidem §.7. inter medium, & finem à vers. An vero, & in aliis ejus not.
Judicium Authoris de supra dictis sententiis Bonacinæ, & Castri Palai. tom.9. tr.7. r.116. p.427. & lege r.113. & 114. p.424. & 425
An in aliquo casu possit Episcopus absolvere à censuris Bullarum Pii IV. & Greg.XV. Et in §.1.hujus r. proponitur curiosus casus circa supra dictam quæstionem. t.9. tr.7. r.117. p.428
Et deducitur, quod impeditus adire, Pontificem solum absolvendus venit in casu percussionis clerici. ibidem, ad medium §.1. & in aliis ejus not.
Et affirmatur Episcopum posse absolvere impeditos sive ad tempus longum à censuris Pontifici reservatis. ibidem. §.2. &c.
Nec in tali casu impeditus Romanum Pontificem adire tenetur mittere Procuratorem nec scribere ad Sacram Pœnitentiariam. ibidem. §.6. &c.
Nec tenetur adire Legatum, aut alium habentem privilegium absolvendi à casibus Papalibus, sed possit absolvi ab Episcopo. ibid.§.7.& 8.& in aliis ejus not. & lege ibi pro casu hæresis §.9.10.11.& 12.p.429.& 430
Judicium authoris circa ea, quæ dicta sunt in superiori fol 117. Et non approbatur impeditum adire Pontificem posse absolvi ab Episcopo in casu hæresis.t.9.tr.7.r.118. & in multis aliis ejus a notationum latissimè.p.430
An censura ex fractione Bullæ Pii IV.& Greg.XIII. possit à Regularibus hodie absolvi? t.9.tr.7 r.119.p.432
Ubi probatur, quod confirmatio privilegiorum Regularium ex certa scientia, & sine clausulis restrictius, operatur, ut privilegia revocata restituantur, & revalidentur, & dicta clausula habet vim novæ concessionis. ibidem. §.2.& seqq.& latè in plurimis aliis ejus not.
Infertur Corollarium in ordine ad Eminentissimos Cardinales Religiosos, ubi discutitur, an Episcopus Regularis amittat privilegia Religionis, nec possit uti privilegiis, quibus antea cum Religiosis utebatur, quod idem est de Religioso ad Cardinalatum assumpto. tom.9. tract.7. resol.120. pag.432
Judicium Authoris de supra dictis opinionibus. tom.9. tr.7. r.121. p.433
An innodatus censura Pii IV. & Greg. XV. possit absolvi virtute Cruciatæ? t.9. tr.7.r.122. p.435
Et asseritur privilegia Bullæ Cruciatæ nunquam censeri revocata, etiam per Jubilæum anni Sancti, & etiam per publicationem Bullæ Cœnæ. ibidem à lin.7. §.1. & in aliis ejus not.
Ideo privilegia Bullæ Cruciatæ quoad absolutionem censurarum valent pro illo anno ubique locorum inveniatur, qui sumpsit Bullam Cruciatæ excepto privilegio comedendi ova, & lacticinia, & ideo à supra dicta censura possit absolvi. ibidem à lin.7. §.2. &c.

An si aliquis tempore Conclavis irretitus censura Pii IV. & Greg. XV. possit ante obtentam absolutionem ad vitandum scandalum celebrare, & Eucharistiam sumere? Quod à fortiori idem dicendum est de Sacerdote excommunicato, vel regulari, & de Hæretico, qui non potest obtinere licentiam, ut ab hæresi absolvatur. Et idem est de Sacerdote, qui alium Sacerdotem interfecit, & ne se prodat, & crimen ejus fiat manifestum, celebrat. tom.9. tract.7. res.123. per totam, & in multis aliis ejus notationum pro his quæstionibus. p.436

Magis firmatur, & declaratur doctrina in superiori Resolut. 123. adducta. Ubi etiam docetur aliquos negare excommunicatum occultum posse extra mortis articulum communicare, etiam si urgeat scandalum, infamia, &c. t.9. tr.7. r.124. §.1. p.437

Difficultas est, an in supradicto casu possit etiam confiteri, quia plures negant valere absolutionem à peccatis non præmissa absolutione à censura. ibid. §.2. & seqq. & in multis aliis ejus not. lege eas, & non pigebit.

An in casu supradicto Cardinalis, vel Conclavista censurati, possint ad vitandum scandalum confiteri aliqua peccata, non expressa fractione Bullæ Pij IV. & Greg. XV. vel teneatur confiteri inferiori omnia peccata tam non reservata, quam hanc censuram, vel aliam reservatam? Ubi alius similis casus proponitur à linea secunda hujus Res. tom.9. tract.7. res.125. & in aliis ejus not. p.438

An excommunicatio lata à Pio IV. & Greg. XV. possit absolvi, non solum ut ipsi asserunt, in articulo, sed etiam in periculo mortis? Ubi, quod necessitas periculi mortis existimatur moraliter tanquam extrema. t.9. tr.7. r.126. & in multis aliis ejus not. pag.439

An qui in periculo, vel articulo mortis fuit absolutus à censura incursa propter violationem Bullæ Pij IV. & Greg. XV. teneatur postea, si convaluerit se præsentare coram Pontifice? Et nova opinio afferetur, sed non approbatur. t.9. tr.7. r.127. & lege alias plures Res. §§. & vers. ejus adnotationis. p.439

Et quid, si virtute Bullæ Cruciatæ quis absolutus fuisset in supra dicto casu. ibid. §.4. à linea 9. & vers. In uno, & in aliis ejus not.

Et difficultas adhuc superest, si in supradicto casu absolutus convaluerit, intra quod tempus tenetur se præsentare coram Pontifice. ibid. in dicta Res. 127. §. 5. & 6. & in aliis ejus adnot. p.440

Carere.

Vide verb. *Maritus.* tom.2

Carere Patre, & matre an debeat, ut quis dicatur Orphanus pro consequutione legati. t.6.tr.8.r.46.§.1.p.416

Carere. Vide verb. *Actus, Compensare, Præscriptio.* t.6

Item verb. *Novitiatus.* t.7

Item verb. *Actus, Sepultura.* t.8

Qui caret à nativitate visu, vel auditu, aut aliis membris, & organis, an sunt in periculo mortis ungendi, & an sint ungendi in parte proxima membri deficientis. t.2. tr.4. r.1.§.5. p.242

Qui caret digito non tamen pugillari, vel pollice, vel oculo dextro, vel sinistro, auribus, pede, &c. an sit irregularis? tom.7. tract.1.r.289. §.2. & sequentibus. pag.200

Carestia.

Vide verb. *Tempus.* tom.9

Carius.

Vide verb. *Domus.* tom.7

Carnifex.

Carnifex super patibulum existimabat jam reum expirasse, sed unus ex astantibus dixit vivit, vivit: Vnde ipse denuo pedibus collum calcavit, & reus mortuus est, quæsierunt an in tali casu ille irregularitatem incurreret, & an per Episcopum sit dispensabilis. t.5.tr.5.r.80. pag.243

Vide verb. *Scala.* tom.6

Caro.

Carnes non comedere in diebus jejunij an teneantur pueri statim post usum rationis. t.1. tr.3. r.45. §.1. & seq. pag.119

Et quid, si post septennium dubium sit an pueri habeant usum rationis, an præsumendum sit habere, & à carnibus teneantur abstinere in diebus jejunij? t.1. tr.3. r.46. §.1. p.120

Sed ante septennium in dubium præsumendum est non habere usum rationis, nec obligatos esse. ibid.

Et quid, si ante septennium pueri habeant usum rationis, an teneantur abstinere à carnibus in diebus jejunij? t.1. tr.3. r.47. §.1. & seq. p.120

Carnes possunt ministrari fatuis, & infidelibus tempore jejunij, quia non subduntur legibus Ecclesiæ. ibidem. §.3

Qui carnes comedit putans falsò hodie esse Vigiliam, an sufficiat dicere in Confessione, comedi carnes in die prohibito, quia peccatum ejusdem speciei commisit, ac si esset vigilia. t.1. tr.7. r.5. §.3. p.345

Qui carnes sæpius comedit, & lacticinia in die jejunij, an distincta peccata committat, in confessione aperienda. t.1. tr.7. r.67. §.1. p.377

Vbi, qui vovit jejunare aliquo die, non toties peccat, quoties in illo die carnes comedit. ibid. §.2

Carnis. Vide verb. *Conjux.* t.2

De privilegio carnes comedendi virtute Cruciatæ ex licentia utriusque Medici. Vbi pro praxi aliqui casus. t.4. tr.3. §.171. §.1. & 2. p.136

Carnes ex licentia utriusque Medici possunt comedere Regulares, & eorum familiares in jejuniis Quadragesimæ, & in aliis diebus quomodocumque prohibitis ex privilegio, & Bulla Leonis X. tom.4. tr.6.r.53.§.7. pag.228

Carnes comedere potest, qui vovit non comedere ova, & lacticinia in feria 6. vel aliqua alia die, si in eam inciderit Nativitas Domini. tom.4. tract.6. res.61. §.4. pag.233

Carnes ministrare pueris in diebus jejunij ante expletum septennium an sit licitum. tom.4. tract.6. res.67. §.1. pag.236

Et quid, ubi adest consuetudo in contrarium. ibid.

Et quid, si pueri ante septennium doli capaces sint? Idem est de Paganis, & perpetuo amentibus. ibid. §.2. & 3

Vt carnes comedant in Quadragesima tempore pestis, an Episcopus possit dispensare in sua civitate. tom.4. tr.6. r.69. §.1. p.237

Carnes non comedere pro qualibet die quis vovit, an toties peccet, quoties illas comedit. t.4. tr.6. r.70. §.3. pag.239

Qui carnes comedit ex licentia in die jejunij, an possit comedere Lardum, aut alias carnes nocivas? Et quid, si tota refectio ex illo carnis genere fiat. t.4. tr.6.r.71. §.1. & 2. p.239. & 240

Qui carnes comedit in die jejunij ex dispensatione, an possit simul edere pisces. tom.4. tr.6. res.72. §.1. & 2. pag.240

Et quid si hoc sit prohibitum ab Episcopo sub pœna excommunicationis. tom.4. tractat.6. resolut.77. §.4. pag.242

Si carnes comedendi facultatem quis habet, si illas non comedat, an teneatur jejunare. tom.4. tr.6.r.76.§.1. pag.241

Et

Et quid si ad carnes dispensatus est non propter virium debilitatem, sed quia cibi Quadragesimales sunt ei nocivi? t.4. tr.6. r.77. §. 1. p.242
Et quid si carnes comederet ratione debilitatis, & infirmitatis? t.4. tr.6. r.78. §.3. p.243
Qui carnes comedendo frangit jejunium non duo, sed unum tantum peccatum committit, & ideo non est necessarium explicare circunstantiam modi, quo jejunium violatum sit. t.4. tr.6. r.77. §.6. p.242
Qui carnes comedit in die jejunii, & lacticinia, & ova simul, unum tantum peccatum committit, non distincta. ibid.
Qui carnes comedendi licentiam habet à Medico infra annum in diebus Veneris, & Sabbathi, & in Quadragesima, an possit illas edere in diebus 4. Temporum, Quadragesimæ, & 4. Temporum infrà annum? t.4. tr.6. r.78. §.2. p.243
Ut carnes quis comedat in diebus jejunii, an Medicus dubius, si cibi Quadragesimales afferant grave damnum petenti licentiam, an possit illam concedere? ibidem. §.3
Si carnes quis comedit in die jejunii in magna quantitate ex oblivione, vel inadvertentia, an teneatur jejunare in illo die, reliquo tempore? t. 4. tr.6. r.79. §.1. & seqq. ibid.
Si carnes comedit, qui vovit aliquo die jejunare, an toties peccet mortaliter, quoties illas comedit? t.4. tr.6. r.82. §.1. p.244
Et quid, si expresè promitteret in die unicam comestionem? ibid. §.4. p.245
Vbi exponitur differentia inter jejunium ex præcepto Ecclesiæ, & ex vi voti, si in illis aliquis comederet carnes. §.3
Et quid de pœnitentia jejunii à Confessario imposita, an tunc pœnitens toties peccet, quoties carnes comedit? t.4. t.6. r.83. §.1. & seqq. ibid.
Carnes, & ova sacerdos, vel laïcus sine Bulla in die Quadragesimali edentes, an duplici labe inquinentur? t.6. tr.6. r.84. §.1. p.246
Et an teneatur confiteri quoties se applicaverit esui carnium in die, & quoties comestioni ovorum? ibid.
Carnes comedere in die jejunii an possit, si aliquis per unum diem tantum non haberet nisi panem? t.4. tr.6. r.85. §.1. ibid.
Et carnes comedendo in tali casu, an teneatur quis servare jejunium? t.4. tr.6. r.86. §.6. p.248
Carnes in die jejunii famuli ministrantes Dominis, an peccent peccato scandali? t. 7. tract.5. reso.59. §.1. pag.357
Carnes offerre servis Infidelibus in die jejunii, an licitum sit Dominis? t.7. tr.8. r.48. §.1. p.449
Carnes ministrare perpetuò amentibus, & Paganis, an fas sit in diebus jejunii. t.7. tr.8. res.49. §.2. in fine. ibidem.
Carnibus vesci in die Sabbathi an sit licitum, si in illo incidat aliquod festum ex solemnioribus? t.4. tract.6. t.38. §.2. p.220
Et carnibus an possint aliquid comedere in die jejunii, qui inserviunt infirmis ad excitandum appetitum infirmorum? t.4. tr.6. r.81. §.5. p.244
Carnibus vescendo Catholicus Angliæ in diebus vetitis Veneris, & Quadragesimæ ad se occultandum, an peccet? t.7. tr.5. r.70. §.2. in fine. p.365
Idem est de exploratoribus, vulgò dictis *Spiæ* in terris Infidelium? t.7. tract.5. res.71. §.1. & seqq. p.365. & 366
Carnibus humanis vesci an sit licitum in obsidione alicujus civitatis, quando alius cibus non adest? t.7. tr.5. r.76. §.1. p.368
Si carnis particulam minimam quis ederet in singulis diebus Quadragesimæ, quamvis à principio Quadragesimæ haberet voluntatem expressam singulis diebus Quadragesimæ id efficiendi, an peccet mortaliter? t.4. tr.6. r.81. §.1. p.244
Carnis circiter dimidiam unciam comedens in die jejunii non peccat mortaliter. t.4. tr.6. r.96. §.3. p.255
In esu carnium dispensatus per Bullam Cruciatæ, an censeatur dispensatus ad jejunandum? t.4. tr.3. r.170. §.1. pag.136
Et in dicto casu an possit simul comedere lacticinia, & pisces? ibid. §.4
In dubio si carnium abstinentia illatura sit notabile nocumentum ægroto, an sit necessaria dispensatio? t.4. tr.6. r.73. & 74. p.240
In carnium esu dispensatus an censeatur dispensatus ad non jejunandum? t.4. tr.6. r.75. §.1. & seqq. p.241
In carnium esu an parvitas materiæ excuset in die jejunii? t.4. tr.6. r.80. §. primo. p.243
Et quænam quantitas materiæ carnium excuset? t.4. tr.6. r.81. §.3. p.244
Qui de carnium esu in mente concepto perinde, ac si eas re ipsa comederet in die Veneris delectetur sensibili delectatione, an peccet mortaliter? t.8. tr.10. res.10. §.1. pag.199
Caro. Vide verb. *Abstinere, Causa, Dies, Experientia, Fœmina, Lactentes, Mediolanenses, Pœnitentia sacramentalis, Prægnantes.* tom.4
Item verb. *Comedentes.* tom.5
Item verb. *Comedere.* tom.6
Item verb. *Carthusianus, Comedere, Recipere.* tom.7
Item verb. *Animal, Carthusianus, Comedere, Coquus, Edere, Parvitas materiæ, Quadragesima, Votum.* tom.8

Carolus Magnus.

Carolus Magnus quantum detulerit Episcopali foro? t.9. tr.2. r.282. §. ult. p.242

Carthusianus.

Carthusiani non elevant sacrum Calicem pro conservatione suarum cæremoniarum. t.3. tr.1. r.102. §.2. p.135
Carthusiani, secluso scandalo, extra mortem, an possint comedere carnes sine peccato mortali? t.7. tr.1. r.204. §.1. & seqq. p.128
Carthusianus in articulo mortis an teneatur edere carnes? Et an peccet Medicus, vel alius Minister qui Carthusiano ægrotanti, & inscio præberet cibos aliquos ex carnibus? t.7. tr.1. r.205. §.1. p.128
Carthusianus an teneatur in periculo mortis abstinere ab esu carnium? t.8. tr.5. r.57. §.3. p.118
Vbi an Medicus, vel alius, qui Carthusiano ægrotanti, & inscio præberet cibos ex carnibus, an peccet?

Castellanus.

Castellanus per Lusitaniam transiens potest more suæ patriæ intestinis vesci diebus Sabbathi, quæ in Lusitania non permittuntur. t.4. tr.3. r.161. §.3. p.131
Et quid è contra? t.4. tr.6. r.48. §.1. & 4. p.225
Vide verb. *Consuetudo, Lex, Præceptum.* tom.4

Castellatum.

Vide verb. *Ecclesia.* tom.7

Castigare.

Vide verb. *Punire.* tom.7

Castitas.

Vide verb. *Adulterium, Amens, Conjux, Corrumpere, Deflorare, Pubertas, Vir, Vis, Votum.* tom.2
Item verb. *Bulla Cruciatæ, Debitum, Conjugale, Obligatio, Parochus, Votum.* tom.3

Item verb. *Animus*, *Certum*, *Dispensare*, *Dubium*, *Promittere*. tom.8
Si de castitate servanda servus emisit votum, an possit Dominus illud irritare? t.7.tr.8.r.56. §.1.& seq. p.452
Pro castitate servanda an possit aliquis excusari ab homicidio ipsius, præsertim in aliquo casu? Et pro praxi dictæ quæstionis specialis, & notabilis casus. t.8.tr.5. r.49. & 50. p.114
Castitatem servare an teneatur infans promotus ad sacros Ordines? t.1. tr.7.r.74. §.7. p.380
Et quid, si ordinatur aliquis ante annos pubertatis? ibidem. §.8
Et quid, si quis ordinetur ante 16. annum, ubi Concilium Trid. est usu receptum? ibid.
Castitatem servare an teneatur ignorans invincibiliter votum castitatis implicitum contineri in receptione Ordinis sacri? ibid. §.9. p.381
Et quid, si cum metu cadenti in constantem virum quis suscipiat Ordinem Sacrum? ibid.§.10. Vbi aliqua alia pro intelligentia dictarum quæstionum.
Dubius an Castitatem independentem à Religione voverit, an teneatur illam servare? tom.8. tr.4. r.26. §.1. & seq. pag.58
Castitatis votum, vel non nubendi factum à proclivi in Venerem, an valeat? t.8. tr.4. r.37. §.1. p.63
Et an tali voto Episcopus dispensare possit, quia tale votum alternativum est? ibid.
Et quid, si votum non obliget præcisè ad materiam revelatam ex voventis electione, sed quia pars distinctionis non reservatæ est impossibilis? ibid. §.2
Castitatis votum, vel Religionis factum ab eo, cui salubrius est matrimonium ob suam incontinentiam, an sit validum? Idem est de vovente non nubendi? t.8. tr.4. r.38. §.1. p.64
Et an talis sine ulla dispensatione possit matrimonium inire? ibid. §.2
In castitatis perpetuæ voto an in casu magnæ necessitatis possit Episcopus dispensare, sed non Regulares? Vbi pro praxi aliqui casus. ibid. §.3

Castra.

Castra relinquere an possit miles sine lethali crimine? tom.7. tract.7. resol.31. §.2. pag.404

Castrare.

Castrando parentes filios pro voce conservanda an peccent mortaliter? t.9 tr.1.r.107. §.4.p.60
Castrare filium an licitum sit Patri, vel alicui Principi, ut cantu possit Ecclesiæ melius deservire? tom.1. tr.7. r.130. §.3. p.408
Castrare filium an possit Pater, consentiente filio, ut voce, & cantu Ecclesiæ deserviat? tom.8. tract.5. r.58. §.1. & seq. p.118
Castrare seipsum non solum licet ad suavitatem vocis conservandam, sed ad vincendas tentationes carnis. tom.8. tr.5. r.60. §.1. p.119
Castrari à Dominis an servi possint ad suavitatem vocis servandam, si ipsi consentiant? tom.7. tract.8.r.66. §.1. pag.455
Ubi an liceat alicui non servo ad vocis suavitatem servandam permittere se castrari, vel parentibus maximè pauperibus liceat ad lucrum comparandum castrare filios suos.
Qui alterum castrat licet non sit irregularis, tamen, qui se ipsum castrat, aut castrari permittit, ex quacumque causa, excepta causa necessitatis ob ægritudinem, ut Eunuchus causa retinendæ vocis, est irregularis. t.5. tr.5. r.66. & 67. p.236. & 237
Et an super hac irregularitate Episcopus dispensare possit? t.5. tr.5. r.68. §.1. p.237
Qui castrat se, aut permittit hoc fieri à Parentibus, ad conservandam, vel procurandam vocis suavitatem, an peccet? t.6. tr.1. r.118. §.16. p.78

Castrum.

Qui in castris reperiuntur etiam si milites non sint, ut Mercatores castra sequentes &c. an gaudeant privilegio testandi jure militari, modo in loco hostili sint. tom.6. tr.8. r.89. §.1. p.439

Casuale homicidium, & voluntarium.

Casuale homicidium quid sit, & quid homicidium voluntarium? t.3. tr.3. r.48. §.1. p.325
Vide verb. *Dispensatio*, *Irregularitas*. tom.3

Casula.

Casula si gemino colore efficiatur ad varios dies festos potest servire ab utraque parte, etiamsi una tantùm consecratione ab Episcopo sacrata esset. tom.2. tr.1. r.167. §.5. pag.98
Ex casula duplicata possunt fieri duæ sine amissione benedictionis, quia utraque pars potest retinere primam formam. t.2. tr.1. r.184. §.4.p. 108

Casus.

In quibus casibus quis committat novum peccatum in confessione explicandum in omissione restitutionis? t.1. tr.7. r.158. per totam. p.419. Vbi notabilia.
In aliquibus casibus an Episcopus censuris, & pœnis possit punire, & castigare Regulares vigore Concilii Trid. & in quibus à sede Apostolica Regulares subjiciuntur illi? Vbi pro praxi 17. casus. tom.7. tr.1.r.44. §.1. & seqq. p.30. & 31.
An solum in casibus à jure expressis Episcopus possit suspendere Regularibus licentiam prædicandi. tom.7.tr.1. r.57. §.1. pag.37
In aliquibus casibus an possint mulieres ingredi claustra virorum Regularium absque metu censurarum? tom.7. tr.1. r.243.244. & seqq. p.154.& seqq.
In illis casibus in quibus præsumptio deficit non obligat lex, quando fundatur in præsumptione. t.7. tr.1.r.308. §.1. ante medium & seqq. p.214. & seqq.
Vt in casibus necessariis Confessarius Regularis Monialium ingrediatur intra septa Monasterii Monialium, an egeat licentia non solum Prælati sui, sed etiam Episcopi. t.7.tr.1.r.347. §.1. p.236
In casibus necessariis absque licentia Episcopi an Prælati Regulares ingredi possint Monasteria suarum Monialium? ibid. §.4. p.237
In casibus exceptuatis an liceat judicibus sæcularibus reponere reos ab Ecclesia extractos in carceribus sæcularibus nomine Episcopi, ut ibi tutius custodiantur? t.9. tr.1.r.117.§. Sed hic insurgit, p.70
Et quid si dederint cautionem de immunitate? ibidem in eodem §.
In multis casibus Clericus coram judice laïco reconveniri non potest. t.9. tr.2. r.73.§.1. p.135
In casibus, quibus cognitio permissa est judici sæculari, an possit facere realem executionem sententiæ à se latæ contra Clericum? t.9. tr.2. r.82. & 83. p.138
In casibus aliquibus an judex laïcus possit capere Clericum, & detinere in carceribus ultra 20. horas? Vbi pro praxi aliqui casus. t.9. tr.2. r.112.113.114. & 115. p.153. & seqq.
Vt in casibus aliquibus Clerici cum licentia Episcopi teneantur contribuere, quando laïcorum facultatem non sufficere censendum sit. t.9. tr.2.r.249.§.1.p.225
In aliquibus casibus an consuetudo possit tribuere jurisdictionem judicibus laïcis in Clericos? t.9. tr.2.r.335. §.1. & seq. p.285
In casu de jure prohibito disputantes de fide, an Inquisitores possint procedere, & punire? t.5.tr.10.r.77.§.1.p.445

De

De casu ad casum non extenditur consuetudo. t.6. tr.2. r.14. §.2. p.112
In casu sess.7. cap.14. Concilij Tridentini an Episcopus possit punire Regulares. tom.7. tract.1. resol.41. §.1. pag.28
Vbi pro praxi hujus difficultatis aliqua notabilia circa Regulares, & etiam Equites Hierosolymitanos delinquentes extra claustra, etiamsi cum notorietate, & scandalo delinquant intra Ecclesiam sui Monasterij. §.5. & seqq. p.28. & 29
In casu hæresis an Vicarius sede vacante possit suspendere Regularibus licentiam prædicandi. t.7.tr.1.r.63.§.1. pag.41
In casu aliquo an possint superiores Regulares uti scientia, & notitia habita in confessione subditorum, non obstante Decreto Clement.VIII. & an dictum Decretum obliget ad mortale. tom.7. tr.1. res.213. & 214. p.133. & 134
In casu aliquo particulari cessante fine legis an cesset lex pro illo tunc, & pro illo casu. tom.7. tr.1.r.307. §.1. in fine. p.214
Si in casu aliquo speciali Religiosus largiendo munera, nec dissiparet bona Religionis, nec tale donum fuerit ambitionis occasio, an incidat in pœnas Bullæ Clem. VIII. de largitione munerum? tom.7. tract.3. r.33.§.1. pag.263
In casu extremæ necessitatis proximi an non solum Prælatus, sed etiam privatus teneatur pœnitere de suo peccato, quando ob peccatum ineptus efficitur ad correctionem proximi? tom.7. tractat.4. resolut. 33. §.5. pag.199
In casu aliquo an Clerici sine licentia Episcopi, & Episcopus sine licentia Pontificis possint bello assistere sine peccato. t.7. tr.7. r.61. §.1. p.424
In casu æqualis necessitatis an servi possint alimenta præstare sibi potius, quàm Dominis ministrare. t.7. tr.8. res.46. §.1. p.448
Et quid si daretur casus, in quo salus, & vita Domini esset Christiano populo, vel alicui Reipub. necessaria, & salus, & vita servi minime. ibid. §.4. p.449
In aliquo casu particulari an consuetudo possit tribuere jurisdictionem judici laïco adversus Ecclesiasticam libertatem? t.9. tr.2. r.11. §.1. p.102
In aliquo casu an Clerici teneantur ferre subsidium pro communi mista Reipublicæ utilitate, inconsulto Pontifice. t.9. tr.2. r.337. §.1. p.289
Quando casu, & non data opera Cardinalis incidit in reum, liberandus est reus, & sine juramento credendum est Cardinali. t.9. tr.7. r.75. §.1. p.402
Quando omni casui fortuito conductor renunciavit, an ob sterilitatem agri fortuitatem sit aliquid remittendum agricolæ de pensione agri. tom.6. tr.3. r.122.§.2. pag.183
Et quid in foro judiciali, & quid in foro conscientiæ. ibidem.
Casum fortuitum in se recepisse intelligatur qui periculum alicujus rei in se recipit? tom.6. tr.3. r.124.§.1.& seqq. pag.185
Ad casum alium an sit extendenda lex pœnalis? Ubi, quod in his, quæ per rationem legis comprehenduntur, non dicitur fieri interpretatio extensiva, sed comprehensiva. t.9. tr.7. r.95. §.4. p.411
Quando casus est talis, quod pœnitens tenetur consentire in revelatione sigilli confessionis, & non consentit, quid facere debeat Confessarius? Vt si verbi gratia, pœnitens confitetur in quadam domo adesse conventicula hæreticorum, &c. tom.1. tract.8. resol.26. §.1. pag.437
Ad casus alios an lex pœnalis sit extendenda ex identitate rationis. tom.6. tr.1. res.79. §.1. & sequentibus. pag.56
Extra casus expressos in textu hujus resolutionis, judices de complicibus interrogantes reos an lethaliter peccent. t.6. tr.1. r.99. §.2. p.65
Vbi quod Confessarius potest obligare reos ad respondendum in casibus tantùm expressis in textu dictæ resolutionis. §.2
Et ibi absolutè docetur, quod in omnibus casibus non esse complices revelandos, quando quis cognovit correctos emendandos esse, vel si probabiliter cognoscat emendandos iri per solam correctionem fraternam.
Casus fortuitos in se recipiens, vel eis generaliter renuncians, an de insolitis etiam sentire intelligatur. tom.6. tr.3. r.123. §.1. & seqq. p.184
An sit casus misti fori quoad judices in executione legati non pij, sed prophani? Et quid quoad legata pia. t.6. tr.9. r.49. & 52. p.478. & 479
Aliqui casus enumerantur, in quibus laborantes ignorantia non sunt admonendi à Confessariis, & aliis, si spes correctionis absit. t.7. tr.4. r.68. §.4. & seqq. p.322. & r.69. §.1. p.323
Septem casus demonstrantur, pro quibus licitum est inferre bellum infidelibus. tom.7. tract.7. res.16. §. ultim. pag.392
Quatuor casus proponuntur, in quibus ipsum jus naturale dictat, quod Clerici pugnare possint absque Pontificis licentia. t.7. tr.7.r.56. §.1. p.421
Casus in quibus licitum est Clericis in bello pugnare, & occidentes non esse irregulares demonstrantur. tom.7. tr.7. r.60. §.1. p.423
Sex casus in quibus servus potest dominium habere, & de facto habet. tom.7. tract.8. resol.29. §.2. & seqq. pag.441. & in resolut.31. & 32. ubi latè pag.443. & 444
Casus aliqui reprobantur, in quibus homo non tenetur exponere propriam vitam pro salute spirituali proximi, & alij casus proponuntur, in quibus tenetur. t.8. tr.10. r.2. & 3. p.196. & 197
An casus aliqui sint, in quibus Principes sæculares possint pœnis coërcere Clericos. tom.9. tract.2. res.110. §.1. pag.153
Vbi, quod si Papa faceret aliqua mandata in destructionem Ecclesiæ, an possit Princeps sæcularis facto, & vi resistere illis, & impedire executionem talium mandatorum.

Casus Reservatus.

A casibus omnibus an possit absolvi à quocumque Sacerdote non solùm existentes in articulo mortis, sed etiam in periculo. tom.1. tractat.4. resolut. 39. §.1. pag.246
Pro casibus plurimis reservatis, & eorum absolutione in tomo primo lege omnes 69. Resolut. tractat.5. de Reservatis, quæ plenæ sunt quæstionibus pro supradictis.
In casibus Papalibus, quos potest absolvere, & dispensare Episcopus ratione alicujus impedimenti, an Vicarius Episcopi ex generali commissione habeat potestatem illos absolvendi, & dispensandi. tom.3. tr.3. r.4. §.1. pag.298
In casibus reservatis Papæ per novas constitutiones post Concilium Tridentinum an Episcopus absolvere possit. t.3. tr.3.r.27. §.2. p.312
Vt à casibus Episcopo reservatis absolvant, an Pœnitentiarios Capitulum sede vacante deputare possit. tom.3. tr.5. r.31. §.4. p.395
A casibus reservatis absolvi an possit, qui noluit lucrari Iubilæum, si in secunda hebdomada die sabbathi mutat propositum, an lucrari possit Iubilæum. tom.4. tr.4. r.38. §.1. p.158
In casibus reservatis potest superior dispensare secum quidquid cum subditis dispensare valet. t.4. tr.6. r.3. §.2. p.202
A casibus contentis in edicto DD. Inquisitorum absolvere an

an possint Regulares virtute suorum privilegiorum excepta hæresi ? t. 5. tr. 8. r. 33. §. 1. p. 369
In casibus reservatis, utpote pœnalibus stricta est facienda interpretatio, ideo concubitus cum femina in vase præpostero non est casus reservatus peccati nefandi. t. 5. tr. 9. r. 35. §. 1. p. 392
A casibus locorum Ordinariis reservatis an Regulares possint absolvere familiares suos actu servientes, & in Monasteriis commorantes ? t. 7. tr. 1. r. 88. §. 5. p. 64
A casibus Episcopo reservatis an possit absolvi, qui de proximo vult ingredi Religionem per Confessarium illius Religionis ? t. 7. tr. 1. r. 108. §. 1. p. 79
A casibus Papalibus, à quibus Episcopus absolvit, ratione necessitatis, vel impotentiæ adeundi Pontificem, an Regulares absolvere possint virtute suorum privilegiorum ? t. 7. tr. 1. r. 267. §. 1. p. 176
A quinque casibus Papalibus exceptis in decreto Clement. VIII. & Urbani VIII. ac etiam à casibus Episcopo reservatis an Regulares absolvere possint ex confirmatione suorum privilegiorum ? t. 7. tr. 1. r. 268. §. 1. & seqq. p. 177. & 178
A casibus reservatis Episcopo de jure communi an Regulares absolvere possint post decretum Urbani VIII. die 27. Novemb. 1628. t. 7. tr. 1. r. 270. 271. & seqq. p. 179. & seqq.
Et an decretum super absolutione à casibus reservatis deroget privilegiis Confessariorum commorantium in hoc Regno Siciliæ, & Sardiniæ ? t. 7. tr. 1. r. 273. §. 1. & seqq. p. 183
A casibus Bullæ in Cœna Domini an Prælati Regulares suos subditos absolvere possint ? t. 7. tr. 1. res. 299. §. 1. & seqq. p. 207
Casibus reservatis Moniales Ordinario subjectæ an subjaceant, quod ipse Ordinarius generaliter reservat pro sua Diœcesi, etiamsi de his Monialibus non fiat expressa mentio in edicto reservationis ? t. 7. tr. 1. r. 317. §. 3. pag. 221
Si à casibus omnibus Bullæ Cœnæ absolutionem in aliquo Jubilæo Summus Pontifex concederet, hæresim tamen non excludendo, an videatur utique illam concedere. t. 9. tract. 7. res. 112. §. 1. p. 424. & in res. 118. §. 1. pag. 430
A casibus Pontifici reservatis an possit Episcopus absolvere extra Diœcesim ? t. 9. tr. 7. r. 115. §. 2. p. 426
A casibus Papalibus impeditus adire Pontificem, an possit ab Episcopo absolvi ? Et quid in casu hæresis ? t. 9. tr. 7. r. 117. §. 9. p. 428
Et an impeditus adire Pontificem possit absolvi à quocumque Confessario, etiam in casu hæresis ? ibidem §. 10. p. 429
Et quid, si impeditus sit etiam adire Episcopum, præsertim in casu hæresis ? t. 9. tr. 7. r. 118. §. 3. p. 430
A casibus Episcopo reservatis an Regulares possint hodie absolvere, non obstantibus decretis Clement. VIII. & Urbani VIII. t. 9. tr. 7. r. 121. §. 1. p. 433
A casibus omnibus reservatis omnes parturientes possunt absolvi, & proficiscentes ad bellum, tanquam constituti in periculo mortis à quocumque sacerdote, etiam non approbato. t. 9. tr. 7. r. 126. §. 2. p. 439
In casu reservato incestus non comprehenduntur committentes se impuberes, & alii cum consanguineis, vel affinibus in primo, secundo, tertio, & quarto gradu. t. 1. tr. 7. r. 137. §. 3. p. 411
A casu Episcopali abortus reservato an excusetur, qui ne liberos suscipiat, vel alia de causa, puta ex odio, mulieri potionem præstet, quo minus concipiat ? t. 5. tr. 6. r. 33. §. 2. p. 298
In casu aliquo an possit Episcopus absolvere censuram Pii IV. & Greg. XV. incursam propter collocutiones, & scriptiones vetitas tempore Conclavis ? Et pro praxi curiosus casus in §. 1. hujus resolut. t. 9. tract. 7. res. 117. p. 428
In casum aliquem absolutionis, vel privationis ipso facto Prioratus superior alicujus Religionis incidens, etiamsi palam constet de crimine, non incurrit in dictam pœnam donec per superiorem declaretur, & consequenter tuta conscientia in eo manere potest, nec licet subditis illum expellere à gubernatione. t. 1. tr. 5. res. 63. §. ult. post med. vers. Item Sexto. p. 303
In casum reservatum homicidii an incidat morte sequuta, qui propinato jam alteri veneno confitetur illud antequam mors sequatur ? t. 5. tr. 1. r. 10. §. 5. p. 8
In casum reservatum homicidii an incidat, qui dedit consilium ad homicidium facere, licet ex illo consilio libentius, & citius homicidium commiserit ? t. 5. tract. 1. r. 107. §. 6. in fine. p. 259
In casum Episcopalem reservatum an inciderit, qui procuravit abortum fœtus animati, si effectus non sequatur ? t. 5. tr. 6. r. 26. §. 2. p. 295
Et quid de illo, qui approbat abortum jam factum, etiam suo nomine ? t. 5. tr. 6. r. 29. §. 1. p. 296
In casum reservatum an incidat mulier, cui insciæ, & ignoranti amator medicamentum, & potionem tribuerit, ut abortus sequeretur, etiamsi post sumptionem potionis rem illi amator aperiret, & ipsa facto gauderet, atque illud ratum habeat ? ibid.
Idem est etiamsi postquam fuisset monita de procuratione abortus, illum nollet impedire, cum tamen posset. ibid. §. 2
In casum reservatum ab Episcopo an quis incidat, si illum committat in loco exempto intra Diœcesim ipsius Episcopi ? t. 6. tr. 1. r. 48. prope fin. p. 36
In casum reservatum Clem. VIII. an incidat Religiosus tactibus alium polluens ? t. 7. tr. 1. r. 115. § 1. p. 83
In casum reservatum incurrit Religiosus patiens copulam sodomiticam cum seminis emissione, quamvis ipse non seminaret. t. 7. tr. 1. r. 115. §. 6. ibid.
In casum reservatum Clem. VIII. an incurrat Religiosus furans aliquid notabile ad usum fratris particularis, vel alicujus sæcularis ? t. 7. tr. 3. r. 42. §. 1. p. 267
Casus. Vide verb. *Reservatus casus, Peccata.* tom. 1
Casus Papales, quos potest absolvere, & dispensare Episcopus ratione alicujus impedimenti, an possint Regulares absolvere, & dispensare virtute suorum privilegiorum ? t. 3. tr. 3. r. 4. §. 3. p. 298
Et quid vigore Cruciatæ ? ibid. §. 6
Casus occulti quinam dicantur in quibus Episcopus vigore Concilii Trid. sess. 24. c. 6. potest dispensare ? t. 3. tr. 3. r. 19. §. 4. p. 308
Casus. Vide verb. *Absolvere, Reservatus casus.* tom. 3
Casus Episcopales si quis per Cruciatam, vel Jubilæum fictè, & sine dolore confitetur, an possit postea absolvi à quocumque Confessario ? t. 4. tr. 3. r. 50. §. 3. p. 90
Et quid de supradictis casibus oblitis in prædicta confessione facta irritè, & invalidè ? t. 4. tract. 3. res. 51. §. 1. ibid.
Casus. Vide verb. *Absolvere, Absolutio excommunicationis, Reservatus casus,* tom. 4
Casus abortus non est amplius Papalis, sed Episcopalis. t. 5. tr. 6. r. 6. §. 2. p. 286
Casus propinantis remedia sterilitatis mulieri, vel viro, ut impotens fiat ad generandum, quomodo hodie damnetur. t. 5. tr. 6. r. 31. §. 1. & 2. p. 297
Sex casus demonstrantur, in quibus Regulares virtute suorum privilegiorum absolvere sæculares minimè possunt nisi in articulo mortis. t. 5. tract. 8. resolut. 39. §. 5. pag. 374
Casus. Vide *Bulla Cœnæ, Bulla Cruciatæ, Cessare, Reservatio.* tom. 5
Item verb. *Cessare, Dubium.* tom. 6
Casus in decreto Clem. VIII. contentos an superiores Regulares authoritate propria reservare possint, vel opus sit hoc facere cum consensu Capituli ? t. 7. tr. 1. r. 113. §. 1. & seqq. p. 82

Casus reservatus an sit lapsus carnis voluntarius opere consummatus, quando non fuerit perfectè consummatus cum seminis emissione? tom.7. tract.1. r.115. §.5. pag.83
Idem est de copula sodomitica. ibid. §.6
Casus reservati an desinant esse tales, si superior Regularis reservans munere suo functus fuerit? tom.7. tr.1. resol.119. §.1. p.84
Et quid in nostra Clericorum Regularium Religione? ibid. §.2. p.85
Casus reservare circa clausuram in ordine ad Moniales exemptas, an Episcopus possit? tom.7.tract.1. r.317. §.1. pag.221
Et in dicto casu controversionis an sint absolvendæ ab Ordinario, vel à Prælato Regulari? ibid.
Casus reservare an Prælatus Regularis possit pro Monialibus sibi subjectis, neque sit opus, ut Prælatus id faciat cum Capitulo, cum Moniales Capitulum non habeant? ibid. §.4
Casus reservati ab Episcopo, vel reservati à Prælatis Regularibus an comprehendant sorores tertiarias, vulgo dictas *Bizochas*, tom.7. tract.1. tes.351. §.2. & seqq. pag.240
Ad alios casus similes exceptos in Bulla Clem. VIII. de largitione munerum Religiosorum, an prædicta Bulla extendatur. t.7. tr.3.r.11.§.2.& seqq.p.253
Casus, Vide verb. *Absolvere*, *Appellatio*, *Reservatum*, *Vicarius*, *Ecclesiasticus*. tom.7
Item verb. *Bellua*. tom.8
Casus Regni Galliarum, quos privilegiatos appellant an Bulla Cœnæ tollat? Et quid de privilegio Monarchiæ Regni Siciliæ? t.9. tr.2. r.6. §.1. p.100
Casus hæresis non comprehenditur in concessione Jubilæi, etiam anni sancti concedente facultatem absolvendi à casibus Bullæ Cœnæ. tom.9. tract.7. r.118. §.2. pag.430
Casus Papales occulti an vigore Concilii Trid. desinant esse Papales, & efficiantur Episcopales, ex quibus Regulares absolvere possint toties, quoties? tom.9. tr.7. r.121. §.8. p.434

Casus occurr. temp. Mortis.

Super *his* verbis in tomo octavo ex tr.8. De casibus occurrentibus tempore mortis lege omnes ejus quæstiones.
Vide etiam verb. *Articulus*, *mortis*, *Mors*. tom.8

Catapulta.

Vide verb. *Vendens*. tom.8

Cathalonia.

Vide verb. *Iuramentum*, *Ordinatio*, *Regnum*. tom.9

Cathecumenus.

Cathecumenis mortuis sine Baptismo, an possint applicari Indulgentiæ per modum suffragii? tom.4. tract.5. r.39. §.1. p.199
Et an non solum pro Cathecumenis mortuis, sed etiam pro vivis? Idem est Sacrificii Missæ. ibid. §.2
Si Cathecumenus baptizet, aut teneat aliquem in Baptismo, vel Confirmatione, an contrahat cum illo, & parentibus ejus cognationem spiritualem. t.1. tr.1. r.95. §.4. pag.61
Cathecumenus, Vide verb. *Sacrificium*. tom.2
Item, verb. *Anima*. tom.4

Cathedra.

Pro redimendis vexationibus ad Cathedras, aliqua contingentia sæpius in praxi. tom.5. tract.7. r.42. §.3. ad medium. pag.339
Vide verb. *Ius*. tom.7

Item verb. *Dignior*, *Electores*, *Impedire*. tom.7

Cathedralis Ecclesia.

Vide verb. *Advena*, *Ecclesia*, *Peregrinus*, *Seculares*. tom.2
Item verb. *Ecclesia*, tom.8

Catholicus.

Catholici Matrimonium cum hæretico an sit licitum cum periculo perversionis, quando tamen ex magna aliqua causa contrahitur? t.2. tr.6. r.119. §.1. p.403
Catholici habitantes in terris hæreticorum an præceptis Ecclesiæ teneantur? t.6. tr.1. r.49. §.1. p.57
Ut Catholici possint habitare in terris Hæreticorum aliqua requiruntur. t.9. tr.13. r.9. §.4. p.480
Catholicus, Vide verb. *Caro*. tom.7
Item verb. *Convictus*. tom.9

Caupones.

Caupones proponentes cœnam omnibus indifferenter in die jejunii, an peccent mortaliter? tom.4. tr.6. r.127. §.1. pag.274
Et quid quando dubitant, vel credunt alterum à jejunio non excusari? ibid. §.2
Caupones Vide verb. *Compositionis Bulla*. tom.4
Caupones ex quanam culpa teneantur, si res apud ipsos deposita pereat? t.6. tr.3. r.142. §.1. p.193
Caupones, Vide verb. *Filius*. tom.6
Caupones an possint vendere, & ministrare indifferentia omnibus sine peccato? tom.7. tract.5. resol.67. §.3. pag.364
Cauponibus an liceat ministrare cibos soluturis jejunium? t.7. tr.5. r.73.§. Item licitum. p.367

Causa.

Sine causa confirmare infantes ante septennium & usum rationis an sit prohibitum? t.1. tr.2. r.13. §.1. & seq. pag.77. & seq.
Sine causa aliqua justa an sit peccatum mortale confirmare infantes ante septennium, & usum rationis? tom.1. tr.2. r.14. §.2. p.78
Et quid de filiis Principum, vel si periculum mortis infantibus immineat? t.1.tr.2.r.15.§.1. ibid.
Sine causa an revocari possit ad libitum licentia data ab Episcopo sine examine ad audiendas confessiones? t.1. tr.3. r.3. §.2. p.86
Sine causa justa revocatio facta Sacerdotibus sæcularibus non audiendi amplius confessiones an sit nulla? tom.1. tr.3. r.6. §.1. p.87
Et quid de Regularibus in dicto casu? ibid.
Sine causa an Sacerdotes sæculares approbati ab eodem Episcopo possint iterum ad examen vocari, sed non reprobari? ibid.
Ex causa confessionem, & communionem quis differre potest usque ad Pentecostem. tom.1. tr 3. r.52. §.3. pag.123
Qui ex causa justa aliqua in confessione tacet aliquod peccatum, an teneatur statim alteri confiteri, vel possit illud dimittere usque ad confessionem anni sequentis? tom.1. tr.3.r.58. §.1. & seqq. p.126
Ubi quod peccata, quæ ex causa rationabili tacemus in confessione, sat est, ut detestemur attritione sicut ea, quæ in confessione explicantur. ibid. §.4
Qui ex causa justa non debet aperire in confessione peccata mortalia, quæ habet, an teneatur confiteri venialia, ut impleat præceptum annuæ confessionis? tom.1. tr.3.r.61. §.1. & seq. p.128
Qui ex causa justa tacet peccatum in confessione an teneatur ad perfectam illius contritionem? tom.1. tr.3. res.63. §.4. p.129
Causa sufficiens ad celebrandum sine confessione an sit jus stipis ad sustentationem præcisè sumptum? tom.1.

tract.3. resol.157. §.5. p.195. Aliquid in principio, & ante medium.
Causa legis cessante, & causa finali, an cesset etiam lex, & an hoc etiam locum habeat in legibus, & statutis? t.1. tr.5. r.45. §.1. p.293
Ex causa justa, & ex voluntate confessarii, an pœnitentia possit per alium impleri, & suum effectum ex opere operato in eo pro quo impletur sortiri? tom.1. tract.6. r.11. §.3. pag.314
An percutiens Monachum, aut Novitium titulo correctionis incidat in censuram, si in Religione adsit statutum, ne Prælati causa correctionis percutiant Monachos? Et quid, si Submagister corrigat contra prohibitionem Magistri principalis? tom. 5. tractat. 2. res. 12. p. 130
An Magister percutiens Clericum discipulum per laïcum incidat in censuram? tom. 5. tractat. 2. resolut. 13. pag. 130
An percutientes Clericum titulo correctionis incidant in censuram? t. 5. tr. 2. r. 14. p. 130
Et quid, si excedant modum, vel corrigant ex odio? an incurrant hanc censuram? ibidem. §. 3. & 4. pag. 131

Et in textu hujus resolutionis explanantur diversæ personæ, quæ hanc correctionem facere possunt sine censuræ incursione.

An Pater correctionis causa possit percutere filium Clericum in sacris constitutum absque metu censuræ? Et quid in prædicto casu de Clericis inferioribus gradibus, sive Ordinibus constitutis? tom. 5. tractat. 2. res. 15. p. 131

Et notatur hoc locum habere in avo, si talis Clericus est in ejus potestate. Et quid de Matre? ibid. §. ultimo. pag. 132

An si quis percutiat Clericum turpiter agentem cum filia illegitima incidat in censuram? Et quid de filia adoptiva? Et etiam de matre, sorore, & uxore agitur in prædicto casu, & non solum in actibus proximis ut osculis, amplexibus, & similibus, sed etiam in colloquio suspecto, & secreto? Imò hoc procedit, si Clericus puerum infestet pro nefanda libidine. tom. 5. tractat. 2. resolution. 16. & in multis aliis ejus not. pag. 132

An si quis percutiat Clericum turpiter agentem cum sua sponsa de futuro, incidat in censuram? t. 5. tr. 2. r. 17. §. 2. & in aliis ejus not. p. 132

Et in §. 1. hujus resolutionis apponuntur omnes personæ, cum quibus, si Clericus turpiter ageret, & percussus fuerit, percutiens non incidit in censuram, & non solum si turpiter in actu fornicationis inveniatur Clericus, sed etiam si inveniatur vacans amplexibus, osculis, aliisque tactibus turpibus, quinimo in loco suspecto.

Et quid si in loco honesto Clericum loquentem cum uxore, &c. post trinam monitionem reperit maritus domi cum uxore solum loquentem, si per 24. horas captivum detineat, aut verberet? ibidem. §. ultimo. pag. 133

Et in supradictis casibus an percussio Clerici incontinenti præstanda sit? ibid. §. 4

Et an Patri, filio, fratri, marito, &c. volenti interficere Clericum in flagranti repertum liceat alicui absque incursione excommun. quando alia via non potest illum avertere, consulere percussionem tantum, vel mutilationem? ibidem. §. 5. & in multis aliis ejus notationum.

Et notatur supradictos non posse per alios percutere Clericum turpiter agentem cum uxore, filia, sorore, &c. nam in tali casu tam mandans, quam percutiens mandatarius incurrerent in excomm. ibid. §. 6

An incurrat censuram maritus, si data opera se abscondat, ut Clericum adulterum inveniat cum uxore, & illum occidat, aut percutiat? tom. 5. tract. 2. res. 18. pag. 134

Et quis possit percutere Clericum turpiter inventum cum avia, aut nepte? ibidem. §. 2. post medium. versic. Deinde.

Et advertitur, quod si maritus procuraverit, ut Clericus vocetur ab uxore ad illam turpem actionem, & sic eum percuteret, incurreret uterque, scilicet tam uxor, quam maritus excommun. ibid. ante medium dicti §. vers. quæst.

Et tandem quæritur, an adjuvantes, seu associantes supradictum Patrem, filium, fratrem, &c. vel maritum in prædicta percussione, incidant in excomm. ibidem. §. ultimo.

An mulier Nobilis, quæ fuste, vel alapa percussit Clericum ad venerem sollicitantem, incideret in censuram? Et quid, si Clericus verbis tantum eam tentaret, vel aggrederetur? t. 5. tract. 2. res. 19. & in aliis ejus not. pag. 133

Idem est in prædicto casu de puero sollicitato à Clerico cum peccato nefando. ibid. §. 3. ad lin. 9. vers. Quod adolescens, & in aliis ejus not. p. 135

An percutiens Clericum, qui post inflictum fustem, alapam, &c. fugit, incidat in censuram? t. 5. tr. 2. r. 20. pag. 135

An percutiens, vel occidens Clericum aggressorem, si possit fugere incidat in censuram? Et an hoc intelligatur, tam de viro Nobili, quam de viro infimæ notæ, vel de Clerico, aut Monacho? t. 5. tr. 2. r. 21. p. 136

Et an si aliquis extraneus, vel propinquus consulat Patri, filio, fratri, aut marito occisionem Clerici in flagranti reperiendi, vel injustè invadentis, an sequuto homicidio in personam ipsius Clerici, talis consulens incidat in excomm. ibid. ante fin. à vers. Pone.

An percutiens Clericum in defensionem alterius incidat in censuram? t. 5. tract. 2. resolut. 22. §. 1. & 2. pag. 137

Et supponitur percutientem Clericum in sui defensionem non incurrere in censuram, quod intellige incontinenti, cum moderamine inculpatæ tutelæ, quamvis scienter, & deliberate operetur; secus vero si moderamen legitimæ defensionis transgressurus fuerit. Et docetur, quod prudentis viri arbitrio relinquitur, in quo consistat dictum moderamen. ibid. §. 1. & 3

Qui violenter expellit à domo Clericum injustè illam occupantem in censuram hanc non incidit. Nec si violenter expellas Clericum tibi honorificam sedem occupantem. Nec si Clericum bona tua furantem insequeris & ab eo violenter extrahas. Et quid, si res furatas domi haberet, depositas, easque pacifice possideret? Fugientem debitorem Clericum, aut de fuga suspectum detinere poteris, ut superiori præsentes, debitumque recuperes. Idem est dicendum, si in flagranti delicto, vel in ejus probabili suspicione judex sæcularis Clericum inveniat. Et tandem explanatur in quibus casibus consistat excessus moderamine defensionis. ibid. §. 3. per tot.

An qui tantum ex charitate tenetur impedire percussionem faciendam Clerico, si non impediat, incurrat in censuram? Et quid, si dolosè non impediat talem percussionem, cum posset obviare sine periculo, & damno? Et quid est dicendum, si non obstet propter odium, & pravum affectum, licet peccaret mortaliter? tom. 5. tr. 2. r. 23. p. 138

Et quinam ex justitia teneatur obstare percussioni Clericorum? ibid. §. 4

Et notatur, quod ut non impediendo percussionem Clerici incidant in censuram, quatuor copulative debent concurrere. ibid. §. 5

An Helvetii arcentes turbam, dum Pontifex, vel alius Princeps egreditur, si percutiant Clericum, incidant in censuram? Et quid tamen, si id facerent, animo maligno, ex proposito, scilicet intendens Clericum verberare, sine sufficiente necessitate? t. 5. tr. 2. r. 24. pag. 139

An percutientes Clericum ex ignorantia incurrant in censuram? Et quid, si ignorantia sit invincibilis; & quid si vincibilis? t. 5. tr. 2. res. 25. & in plurimis aliis ejus not. p. 139

Sed major difficultas est de ignorantia crassa, seu supina, & affectata, licet ignorantia affectata procedat ex dolo & temeritate. ibid. §. 3

Difficultas adhuc superest de ignorantia concomitante, sive juris, sive facti. ibid. §. 4

Et in textu hujus resolutionis adducuntur alii diversi casus in exemplum supradictarum quæstionum.

An mandantes, consulentes, seu precibus, & promissis incitantes, consentientes, & ratum habentes, & auxilium præbentes ad percutiendum Clericum, incidant in censuram? t. 5. tr. 2. r. 26. p. 140

Et quid est dicendum, si mandatum non sit expressum, sed tacitum? Et utrum vero mandans incurrat censuram, si mandatarius excesserit fines mandati, ut quia mandavit tantum verberare Clericum, & mandatarius vulneravit? Et quid, si mandaret, ut tantum inferatur Clerico

Clerico injuria verbalis, & mandatarius excesserit faciendo illi injuriam personalem? ibid. §. 2

Et nota ur, quod licet si aliquis non mandet, vel consulat percussionem Clerici expresse, dicit tamen coram suis amicis, vel familiaribus se desiderare vindictam de tali Clerico, si postea sui moti his verbis percutiant, iste incurrit censuram, unde ut iste sit liber ab excommun. debet affirmare se non dicere eo animo, ut percutiant, & quod non desideret, ut ipsi percutiant. ibid. §. 3. p. 141

Etiamque advertitur ratam habentem percussionem Clerici, etiam post factum incurrere censuram Canonis, ad quod requiruntur tria, quæ explanantur in §. ult. hujus res. ibid. §. ult.

Qui consuluit homicidium cujusdam Clerici, sed postea serio consilium revocavit, quæritur, an ex homicidio sequuto incurrerit excommunicationem, irregularitatem, & obligationem restituendi? tom. 5. tract. 2. resolut. 27. & in plurimis aliis ejus notationum. p. 141

Et quid est dicendum de illo, qui propinato veneno Clericum occidit, tametsi diligentiam adhibuerit ad damnum impediendum? t. 5. tr. 2. r. 28. §. 2. ad lin. 12. vers. Sicuti. p. 141

An mandantes, & consulentes percussionem Clerici, si ante percussionem pœniteant, & conterantur, incidant in censuram? Et supponitur non posse revocare mandatum, nec consilium. tom. 5. tract. 2. resolut. 29. pag. 142

An excommunicatio incurratur ab illo, qui postquam mandavit, moritur, antequam percutiatur Clericus? ibid. sub fin. p. 143

Et in conclusionem supradictæ primæ difficultatis aliquæ aliæ adducuntur in exemplum, in textu hujus resolutionis.

An furans cingulum, vel aliam vestem Clerico dormienti incidat in censuram? Et quid, si vestes è domo Clerici auferat latro, aut pecuniam ex crumena ab eo gestata arripuerit subdole, & sine vi? t. 5. tr. 2. r. 30. pag. 143

An si quis capiat Clericum, vel Monachum per capillos, seu barbam, aut caputium dicens, *si non esses Clericus, vel Religiosus, te occiderem*, vel *percuterem* incidat in censuram? t. 5. tr. 2. r. 31. p. 144

Et notatur Cleticum indignatum elevando manum contra alium Clericum rejicientem illum aliquantisper de loco, in quo morabatur, non incidisse in censuram. ibid. in fine res.

An si quis porrigeret venenum Clerico incidat in censuram? Et quid de Moniali sumente venenum, ut fœtus moriatur? t. 5. tr. 2. r. 32. p. 144

Et notatur propinantem venenum Clerico in censuram non incurrere, antequam venenum operari incipiat. Unde quæritur, an si talis isto medio tempore confiteretur, vel eliceret actum contritionis, incideretne postea, veneno operante, in censuram? ibidem. §. ult. pag. 145

Et in §. 1. hujus resol. multi, & diversi casus explanantur pro incursione censuræ in illis, qui reducuntur ad percussionem injuriosam Clerici.

An percutientes Clericum mortuum incidant in censuram? t. 5. t. 2. r. 33. p. 145

An percutiens Clericum per jocum, si aliquantulum excedat, incurrat in censuram? t. 5. tract. 2. resol. 34. pag. 145

An qui intendit percutere Caium Clericum, & facta diligentia percussit Titium Clericum, incidat in censuram? t. 5. tr. 2. resol. 35. & in aliis ejus notationum. pag. 146

Et in exemplum adducitur, quod projiciens lapidem, ut percuteret Sempronium Clericum, & casu inculpabiliter percussit Titium etiam Clericum illuc tunc transmeantem, is enim non incidit in censuram, nec inde morte sequuta, contraxit irregularitatem. ibidem.

Et quod, si percuteret laïcum in eo casu, non incideret in censuram, quamvis intentio fuerit percutiendi Clericum. Et quod mandans occidere Petrum, si mandatarius occidat Joannem, non incurrit mandans irregularitatem ortam ex homicidio voluntario. ibid. in fine.

An percutiens Clericum in sacris Ordinibus initiatum, cum quo fuit dispensatum à Pontifice, ut possit contrahere matrimonium antequam illum contrahat, an illum percutientes incidant in censuram? t. 5. tract. 2. res. 36. p. 146

An qui percutit Clericum incorrigibilem incidat in censuram? Et an talis Clericus amittat privilegium fori? t. 5. tr. 2. r. 37. p. 147

Et notatur, quod excluduntur ab hoc privilegio Canonis Clerici Jaculatores, Goliardæ, aut Bufones, si per annum huic ignominioso Officio vacaverint. Etiamque excluduntur exercentes Officium Carnificum, Macellariorum, Tabernariorum, modo conjugati sint, vel habitum Clericalem dimiserint. Et si conjugati non sint, habitumque Clericalem retineant privilegio Canonis, & fori quoad personas non privantur, sed solum quoad eorum bona. ibid. §. 3. per totum.

An percutiens Clericum realiter degradatum incidat in censuram? tomo quinto, tractatu 2. resolut. 38. pag. 148

An percutiens Apostatam incidat in censuram? Et quid, si dimiserit habitum suæ Religionis, & Ecclesiasticum, & percutiens sciat esse Apostatam? t. 5. tr. 2. r. 39. p. 148

Et an Novitius, si maneat extra Conventum cum habitu suæ Religionis, & licentia Superioris, etiamsi illicitè, & absque justa causa fuit dicto Novitio à Superiore concessa præfata licentia, gaudeat privilegio Canonis. ibid. §. 1. ad med.

Et notatur, quod non solum conversi laïci, oblati, seu donati, qui veram professionem amittunt, sed etiam ji, qui se, suaque Monasterio tradiderunt, habitu aliquantulum mutato gaudent privilegio Canonis. ibidem. §. 2

Et quid est dicendum de percutiente manifeste Clericum hæreticum, an in censuram incurrat, etiamsi non traditus sit brachio sæculari? ibid. §. ult.

An percutientes Clericum damnatum ad triremes incidant in censuram? t. 5. tr. 2. r. 40. p. 149

Et docetur, quod in hoc casu, quando comes, vel Magister triremis percutit Clericum sicut alios remigantes non incurrit excomm. secus vero si ille, vel alius rixando cum illo, percutit illum. ibid.

Et quid, si prædictus Clericus damnatus ad triremes sit incorrigibilis? ibidem ante medium dictæ resolut. ad vers. Verum.

An percutiens Clericum constitutum in Minoribus, si non incedat in habitu, & Tonsura, & habeat beneficium, & non observet requisita Concil. Trid. sess. 23. cap. 6. de Reform. incidat in censuram Canonis? t. 5. tr. 2. r. 41. & in aliis ejus not. p. 149

Et notatur, quod excluduntur ab hoc privilegio Canonis, qui deserto habitu Clericali, gravibus criminibus se immiscent, inverecunde, quod à fortiori procedit, si in crimen assassinii inciderint. Et quid de Clericis excommunicatis, suspensis, interdictis, vel depositis verbaliter tantum, aut irregularibus, an prædicti gaudeant privilegio Canonis? Et quid de Clericis hæreticis, & schismaticis? t. 5. tr. 2. r. 42. §. 4. per tot. & in aliis ejus not. p. 149

Et quid est dicendum de Clericis ordinatis per saltum, ante legitimam ætatem, vel per alienum Episcopum absque dimissoriis, vel cum dimissoriis falsis, vel

per Episcopum excommunicatum, suspensum, vel depositum? ibidem §. ult. p. 150
An qui percutit Clericum conjugatum non deservientem alicui Ecclesiæ, incurrat in censuram Canonis? Et quid de privilegio fori? tom. 5. tract. 2. resol. 43. pag. 150
Et an uxor Clerici conjugati, & filii eorum gaudeant privilegio Canonis & fori mariti, & Patris incedentis in habitu, & Tonsura? Et quid si manus injectio fieret uxori supra dictæ in odium viri, an tunc injiciens incurreret excommun. ac si ipsum percuteret? Idem est, si percussio fieret in personam alicujus consanguinei Clerici in odium ipsius Clerici. ibidem. §. 3. per totum, pag. 151
Et an ad evadendam dictam excomm. sufficiat, si tempore, quo percutitur talis Clericus conjugatus, non ferat Tonsuram, vel non habeat vestes Clericales? Et notatur, quod Clericus conjugatus non bigamus si dimittat habitum, & Tonsuram, & postea illum reassumat, gaudet privilegio Canonis. ibid. §. 4
Ex quo sequitur, quod Clerici bigami, bigamia vera, & interpretativa, in minoribus Ordinibus constituti omni privilegio denundantur; secus vero de bigamia similitudinaria; ut si Clerici bigami in Sacris initiati sunt, vel ex dispensatione, vel ex illegitimitate, hoc privilegio Canonis gaudent, & secus in minoribus constituti. Idem docetur de Religiosis bigamis, etiam si habitum dimiserint, quare illos percutientes erunt excommunicati. ibid. ante medium dicti §. 4. à vers. Ex his.
An torquentes Clericum per laïcum incidant in censuram etiam si de licentia Episcopi hoc faciant? Et an consuetudo in contrarium excuset à culpa? t. 5. tr. 2. r. 44. §. 1. & 2. p. 151
Et an saltem in tali casu Superiores torquentes, & corrigentes Clericum per alium laïcum peccarent? ibid. §. 3. pag. 151
An percutiens Religiosum invalidè professum incidat in censuram? Et an hoc procedat, si propria culpa, & non tantum Religionis sit nulliter professus, imo & si contra jura receptus sit? t. 5. tr. 2. r. 45. p. 152
An percutientes Religiosum nullo Ordine insignitum, & expulsum à Religione incurrant in censuram? Et quid si portet habitum, & Tonsuram clericalem? t. 5. tr. 2. r. 46. pag. 152
Et docetur Clericum ex defectu habitus non amittere privilegium Canonis. ibi. §. 2. &c.
An Monialis, quæ sumit potionem, vel pugnis se cædit, ut abortum faciat, incurrat in censuram? Et quid est dicendum de alio propinante potionem pro abortu faciendo Moniali, illa consentiente, sequuto effectu? t. 5. tr. 2. r. 47. p. 152
Et an in prædicto casu dicta Monialis incidat non solum in pœnas Bullæ Sixti V. sed etiam in censuram *Cap. si quis suadente Diabolo?* t. 5. tr. 2. r. 48. p. 153
An Equites D. Iacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. gaudeant privilegio Canonis, & fori? Et in utroque, quid est dicendum, si dicti Equites professionem non emiserint, sed tantum habitum acciperent? t. 5. tr. 2. r. 49. & in aliis ejus annotationum. p. 153
Et quid est dicendum de commendatariis, in quibus major potest esse difficultas? Et quid de consuetudine circa supra dicta? Et quid etiam sentiendum est de Equitibus D. Ioannis? t. 5. tr. 2. r. 50. p. 153
Etiam, qui non Canonicè ad statum Clericalem pervenisset, ita ut pro pœna sit à gradu deijciendus, veluti si servus, &c. gaudeat privilegio Canonis? ibidem. §. ult. p. 154
An notorius percussor Equitis Ierosolymitanæ, Calatravæ &c. vel Religiosi alterius Religionis Ordines non habentis sit propter excommunicationem incursam vitandus? t. 5. tr. 2. r. 51. p. 154
Et an talis percussor sit vitandus ante judicis sententiam, & declarationem? Et an ad notorietatem per evidentiam facti requiratur quod sciatur saltem evidenter à decem personis in oppido parvo, & à pluribus aliis in magna civitate? ibid. §. 4. & in aliis ejus not. p. 155
Et docetur, quod in odiosis nomine Clerici, non veniunt Religiosi, ibid. §. 2. in principio.
An percutientes Eremitas, si sunt sub obedientia Episcopi, vel alterius Prælati, incidant in censuram? Et quid est dicendum de Fratribus Tertii Ordinis D. Francisci, & D. Dominici vitam in communitate gerentibus, & habitum Religionis gestantibus, an hoc privilegio Canonis, imo & fori gaudeant? tom. 5. tract. 2. r. 52. pag. 155
Et quid de prædictis Fratribus, qui in propriis domibus commorantur, & se, suaque bona Religioni obtulerunt? ibidem
An si quis eadem actione quæ sit tota simul, v. g. baculo percutiat duos Clericos, vel sclopo duos interficiat, incurrat duas excommunicationes? tom. 5. tr. 2. r. 53. pag. 156
An percutiens plures Clericos successivè incurrat tot censuras, quot sunt Clerici percussi? Et an ligatus una censura sit adhuc capax alterius, non tamen diversæ rationis, sed ejusdem? t. 5. tr. 2. r. 54. p. 156
Et notatur, quod plures censuræ incurrantur ab eo, qui fecit unum actum habentem plures circunstantias, pro quibus singulis lata est sententia censuræ, si tamen dictæ circunstantiæ mutent speciem actus moralis, & secus autem si non mutent speciem? ibid. §. 6. p. 157
Et an si quis percuteret Monachum initiatum prima Tonsura, an duas censuras incurrat? ibidem post medium dicti §. 6
Etiamque notatur, quod tot censuræ incurruntur, quot sunt Superiores prohibentes, quando habent diversam potestatem, secus si eamdem. ibid. §. ult.
In quadam Civitate hujus Regni quidam percussit Clericum publicæ, & notoriè, quæsierunt statim à me, an eo ipso statim sit semper vitandus ante judicis sententiam? t. 5. tr. 2. r. 55. 56. 57. p. 157. & 158
Et quot autem testes requirantur, ut factum dicatur notorium in percussione Clerici? tom. 5. tract. 2. res. 57. §. 1. ante medium, à vers. Quot. autem, & in aliis ejus not. pag. 158
Et an scilicet, si quis notoriè consuluit, vel mandavit, vel ratam habuit, aut non impedivit percussionem Clerici, sit evitandus, sicut notorius percussor? ibid. §. ult.
An dubius de percussione Clerici teneatur vitare percussorem? Et docetur, ut teneamur vitare excommunicatum denunciatum, non sufficere dubium adhuc prudens denunciationis, sed requiri notitiam illius moraliter certam, quod excommunicatio sit expressè denunciata. t. 5. tr. 2. r. 59. & in aliis ejus not. p. 158
Quidam calcibus percussit Clericum in publica platea & cum à tali excommunicatione non posse ab Episcopo absolvi dixissent aliqui viri docti, quæsierunt à me, quid in hac re ego sentirem, an dicta percussio dicatur levis? t. 5. tr. 2. r. 60. & in aliis ejus not. p. 159
Et in dubiis an percussiones declarandæ sint potius graves, quam leves. ibid. in fine §. 2. &c.
Quis potest absolvere à dictis percussionibus? Et an hæc potestas extendatur ad quoslibet Prælatos jurisdictionem quasi Episcopalem habentes? tom. 5. tr. 2. r. 62. pag. 159
Et in textu hujus Resolutionis explanantur omnes personæ in jure expressæ, quæ excusantur adire Pontificem pro absolutione ob enormem Clerici percussionem.
An si quis pro enormi percussione Clerici non potest adire Pontificem teneatur Romam mittere Procuratorem, vel epistolam pro absolutione? tom. 5. tr. 2. r. 63. & in multis aliis ejus annot. p. 160
An Episcopus possit absolvere ex quacumque percussione Clericorum, etiam si percussor possit recurrere ad Summum

mum Pontificem, dummodo percussio sit occulta? Et an fere eadem facultas Mendicantibus Religiosis concessa sit? t. 5. tr. 2. r. 64. p. 160

Quando ab Episcopo non est exigendum juramentum, ut absoluti à censura Canonis teneantur adire Pontificem? t. 5. tr. 2. r. 65. p. 160

An Principum Ianitores, Ostiarij, &c. percutientes Clericos sub prætextu Officij possint absolvi ab Episcopo, quamvis percussio gravis sit, modo non sit enormis? Et an Officialis non fortuito, & incaute, sed titulo jurisdictionis percutiens ex odio Clericum, semper sit remittendus ad Papam pro absolutione, exceptis casibus legitimi impedimenti. t. 5. tr. 2. r. 66. p. 60

Et quæritur in hoc casu, cui incumbit onus probandi an fortuito, vel deliberate officialis (ut supra,) percusserit Clericum arcendo turbam ad hoc ut declaretur excommunicatio Episcopalis, aut Papalis. ibid. §. 3. pagina 161

Et observatur dictis Ianitoribus, & Officialibus, dum ab Episcopali absolvuntur ab excomm. *Si quis suadente*, contracta ob delictum enorme non esse injungendum onus se præsentandi postea Sedi Apostolicæ, sicut etiam nec mulieribus, pueris, impuberibus & delicatis magnæ potentiæ id onus non injungitur. ibid. §. 2. p. 161

An Episcopus possit absolvere Clericos, qui collegialiter vivunt, vel in Seminariis, Convictoribus se invicem percutientibus, non percussione levi, sed gravi. tom. 5. tr. 2. r. 67. p. 161

Et notatur, quod quando dictis Clericis collegialiter viventibus ab Episcopo absolutio censuræ impertitur, non est eis onus imponendum præsentandi se postea Sedi Apostolicæ. ibid. §. 2. &c.

Et quid est dicendum in prædictis casibus de pueris ministrantibus in Ecclesia Cathedrali, vel alia Ecclesia, qui ibi communiter vivunt, & sustentantur de redditibus ab Ecclesia ad id deputatis. ibid. ad medium dicti §. 2

An Episcopi possint absolvere impuberes, qui Clericum percusserunt? Idem est de puellis puberibus. t. 5. tr. 2. r. 68. & in aliis ejus not. p. 161

Et docetur, quod tales non tenentur postea se Sedi Apostolicæ præsentare, etiam si pueri impuberes doli tamen capaces non petant absolutionem ante pubertatem, quamvis læsio facta tempore impubertatis sit enormis. ibid.

An Episcopus possit absolvere mulieres cujusvis status, & conditionis percutientes Clericos ex quavis percussione? Et an dicta absolutio danda sit simpliciter, & non ad reincidentiam? Idem est, & multo magis de Monialibus. tom. 5. tract. 2. resolut. 69. §. 1. per totum, &c. pag. 162

Et an status personæ prius, & veritas negotij sit intimanda Romano Pontifici antequam absolutio censuræ impendatur ab Episcopo, mulieribus supradictis. ibid. §. 2. ad medium.

Episcopus an possit absolvere senes ex quacumque Clerici percussione? Sed difficultas est, quinam dicendus sit senex. t. 5. tr. 2. r. 70. p. 162

An Episcopus possit absolvere à gravi, & enormi Clericorum percussione servos, & alios sub potestate constitutos? Idem dicendum est de viro, qui in fraudem uxoris Clericum percuteret. tom. 5. tract. 2. resolut. 71. pag. 163

Et si supradicti fiant defluxu temporis sui juris, vel liberi, an teneantur adire Sedem Apostolicam. ibid. §. 3. &c.

Et advertitur, quod quando prædicti absolvuntur ab Episcopo injungendam esse illis satisfactionem aliquam pro recompensatione laboris in itinere. ibid. §. 1. ante medium, vers. Quando.

An pauperes possint absolvi ab Episcopo, etiam si percussio Clerici sit enormis? Et quid est dicendum de infirmis, & Valetudinariis? Et in textu hujus Res. explanantur, qui sunt supradicti pauperes. t. 5. tr. 2. res. 72. pag. 164

Et notatur, quod infirmi, Valetudinarij, aut præpediti à quacumque alia impotentia corporis incidentes in excom. Canonis. *Si quis suadente*, possunt absolvi ab Episcopo, etiam, si infirmitas sit temporalis, nempe febris, tertiana, vel quartana, aut podagra, & multo fortius si infirmitas sit incurabilis, & diurna. Et in corpore hujus Res. explanantur impedimenta, pro quibus excommunicatus jure communi possit absolvi ab Episcopo, & non tenetur recurrere ad Papam pro absolutione, etiam si percussio Clerici sit enormis. ibid. §. 2. & 3

Et an si cum supradictis impedimentis, quis non teneatur personaliter adire Papam, & Romam, etiam non teneatur mittere Procuratorem pro absolutione? Et an cessante impedimento teneatur se præsentare Pontifici. ibid. §. 4

Et an talis impeditus teneatur adire Legatum, vel alium habentem privilegium Papæ, ut absolvatur. ibid. §. 5. & in aliis ejus not.

Sed adhuc duo advertuntur. Primum, non esse concedendam hujusmodi absolutionem ab Episcopo, quin excommunicatus parti læsæ satisfactionem præstet. Secundum in eventu, quo quis absolvitur ob temporale impedimentum, exigi debere juramentum comparendi coram Sede Apostolica, vel alias authoritatem absolvendi habente, si convaluerit, alias in similem incidet excommunicationem. ibid. §. ult. & in aliis eius not. pag. 165

An Episcopus possit absolvere Religiosos, si se invicem percusserunt, vel an sit necessaria licentia Superioris Regularis? Et quid si percussio sit gravis aut enormis? Et quid est dicendum, si Prælatus Regularis nolit per se, vel alium concedere absolutionem. t. 5. tr. 2. r. 73. §. 1. per totam. p. 165

Et notatur, quod idem est dicendum de Monialibus, etiam Novitiis, si aliqua aliquam etiam Conversam, aut Clericum percusserit, quod potest absolvi ab Episcopo, in cujus Diœcesi Monasterium fuerit. ibid. §. 2. &c.

An Regulares possint absolvere à percussione enormi Clericorum quando est occulta. tom. 5. tract. 2. res. 74. pag. 165

Et an Regulares privilegiati possint etiam hodie absolvere sæculares à casibus Bullæ Cœnæ Domini, dummodo sint occulti. ibid. §. ult. &c.

An Regulares possint absolvere sæculares, qui percusserunt Clericum levi percussione. tom. 5. tr. 2. res. 75. pag. 166

An si in Monasterio sit tantum Superior, & Religiosus, & se invicem percusserunt, possint se invicem absolvere? Et an in hoc casu se invicem absolvendo, neque peccatum participando in divinis, neque irregularitatem supradicti incurrant. t. 5. tr. 1. r. 76. p. 166

Sed advertitur, quod prius absolvens non absolvat Sacramentaliter, hoc est etiam à peccatis, sed tantum extra Sacramentum, & ab excommunicatione tantum, præcisè, deinde absolutus primus potest ab utrisque absolvere. ibid.

An Superiores Regulares possint absolvere à censura hujus Canonis suos subditos? Et quid est agendum, si Religiosi se invicem percutiant extra Clausstrum Monasterij? Et quid si Prælatus Regularis percutiat aliquem subditum? t. 5. tr. 2. r. 77. §. 1. p. 167

Et an Prælati Regulares, & eorum Vicarii ex privilegio possint suos subditos absolvere, etiam si percussio sit enormis. ibid. in fine dicti §. 1

Et notatur supradicta procedere, quando Religiosi se adinvicem percusserunt, nam si percutiant Clericum suæ, vel alterius Diœcesis, non gaudent prædicto privilegio. Potest tamen in tali casu illos Episcopus absolvere,

si percussio sit talis, à qua Episcopus eosdem Clericos absolvere possit, id est levis. ibid. §. 2. &c.
Et qui, si Religiosus percusserit Episcopum ipsum, vel Abbatem. ibid.
An Regularis percutiens Regularem alterius Religionis sit absolvendus à proprio Prælato, si percussio non sit enormis? Vel an sit necesse ut Prælatus ejus, qui passus est injuriam, ut eam condonet, ac pœnam in satisfactionem definiat, & sit præsens ad talem absolutionem. t. 5. tr. 2. r. 78. §. 1. p. 168
An vero Prælatus percussi ipsum percussorem verberare debeat? Et an talis Prælatus possit delegare talem actionem verberationis? Et quid est faciendum in eventu, quod Prælati discordaverint in satisfactione imponenda. ibid.
Et quid est agendum, quando Regularis percutiat Regularem ejusdem Religionis, ac diversi Monasterij. ibid. §. 2
Et notatur, quod hodie per specialia privilegia Prælati Regulares possint absolvere suos Religiosos ab excomm. propter injectionem manuum violentam in Clericum, etiamsi sit Sedi Apostolicæ reservata. ibid. §. ult. &c.
An Superiores Regularium possint absolvere Novitium ab excomm. incursa propter percussionem Clerici ante ingressum Religionis. t. 5. tr. 2. r. 79. p. 168
Et quid est agendum, si postea talis Novitius ita absolutus ab ista, vel quavis alia censura egrediatur à Religione, an in illas reincidat? Et quid est faciendum si in prædictam censuram Canonis Novitius incurrat animo probationis, modo non sit percussio enormis. ibid. §. 2. & 3. pag. 169
An virtute Bullæ Cruciatæ possint absolvi percutientes Clericum etiam enormi percussione. Et infertur absolutionem virtute Bullæ Cruciatæ à censuris à jure latis, valere etiam in foro exteriori, & judiciali. tom. 5. tr. 2. r. 80. & in multis aliis ejus annotationum.

Appendix ad alias paucas quæstiones mixtas simul pertinentes ad istud verbum de censura ob percussionem Clerici, & ejus absolutione.

An liceat absque censura excommunicationis cap. *Si quis suadente*, &c. percutere Pontificem pro defensione necessaria. t. 8. tr. 5. r. 17. p. 100
An si quis percutiat Cardinalem percussione levissima, incurrat in censuram Bullæ Cœnæ? Et quid si ictus solum modo vestes tetigit aut levavit manum ad percutiendum Cardinalem, quamvis postea non percutiat? Et an Cardinales percutientes seipsos incurrant in censuram Bullæ Cœnæ. tom. 9. tr. 7. r. 79. & 82. p. 401. & 402
An percutientes Cardinales, Episcopos, & alios Prælatos expressos turpiter inventos in continenti non excusentur ab excommunicatione, &c. tom. 9. tr. 1. r. 49. pag. 33
An quis impune possit occidere, vulnerare, & expoliare Clericum, Episcopum, & Cardinalem in bello militantem, ac proinde nullam incurrat pœnam, & excommunicationem. t. 7. tr. 7. r. 53. p. 419
An prima Tonsura initiatus gaudeat privilegio Canonis? Et an Regularis excommunicatus propter percussionem Clerici, si recipiat Ordines incurrat suspensionem. t. 5. tr. 3. r. 12. & 33. p. 133. & 174
Asseritur, quod si quis intendat occidere, aut enormiter percutere aliquem Clericum determinatum, & casu errans alium Clericum percuteret, aut occideret, illa occisio, & percussio enormis non erit reservata. tom. 8. tr. 5. r. 91. pag. 132
An Novitius in Religione Clericorum Regularium, cum licentia Generalis acceptatus ante pubertatis annum, sit propriè Novitius, itaut gaudeat privilegio Canonis? Et an impuberes admissi ad cæteras alias Religiones ante annos pubertatis gaudeant privilegio Canonis? Et an hospites nostræ Religionis, & Novitij laici antequam annum Novitiatus incipiant, gaudeant privilegio Canonis? Et an illi, qui assumpto aliquo habitu Religioso, adhibentur ad servitia & obsequia Monasterij, & ad petendum pro ipsis eleemosynam, gaudeant privilegio Canonis? Et quid de Clericis Orientalibus conjugatis, & in minoribus Ordinibus initiatis. tom. 9. tr. 2. r. 153. & 163. p. 169. & 176
An Moniales Turris Speculatorum Romæ existentium sint Religiosæ, & earum vota solemnia, & gaudeant privilegio Canonis. t. 7. tr. 1. r. 350. p. 239
An si quis consilium, vel mandatum dedit ad percussionem Clerici, & constat de effectu sequuto, sed dubitat, an ille motus sit à sua operatione, seu à Consilio, vel mandato; an vero alias id principalis esset facturus, censeatur pœnas, & censuram incurrisse. t. 5. tr. 6. r. 33. pag. 298
An publicum Clerici percussorem in uno loco teneantur vitare in alio loco, ubi delictum est occultum. tom. 5. tr. 1. r. 145. p. 87
An si quis jactavit se percussisse Clericum, teneatur confiteri Circunstantiam Clericatus, &c. tom. 1. tr. 3. r. 37. §. 1. pag. 365
An in articulo mortis, si alius non adsit, possit quis sumere Eucharistiam à Sacerdote publico percussore Clerici. t. 2. tr. 2. r. 60. p. 194
An publici percussores Clerici habeant potestatem in articulo mortis absolvendi moribundum. t. 1. tr. 4. r. 42. pag. 248
An Capitulum Sede vacante possit absolvere à censura incursa propter percussionem Clerici. t. 3. tr. 5. rel. 31. pag. 394
An absolutus in articulo mortis à censura ob percussionem Clerici, teneatur postea se præsentare personaliter Superiori, vel sufficiat ut se præsentet per Procuratorem. t. 5. tr. 1. r. 203. p. 117
An Confessarius electus per Bullam Cruciatæ possit absolvere pœnitentem, qui solum satisfacit Clerico, vel Monacho percusso, vel teneatur etiam satisfacere Ecclesiæ, vel Monasterio, & Abbati? Et utrum vigore Cruciatæ liceat absolvere publicos percussores Clericorum, quorum percussio, & per consequens excommunicatio deducta est ad forum contentiosum? Idem est, & procedit, si quis absolveret virtute privilegiorum Mendicantium. Et in textu hujus Res. aliqua alia advertuntur, quæ facienda sunt in prædicto ultimo casu. t. 4. tr. 3. r. 61. & 62. p. 94
Percutiens Clericum, seu Religiosum an gaudeat immunitate Ecclesiæ. t. 9. t. 1. r. 78. p. 47
Percutiens aliquem ter, vel quater pugno an unum peccatum committat. t. 1. tr. 7. r. 21. p. 356
Percutiens Clericum mortuum an incidat in censuram Canonis. tom. 8. tractat. 6. resolut. 6. §. 1. ad medium. pag. 137
* Vide Privilegium Canonis.

De aliis Censuris.

Percutiens aliquem non incurrit Censuram latam contra homicidium, donec sequatur mors. t. 5. tr. 1. r. 9. p. 7
Censura lata ab Episcopo per modum sententiæ ligat proprios subditos etiam extra territorium. t. 5. tr. 1. r. 101. pag. 68
Censura lata à jure, & lata ab homine quomodo differant. ibid.
Censura lata contra facientes, non comprehendit mandantes, aut consulentes, & quare. t. 5. tr. 1. r. 75. p. 94
In censura ferenda non necessario requiritur monitio. t. 5. tr. 1. r. 4. p. 2
Censura sine trina monitione non est valida. t. 5. tr. 1. r. 5. p. 5

Censura non potest valide ferri, ac proinde nec incurri nisi ob peccatum exterius inobedientiæ, seu contumaciæ respectu Ecclesiæ. t.5. tr.1. r.8. p.7.
Censura requirit actum consummatum. tom.5. tr.1. r.9. pagina 7
Censuram ferri metu gravi, seu cadente in constantem virum, non obstat valor ejus. t.5. tr.1. r.10. p.8
Censuræ sententia lata sub forma disjunctiva, an habeat effectum? t.5. tr.1. r.17. p.11
Censura potest ferri sub conditione. tom.5. tract.1. r.18. pag.12
Censuræ sententiam patiens quo sensu debeat se gerere ut censura innodatum, & quo sensu non? tom.5. tract.1. resol.27. pag.16
Censura, vel casus reservatus contra conficientes falsum instrumentum an comprehendat falsificantes illud? t.5. tr.1. r.38. p.25
Censura una ligatus capax est etiam alterius non solum rationis diversæ, sed etiam ejusdem. tom.5. tract.1. resol.54. p.37
Censura duplici ligatur, qui facit aliquid à jure communi, & particulari prohibitum. ibid. §. Secundo.
Censuræ plures incurruntur ab eo, qui fecit unum actum habentem plures circunstantias pro quarum singulis lata est sententia Censuræ si dictæ circunstantiæ mutent speciem actus moralis. ibid.
Censuræ non incurruntur, quæ sunt Superiores habentes diversam potestatem, secus si eamdem, ibidem. §. Tertio.
De censura incursa dubitans consulto debet absolutionem procurare, & se ut excommunicatum, si commodè fieri potest gerat, & à communicatione abstineat. tom.5. tract.1. r.126. p.79
Censuræ causam quando necessarium est explicare, & quando non? t.5. tr.1. r.183. p.107
A censuris latis à jure potentes absolvere, poterunt etiam à censuris latis ab homine per sententiam generalem, quæ se habet per modum præcepti. tom.5. tr.1. r.193. prope finem. p.111
A censuris absolutus tempore mortis, an teneatur postea se præsentare Superiori? tom.5. tract.1. res.203. pag.117
Censuras ferendi potestatem potest Pontifex committere laïco, & an laïco infideli? tom.3. tract.1. resol.75. §. Notandum.
Censuras ferre an Capitulum Sede vacante possit? tom.3. tract.5. resol.30
Censuræ ferendæ sunt in scriptis, & aliter facientes peccant, & incurrunt suspensionem ab ingressu Ecclesiæ, per mensem, & à divinis. tom.7. tract.1. resolut.135. §.1
Vide Absolutio, & signanter Excommunicatio, ubi latissimè per totum verbum. *Bulla Cœnæ*, *Bulla Cruciata*, *Jubilæum*, *Prælatus*, *Regularis*, *Regulares*, *Circunstantia*.
Censura una ligatus an sit adhuc capax alterius non tamen diversæ rationis, sed ejusdem, &c. t.5. tr.1. r.54. §.5. pag.37

Census.

Pro censu imposito ad rationem quinque pro centenario quis dedit tantum uncias octoginta, rogatus tamen enixè à venditore, quæritur, an teneatur ad restitutionem? t.6. tr.3. r.79. §.1. p.159
Census redimibilis an sufficiat ad patrimonium Clerici? t.1. tr.5. r.107. §.1. p.324
Si census pactum de retrovendendo in favorem emptoris appositum sit, an sit licitum? tom.6. tract.3. r.58. §.1. & 2. p.149
Census an constitui possit de pecunia antea debita, vel tempore contractus tradendo aliquas merces in pretium census? tom.6. tractat. 3. resolution. 59. §.1. pagina 150
Ubi, quod ex pensionibus non solutis, ubi Bulla Pii V. de censibus non est usu recepta, potest quis reditum, & censum antiquum augere, vel novum constituere. §.5
Census institui potest in re, quæ non reddit tantam utilitatem, quantam habet census. ibid. §.6
Census irredimibilis an sit census, stante Bulla Pii V. de Censibus? t.6. tr.3. r.60. §.1. & seq. p.150.151
Census vitalitius an sit licitus, quia reducitur ad contractum sponsionis? t.6. tr.4. r.82. §.1. p.276
Et pro praxi lege etiam tres sequentes res. ibid.
Census inter mobilia an computetur, & pecunia retracta ex redemptione census Ecclesiæ, an possit distrahi absque facultate Apostolica? tom.7. tract.1. resolut.222. §.2. pag.141

Cera.

Vide verb. *Gutta*. tom.7

Certiorare.

Vide verb. *Monere*. tom.8

Certitudo.

Qua certitudine tenendum est Papam non posse errare in Canonizatione, & Beatificatione Sanctorum? Et esse de fide probatur. tom.9. tract.5. resol.18. & 19. pag.358.359
Qua certitudine credendum est Papam non posse errare in approbatione Religionum? tom.9. tr.5. r.25. §.1. pag.366
Intra certitudinis moralis latitudinem an remaneat, quod anima Beatificati sit in gloria ex vi præcisè solius Beatificationis? t.9. tr.5. r.20. §.1. p.360
Certitudo moralis victoriæ an requiratur, ut bellum possit indici? t.7. tr.7. r.8. §.1. in fine. p.387
Certitudo, Vide verb. *Dubium*. tom.2

Certò.

Qui certò non scit peccatum fratris, an teneatur illum corripere? t.7. tr.4. r.14. §.1. p.286.
Certò Vide verb. *Concludendum*. tom.7

Certus.

Certus de voto, dubius autem de qualitate, an teneatur ad strictiorem? Ubi pro praxi aliqui casus. t.8. tr.4. r.23. §.1. p.57
Qui certus est vovisse castitatem, aut Religionem, aut inter duas Religiones ad strictiorem, vel minus strictam, dubitat tamen utrum harum unam potius voverit, quam aliam, an teneatur ad minorem partem? t.8. tr.4. r.27. §. Verum post initium. p.58
Certus, Vide verb. *Abstinere*, *Animus*, *Dubium*, *Intentio*, *Promittere*, *Pollutio*. tom.8

Cervisia.

Cervisiæ defectus loco vini an possit excusare à jejunio? t.4. tr.6. r.70. §.5. p.239
Cervisiæ potio an frangat jejunium? tom.4. tract.6. r.92. §.3. pag.250
Si cervisiam bibat, qui fecit votum de jejunando tali die in pane, & aqua, an peccet toties, quoties illam biberit? t.4. tr.6. r.65. §.1. p.235

Cessans.

Cessante causa privilegii ipsum cessat, sicut perseverante causa concessionis, ipsa perseverat, licet aliæ circumstantiæ mutentur. t.4. tr.2. r.34. §.2. p.48

Cessante

Ceſſante fine legis in aliquo caſu particulari, an ceſſet lex pro illo tunc, & pro illo caſu? t.7. tr.1. reſ.307. §.1. in fine. p.214

Ubi, quod quando lex, ſeu præceptum fundatur in periculo facti, vel delicti, etſi delictum, vel factum ceſſet in aliquo caſu ſpeciali, quia non ceſſat generaliter, ideo non ceſſat lex, neque præceptum? ibidem. reſ.308. §. Nec obſtant. p.214. & 215

Ceſſare.

Ceſſare diſpenſatio variis modis poteſt. t.3. tr.2. r.104. §.3. pag.239

Ceſſare. Vide verb. *Cauſa.* tom.3

Item verb. *Contractus, Falcidia, Ligare.* tom.6

Qui non ceſſat ab operibus ſervilibus in die duplici feſto ab Eccleſia indicto, an peccet dupliciter? t.4. tr.6. r.63. §.1. p.234

Quando ceſſat finis adæquatus legis in aliquo caſu particulari, an ceſſet legis obligatio? t.6. tr.1. reſol.70. §.1. pag.51

Quando ceſſat adæquatus, & fundamentalis finis legis etiam in particulari, lex non obligat. t.9. tr.7. reſ.97. §.4. pag.413

Et an hoc ſit contra communem opinionem? t.9.tr.7.r.98. §.6. p.414

Ceſſatio à divinis.

Si ceſſatio à divinis eſt in aliqua civitate, & conceditur facultas alicui Eccleſiæ, ut in illa agatur res ſacra, tunc probabile eſt, quod non tenetur populus audire Miſſam, nec hoc privilegio uti. t.1. tr.3. r.157. §.3. pag.195

Ceſſationem à divinis an Capitulum ſede vacante ponere poſſit? t.3. tr.5. r.30. §.2. p.394

Si tempore ceſſationis à divinis conceditur privilegium celebrandi Miſſam, extenditur ipſum privilegium ad Miniſtrum ſervientem. t.3. tr.6. r.65. §.3. p.456

Ceſſio bonorum.

Ceſſio bonorum quid ſit? Et an in ceſſione bonorum requirantur aliqui ritus, aut ſolemnitas, vel ſufficiat ſola voluntatis expreſſio? t.6. tr.5. r.1. p.277

Ceſſio bonorum an competat pro debitis ex delicto? t.6. tr.5. reſ.2. p.277

Beneficio ceſſionis bonorum an gaudeat, qui faſtu, & dolo malo bona ſua perdiderunt? t.6. tract.5. reſ.3. pag.278

Idem eſt de illo, qui bona ſua luxurioſè vivendo conſumpſit, vel partem fortunæ vitio. ibid. §.2

An qui ceſſit bonis ſint neganda alimenta quotidiana? Vel an ipſe poſſit aliquid ſibi retinere? tom.6. tract.5. reſ.4. pag.278

Et an creditores, aut judices teneantur aliquid ei relinquere præter inſtrumenta ſuæ artis, ſi artifex ſit, & veſtes, quibus eſt indutus tempore ceſſionis; imò ſi pretioſæ ſint, pro aliis commutandæ ſunt. ibid. §.2. à lin.7

Ceſſionis privilegio an gaudeat, qui occultaverit bona? t.6. tr.5.r.5. p.279

Ceſſionis beneficio an quis in conſcientia uti poſſit, & occultare aliquid ad ſui ſuſtentationem ſine onere reſtitutionis? ibid. reſ.6

An dicta in ſuperiori reſolutione procedant; etiamſi delicta oriantur ex delicto? ibid. reſ.7

An ſaltem de bonis acquiſitis poſt ceſſionem debeantur neceſſaria, etiam in foro exteriori? ibidem. reſolut.8. pag.280

An dicta in ſuperiori reſolutione procedant etiam in foro conſcientiæ? ibid. reſ.9. p.280

Ceſſionis privilegio gaudere an poſſit, ſi quis negavit debitum? Et quid, ſi tamen debitor à principio negavit debitum, poſtea vero ante ſententiam illud confeſſus eſt, pœnitentia videlicet ductus? ibid. reſ.10. pag.280

Et quid poſt ſententiam, & condemnationem, ſi cauſam negandi delictum habuit? Et an pendente ſententiæ appellatione, & condemnationis debitor poſſit cedere bonis. ibid.

An qui ceſſit bonis, ſi aliquid in fraudem creditorum egerit, gaudeat tali privilegio, ut verbi gratia, quando bona ſua luxurioſè vivendo conſumpſit, vel ludendo, aut cum meretricibus expendendo dilapidavit? t.6.tr.5.r.11.p.281

Et notatur, quod Clerici, qui in fraudem creditorum conſumpſerunt bona, illa alienando, vel ludendo, &c. non gaudent beneficio ceſſionis. ibidem. §. ultimo, &c.

An qui non doloſè, ſed culpabiliter ad inopiam pervenit, gaudeant privilegio ceſſionis? ibid. reſolut.12. pag.281

An debitor, qui ſpe ceſſionis contraxit, gaudeat ceſſionis beneficio? Idem eſt dicendum de Clerico. ibidem. reſ.13. p.282

Beneficio ceſſionis uti an poſſit hæres, qui non fecit inventarium? Idem eſt dicendum de Clerico. ibid. reſ.14. p.282

An valeat pactum, ſi quis beneficio ceſſionis renunciaſſet? Et quid ſi pactum, & renunciatio ceſſionis bonorum firmetur cum juramento? ibidem. reſolut.15. pag.282

Et an in tali caſu debitores poſſint abſolutionem juramenti petere ab Epiſcopo? ibid. in fine. p.283

Qui ceſſit bonis, ſi non poſſit præbere fidejuſſores idoneos, ſufficiat præbere cautionem juratoriam? ibid. reſ.16. p.283

An ſi creditores offerant debitori delationem quinquennalem excludantur à beneficio ceſſionis bonorum? ibid. reſ.17. p.284

Ceſſio bonorum an liberet non ſolum debitores, ſed etiam fidejuſſores? ibid. r.18. p.284

An beneficium *cap. Odoardus de ſolut.* proficiat laïco fidejuſſori pro Clerico? ibid. §.2

Et an ſi Clericus ſit fidejuſſor laïci, gaudeat tali beneficio ex generali *cap. Odoardus.* ibid. §.3

Ceſſio bonorum in quibus non competat? ibid. reſol.19. pag.284

Et an ſi debitor per juramentum ſe obligavit ad carcerem, vel ad manus injectionem, nihilominus tamen ad ceſſionem bonorum admitti debeat? ibid. §.5. ad medium.

Ceſſio bonorum an liberet à reſtitutione, ſi poſtea ad pinguiorem fortunam pervenerit, aut aliquid acquiſierit? ibid. reſ.20. p.284

Qui ceſſit bonis, ſedendo in loco publico, ſi venerit ad pinguiorem fortunam, an teneatur ad reſtitutionem? t.6. tr.5.r.21. p.285

Qui ceſſit bonis, an poſſit tuta conſcientia retinere neceſſaria ſibi, & familiæ, ut non indecore vivant, etiamſi debita, pro quibus cedit, ſint ex juſtitia, & delicto notorio acquiſita? ibid. §.3

An ſaltem ceſſio ignominioſa bonorum, liberet à reſtitutione? Et ſi poſtea ad pinguiorem fortunam advenerit, an tunc etiam teneatur ad integram ſatisfactionem? ibidem reſol.22. & in aliis ejus notationum. p.285

Et an ſtatuto hæc ignominioſa ceſſio introduci poſſit? ibid. §.5

Ceſſionem bonorum faciens, an incurrat irregularitatem? t.5. tr.5. r.58. p.232

Si ceſſionis bonorum beneficium contra debitorem Clericus obtinere velit, an Judex laicus clericum citare poſſit ad exhibenda jura coram eo? tom.9. tract.2. reſol.86. §.1. p.139

Chamam

Chamaurus.

Chamaurus, vulgo appellamus Regnum, quod gestat Summus Pontifex in capite. tom. 9. tract. 4. resol. 15. §. 1. & seqq. pag. 333

Character.

Vide verb. *Episcopus, Tangere, Vir.* tom. 2
Character imprimitur in consecratione Episcopi. tom. 4. tr. 8. r. 20. & 21. p. 324. & 325
Character Episcopalis præsupponit necessario Presbyteralem. ibid.
Character quandonam imprimatur in consecratione Episcopali? t. 4. tr. 8. r. 22. §. 1. p. 326
Character imprimitur in substantia animæ. t. 4. tr. 8. resol. 22. §. 1. p. 327
Character Episcopalis remanet post mortem. ibid. §. 2
Quoad characterem an perversa intentio Ministri in conferendo Baptismo, & aliis Sacramentis suppleatur à Deo? t. 1. tr. 1. r. 3. §. 3. p. 5
Characterem imprimi in consecratione Episcopi distinctum à Sacerdotali quis neget. tom 4. tract. 8. resol. 20. à principio. p. 324
Characterem Sacerdotalem an retineat Hermaphroditus Ordinatus, si mutetur in fœminam? t. 4. tr. 5. r. 112. §. Pro parte. per totam. p. 402
Characteris Episcopalis effectus. tom. 4. tract. 8. resol. 23. §. 4. pag. 328

Charitas.

Qui ex charitate possunt impedire percussionem Clerici, & non impediunt, an incurrant censuram? t. 5. tr. 2. res. 23. §. 1. pag. 138
Et quid, si dolose, vel propter odium, & pravum affectum dictam percussionem Clerici non impediant? ibidem §. 3. in fine.
Contra charitatem, & justitiam an sit non præmittere correctionem fraternam antequam deveniatur ad denunciationem judicialem in delictis tendentibus in damnum Communitatis? &c. tom. 7. tract. 4. resol. 65. §. 1. pag. 319. & seqq.

Charta.

Qui chartam invenit in qua scripta erant alicujus peccata, an teneatur illam abscondere sub sigillo confessionis, sive jam confessio facta sit, sive adhuc facienda sit? t. 1. tr. 8. r. 42. §. 1. p. 444
Et quid, si dicta peccata vergant in damnum commune, vel alicujus tertii innocentis, an teneatur repertor chartæ illa peccata revelare, ad evitandum tale damnum? ibid.
Et quid, si in dicta charta scripta sunt tantum peccata venialia? ibid. §. 3
Et quid, si charta est ad virum doctum directa ad petendum consilium pro confessione? tom. 1. tract. 8. resolut. 43. §. 3. p. 445
Et quid, si supradictam chartam Judex vel superior inveniat, quid facere possit, debeat, & teneatur? ibidem pag. 444
Chartis excommunicati non tolerati an quis respondere possit? t. 5. tr. 1. r. 146. §. 2. p. 87

Charta, ideſt Alea.

Qui chartas non signatas noscit, an teneatur restituere? t. 6. tr. 4. r. 46. §. 1. p. 263
Ubi agitur de aliquibus fraudibus, & deceptionibus contingentibus inter collusores ad chartas.
Qui chartas susurrat, vel notat, vel utitur chartis, quas à tergo novit, collusores eas ignorante, non per negligentiam, sed quia illis chartis antea non luserit sicut collusor, an teneatur lucrum restituere? tom. 6. tr. 4. r. 47. §. 4. ibid.
Et quid de eo, qui componit chartas arte, & industria, ut melior pars sibi obveniat? ibid.
Qui ex collusoribus chartas alterius videt, an teneatur semper restituere? t. 6. tr. 4. r. 48. §. 1. p. 264
Qui cum falsis chartis vincit ludentem, an teneatur ad restitutionem? t. 6. tr. 4. r. 41. §. 1. p. 261
De chartis suis an possit socius admonere socium, ut sciat quomodo se gerere debeat, quando socii contra socios ludunt? t. 6. tr. 4. r. 48. §. 2. p. 264
Vide verb. *Eligere, Ministrans.* tom. 6

Charta, seu Papelsellado.

Super Chartam Pragmatica, vulgo dictam *Papelsellado* an violet immunitatem Ecclesiasticam? tom. 9. tract. 2. resol. 217. §. 1. p. 208

Chiragra.

Vide verb. *Ministrare.* tom. 2

Chirographum.

Chirographa immatura an emi, & extingui possint minori pretio, imo dimidio pretio, non solum à tertia persona, verum etiam ab ipsomet debitore? t. 6. tr. 3. res. 80. & 81. p. 159. & 160

Chiromanticus.

Vide verb. *Ligare.* tom. 6

Chirurgia.

Chirurgiam exercere quando possunt Clerici in Minoribus, Beneficiarius, Subdiaconus, Diaconus, Sacerdos, Religiosus, & Monachus, & non incurrant irregularitatem, morte sequuta, & quando vero illam incurrant, pro quibus omnibus varii casus proponuntur in praxi. tom. 5. tract. 5. res. 71. 72. 73. & 74. ubi latè per totas. p. 238. & seqq.

Chirurgus.

Chirurgo non ostendere verenda in periculo mortis an liceat fœminæ etiam ignobili? tom. 8. tract. 8. resol. 2. §. 1. pag. 189
Chirurgus pauperibus indigentibus ejus operibus, an illa gratis ministrare teneatur? tom. 4. tract. 7. resolut. 17. §. 1. p. 284
Chirurgus, qui sine urgenti necessitate exposuit se periculo peccandi causa medendi pudenda fœminarum, tunc est peccatum mortale, & aliàs secus. t. 7. tract. 7. res. 20. §. 4. post medium. p. 397
Chirurgus expertus dum medetur pudenda fœminarum in pollutionem assentire, an poterit se tali periculo objicere? t. 8. tr. 6. r. 10. §. 8. p. 140
Et quid, si cum determinatione non consentiendi tali periculo se objiciat? ibid.
Si Chirurgus in variis casibus inculpatè effudit sanguinem in Ecclesia, illa tamen non polluitur. tom. 9. tr. 1. resolut. 132. §. 1. pag. 86

Chocolata.

Chocolatæ potus an frangat ieiunium? tom. 4. tractat. 6. res. 91. §. 1. p. 249
An saltem possint sumi duæ unciæ chocolatæ sine fractione jeiunii? tom. 4. tract. 6. resolut. 92. per totam. pag. 250
Chocolatam non frangere jejunium an sit probabilis opinio? ibid. §. 3. p. 251

Chorea.

Choreas ducere an possit fœmina nobilis, si timeat aliquem in particulari arrepturum occasionem peccandi? t.7. tr.5. r.12. §.1. p.335
Si in choreis publicis mulier scit se tangi ab aliquo intentione mala, si tactus sunt ex suo genere liciti, ut consortio manuum in choreis, non peccat admittendo illos coram aliis. t.8. tr.6. r.12. §.5. p.142

Chorus.

Qui chori sui versus integrè cantat, & alterius Chori versus auscultat, an satisfaciat obligationi suæ, si modo suos versus non inchoat priusquam alter finierit, & quid si secus faciat. t.3. tr.6. r.50. §.2. p.446
Idem est de recitante privatim cum socio. ibid.
In Chori publica recitatione an excuset ea parvitas materiæ à mortali, quæ excusat in recitatione privata, nisi tamen interveniat scandalum. tom.3. tract.6. r.81. §.5. pag.467
In Choro recitare horas Canonicas nullo modo excusantur Regulares, si sint quatuor, sicut Beneficiarii Collegiati. t.3. tr.6. r.15. §.3. p.426
In Choro an Communitas Religiosorum teneatur quotidie canere Horas Canonicas sub onere peccati mortalis? t.3. tr.6. r.19. §.1. p.430
Ubi, an dicta obligatio non excedat communem obligationem Regulæ. §.5. p.432
Et an saltem ad id teneatur Communitas Regularium ex consuetudine sub peccato mortali, quamvis interdum ex justa causa possit hoc onus dispensari. ibidem.
Et an supradicta obligatio obliget singulos Regulares? ibidem. §.6
Ubi etiam an excusantur à Mortali Religiosi, ex quorum absentia in Choro Ecclesiasticum Officium notabile damnum pateretur.
Si in Choro ex consuetudine Religiosus non recitat Horas Canonicas, an peccet mortaliter. tom.3. tract.6. resol.20. §.1. p.432
Ubi, an obligatio canendi in Choro per se, & directè sigillatim singulas personas afficiat. §.2
In Choro an soli Novitii faciant Communitatis corpus, & satisfacere possint præcepto solvendi Horas Canonicas. t.3. tr.6. r.21. §.1. p.433
In Choro psallendi obligationem, an satisfaciant Regulares, vel Canonici sæculares, si canant in sacristia ex aliqua justa causa? Ubi alia circa hoc. t.3. tr.6. r.22. §.1. & seq. ibid.
In Choro an possint anticipari vel postponi Horæ Canonicæ extra tempus illud quod ab Ecclesia præscriptum est. t.3. tr.6. r.56. §.3. p.449
Si in Choro recitentur omnes novem lectiones Matutini ab his, qui alioquin nullo modo canunt Psalmos, an reliqui interessentes Choro, qui recitant Psalmos dici possunt non satisfacere suæ obligationi. t.3. tr.6. res.57. §.1. p.451
Qui in Choro recitat, an teneatur audire partem alterius Chori. t.3. tr.6. r.59. §.1. ibid.
Et quid, si aliquis suam partem canit, & percipere non potest quam alius Chorus canit quamvis attendat, an satisfaciat obligationi Chori, & possit distributiones integras percipere. ibid. §.2. & seqq.
Et in dicto casu an quis debeat privatim supplere, quæ non percipit. ibid. §.3. p.452
Et quid de surdo, qui alios canentes in Choro non intelligit, nec eos sequi potest. ibid.
Qui in Choro invertunt ordinem Horarum Canonicarum an peccent mortaliter. tom.3. tract.6. resol.69. §.2. pagina 460
In Choro ex justa causa cantantes Officium Divinum extra Horas præscriptas, an peccent mortaliter. tom.3. tr.6. r.71. §.1. ibid.
Et quid de Communitate Religiosorum circa hoc, vel invertit ordinem. t.3. tr.6. r.72. §.9 p.462
In Choro an omissio minoris partis possit sufficere ad peccatum mortale, quam in recitatione privata. t.3. tr.6. r.80. §.2. pag.466
Qui in Choro non intersunt tribus, vel quatuor diebus, ultra tempus in Concilio permissum non peccant nisi venialiter. ibid. §.5
Si in Choro fiat mutatio dicendo Officium sub ritu duplici, ubi sit dicendum de simplici; vel è contra, an sit tantum veniale, dummodo absit scandalum. t.3. tr.6. r.90. §.2. & seqq. p.471
In Choro anticipare, vel postponere notabiliter horas Canonicas non est peccatum grave, nisi fiat ex consuetudine, & usu, aut grave scandalum generetur. ibid. §.10. pag.472
Si in Choro interruptio notabilis fiat divini Officii an sit peccatum mortale. t.3. tr.6. r.98. §.5. p.478
In Choro an Communitas Regularium possit dicere officium divinum per Breviarium Romanum, vel alterius Religionis. t.3. tr.6. r.105. §.4. p.482
Quando in Choro Canonicus, vel Præbendarius recitat, & canit, vel non recitat nec canit, & quando assistit, vel non assistit in Choro, an gaudeat, vel non gaudeat distributionibus in tertio tomo ex tract.6. de Horis Canonicis lege omnes quæstiones contentas à r.129. usque ad 137. ubi plura.
Qui à Choro abest in utilitatem Ecclesiæ, an luctetur distributiones, si extra tempus Chori possit expedire negotia Ecclesiæ. t.4. tr.5. r.5. §.4. p.180
Chorus, Vide verb. *Pronunciare.* tom.2
Chorus non existit cum duobus, sed ad minus tres, vel quatuor sunt necessarii. t.3. tr.6. r.56. §.6. p.450
Chorus Vide verb. *Assistere, Distributiones, Prabendarius, Præfectus, Chori, Prælatus, Regularis, Sacristia, Surdus.* tom.3
Item verb. *Clausula.* tom.4
Item verb. *Abesse.* tom.8
Item verb. *Canonicus, Interficere.* tom 9

Chrisma.

Ut Chrisma pro Sacramento Confirmationis sit ab Episcopo consecratum, an sit de necessitate Sacramenti. tom.1. tr.2. r.1. §.4. p.69
Et an talem consecrationem possit Pontifex simplici Sacerdoti committere. ibid.
Chrisma, Vide verb. *Oleum.* tom.2
Chrisma sanctum Episcopus benedicens in statu peccati mortalis, an peccet mortaliter. tom.3. tract.1. resolut.15. §.5. p.21
Chrisma sanctum consecrandi facultatem an possit Pontifex committere simplici sacerdoti. t.3. tr.1. r.20. §.1. & seqq. p.28
Chrisma, Vide verb. *Benedicere, Consecratio.* tom.3
Chrisma est symbolum gratiæ. t.4. tr.8. r.83. cursim prope finem. §.1. p.379
Chrisma salutatur ab Ecclesia magna cum veneratione quando conficitur. ibid. post medium dicti §.
Chrisma ab Episcopo benedici debet. ibid.
Chrisma benedicendi facultas an possit delegari à Pontifice simplici Sacerdoti. ibid. §. Sed hic.
Chrisma in casu necessitatis an possit confici ex balsamo adulterino? tom.4. tractat. 8. resolution. 85. §.1. ibidem.
Chrisma deficiente, an sufficeret oleum tam in unctione Episcopali, quam in Sacramento Confirmationis. t.4. tr.8. r.86. §.1. p.383

Chrisma veteris anni comburi debet novo confecto. Et quid, si veteri aliquis uteretur. tom.4. tract.8. r.87. §.1. ibid.
Chrisma confici debet pro Baptismo, etiamsi terra interdicto sit supposita. ibid.
Chrisma est verè benedictum, quamvis Episcopus aliquid forte per distractionem de ritibus accidentalibus omiserit. ibid. §. Adverte.
Si Chrismate sacro fiat extrema unctio moribundo, an valeat tale Sacramentum? Et in hoc casu an nihil sit repetendum. t.2. tr.4. r.2. §.3. p.243
Si Chrismati consecrato addatur major quantitas olei non consecrati, an remaneat adhuc hoc non obstante totum consecratum. tom.2. tract.4. resolut.3. §.1. pag.243
Chrismatis modum benedictionis an Pontifex variare possit? t.3. tr.1. r.15. §.1. p.21
Chrismatis confectio an requirat necessario mixtionem balsami cum oleo. tom.4. tract.8. resolut.84. §.1. pagina 379
Chrismatis unctio an sit necessaria in consecratione Episcopi? ibid. §. Sed instabis. p.381

Chrismare.

Vide verb. *Ecclesia.* tom.7

Christianus.

Christiani remigantes in triremibus Turcarum, an peccent mortaliter, & incidant in excommunicationem? Ubi plures alios casus decisos invenies. tom.7. tr.5. r.73. §.1. pag.367
Christiani captivi, & mancipia apud Turcas, & Infideles remigantes in eorum triremibus an possint licitè domos Christianorum perfringere, & devastare, & bona subripere, & Dominis aliqua obsequia ministrare in bello. t.7. tr.5. r.74. & 75. p.367. & 368
Et an teneantur restituere damnum, quod ita dederunt. ibidem.
Christiani numquam sunt mancipia Christianorum propter consuetudinem communi consensu, & usu approbato receptam. tom.7. tract.7. resol.28. §. ult. vers. Secundo. pag.402
Christiani de facto fiunt mancipia Turcarum, non tamen de jure, quia justo bello non capiuntur. ibidem. vers. Tertio.
Christiani capti à Turcis non solum possunt fugere, sed etiam Dominorum suorum bona arripere, & in quacumque quantitate secum asportare. tom.7. tr.7. r.29. §.9. pag.403
Christiani mancipia infidelium an teneantur in conscientia solvere gabellas à Principe impositas. tom.7. tr.8. resol.16. §.1. p.437
Christiani infidelium servi, an licitè possint præbere obsequium Dominis, quando intrant in templum Idolorum? Et an Christiana ancilla à paganis capta possit genua flectere unà cum Domina in templo Idolorum genua flectente, & se prosternente. t.7. tr.8. r.52. §.1. & seqq. p.450. & 451
Christiani capti à Turcis, an possint in statu, & loco captivitatis testamentum facere. tom.7. tract.8. res.63. §.3. pag.454
Christianis captivis an licitum sit metu mortis nocumentum ferre Christianis destruendo, vel captivando, & ad triremes asportando, aut alia similia faciendo. t.7. tr.5. r.76. §.9. p.369
Cum à Christianis omnes Turcæ tam infantes, & mulieres, quam viri justo bello capiuntur, fiunt mancipia Christianorum. tom.7. tract.7. resolut.28. §. ult. vers. Primo. pag.402
Christianis Anglis an licitum sit cum triremibus Turcis dimicantibus ignem pulveri injicere, seque in mari committere cum magno triremium damno. tom.7. tract.7. r.49. §.1. & seqq. p.416
Christianis an licitum sit, qui bellum cum Christianis gerunt Christianos captos detinere, non ut servos, sed ut ab illis, dum detinentur sint securi, & tuti, & ut pecuniam aliquam justam, & moderatam pro eorum libertate, & dimissione accipiant. tom.7. tract.8. r.5. §.5. pag.430
A Christianis tributa per Regnum Principis solvenda, etiam infidelis transeuntibus, an talis Princeps possit ea imponere. t.7. tr.8. r.16. §.1. p.437
Christianorum servi si in Tribunali Inquisitionis damnantur tamquam Heretici. An remaneant servi ipso facto liberi? Ubi aliqua alia contingentia in dicto casu. tom.7. tractat.8. resolution. 22. §.1. pagina 439
Inter Christianos an hodie jus captivitatis cesset. tom.7. tr.7. r.19. §.1. pag.393
Inter Christianos in bello habito capti an licitè possint redimi, & in conscientia teneantur solvere pretium promissum suæ redemptioni? tom.7. tract.7. resol.30. §.1. & seqq. p.403. & 404.
Christianos servos Domini vocando canes, vel si graviter eos verberent ex levi culpa, an peccent mortaliter? tom.7. tract.8. resol. 42. §.1. pag.447
Christianus, Vide verb. *Arbiter.* tom.3
Item verb. *Abjurare.* tom.5
Si Christianus aliquis sit, non semper Infideli interroganti obligatur ad respondendum, ob præceptum de confitenda fide. tom.7. tract.5. resolution.69. §.6. pagina 365
Christianus, Vide verb. *locus.* tom.7
Christianus servus, qui injustè detinetur à Turcis, an non solum possit fugere, sed etiam jure belli possit subripere, quæcumque voluerit, ex tacito sui Principis consensu. tom.8. tract.7. resolution.38. §.3. pagina 171
Christianus, Vide verb. *Bona, temporalia, Captus, Consensus, Emere, Usurpare.* tom.8
Christianus fingens se infidelem, & petens baptizari, ut certam pecuniarum summam accipiat, an debeat abjurare. tom.9. tract.1. resol.107. §.5. p.61

Christus.

A Christo Domino an materia, & forma Ordinum instituta fuerint. tom.2. tractat.5. resolut.2. §.1. pagina 268
Christus Dominus an determinaverit in individuo omnes materias sacramenti Ordinis. tom.2. tract.5. r.1. §.1. pag.267

Cibus.

Si cibos communes ex domo Heri ad comedendum servi, & ancillæ accipiant, ut esculenta, & poculenta furta, etiamsi sensim perveniant ad notabilem quantitatem, ut ipsimet consumant; secus vero si ut vendant, an peccent mortaliter. tom.7. tract.8. resolut.45. §.1. pagina 448
Cibos ministrare Dominis in die jejunii an servi possint. t.7. tr.8. r.47. §.1. p.449
Ad cibum pertinentia aliqua bona Religiosi sine licentia Prælati solent sumere, an infringant votum paupertatis. t.7. tr.3. r.44. §.1. p.268
Et si perveniant ad quantitatem notabilem, an peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem. tom.7. tr.3. resol.45. §.1. ibid.
Cibus, Vide verb. *Conjux, Reus, Tempus.* tom.2
Item verb. *Earus.* tom.6
Quando cibus alius non adest, an licitum sit in obsidione alicujus civitatis vesci carnibus humanis. tom.7. tr.5. resol.76. §.1. p.368

Cibus. Vide verb. *Caro, Cartusianus, Comedere, Comestibile, Ministrare.* tom.7
Item verb. *Caro, Cartusianus, Comedere, Edere, Esus, Indigens, Necessitas.* tom.8

Cicatrix.

Pro cicatrice ex vulnere facta ab aliquo, an sit facienda aliqua restitutio ante judicis sententiam. t.8. tr.5. r.78. & 79. §. Notandum est. pag.128

Cingulum.

Cinguli fracti connectis partibus an sit licitum uti in celebratione Missæ. tom. 2. tractat.1. resolut. 169. §. 1. pag.98
Cum cingulo non benedicto, aut fracto sine necessitate Sacerdos celebrans, an peccet mortaliter. tom.2. tr.1. r.170. §.1. ibid.
Si cingulum ita frangatur, ut neutra pars sola sufficiat ad cingendum sacerdotem, an perdat benedictionem, etiamsi aliquo modo uniat partes illas separatas. t.2. tr.1. res.168. §.1. p.98

Cingulum, militare.

Cinguli Militaris non prius sumpto ornamento an professio N. emissa in Religione Ierosolymitana fuerit invalida. tom.7. tract.2. r. unica p.241. & sequent. curiosa.
Vt cingulo Militari sit ornatus miles Ierosolymitanus, quando professionem emittit, an sit de forma professionis. ibid.

Circunstantia.

De circunstantiis aggravantibus, & non aggravantibus, &c.

An Circumstantiæ notabiliter aggravantes sint in Confessione à pœnitentibus aperiendæ. tom.1. tract.7. res.1. pag.343
An Circunstantias notabiliter minuentes peccatum teneatur quis in confessione explicare. tom.1. tr.7. r.2. pag.343
An ingratitudo, qua quis post remissa peccata denuo peccat, sit necessario confitenda. tom.1. tract.7. r.3. pag.344
Et utrum majus peccatum sit, quod committitur contra innocentiam, an contra beneficium remissionis peccatorum. ibid. §.2
An qui solum meminit peccasse mortaliter, nescit tamen speciem peccati, possit illum tantum in genere confiteri, non se accusando de aliquo peccato in particulari. t.1. tr.7. r.4. p.344
Et an qui non habet peccata mortalia, sed tantum venialia, satisfaciat in genere, dicendo se peccasse venialiter, non explicata specie, vel numero peccatorum. ibid. §.3. &c.
An sit peccatum necessario in Confessione explicandum, si quis facit aliquid contra conscientiam dictantem illud confuse, ut peccatum, non determinata materia in particulari, nec unde possit deduci an sit mortale vel veniale. t.1.tr.7.r.5. p.344
Et notatur, quod si quis falso putans hodie esse Vigiliam carnes comedat, an sufficiat dicere in confessione, comedi carnes in die prohibito, quia peccatum ejusdem speciei commisit, ac si vere fuisset Vigilia. ibid. §.3. pag.345
Ex quo infertur agere contra conscientiam non esse speciale peccatum contra speciale præceptum, vel virtutem. ibid. ad medium dicti §.3
An qui cum conscientia erronea fecit aliquid, non tamen in cogitatione distinxit, an illam actionem facere esset peccatum mortale, vel veniale, debeat in confessione talem circunstantiam conscientiæ erroneæ aperire, si postea invenit non esse peccatum mortale illud, quod fecit. t.1. tr.7. r.6. p.345
An sit necessarium in confessione explicare, si quis peccavit scienter, aut ignorantia culpabili. t.1. tr.7.r.7. pag.345
Et quid est dicendum, quando ea ignorantia moraliter vincibilis excusaret à mortali transgressione humani præcepti? Et quid, quando ignorantia est affectata, & maxime si affectata est ad liberius peccandum. ibid.
Et an quando quis peccat ex ignorantia, sint ibi duo peccata, unum ignorantiæ, alterum, quod ex ignorantia admittitur, verbi gratia, est aliquis, qui ex invincibili ignorantia non legit Horas Canonicas, ad quas ratione Ordinis tenetur, an ille peccet duplici peccato, uno ignorantiæ, altero contra virtutem Religionis? Vel si quis ex ignorantia culpabili Decalogi incidat in peccatum homicidij, &c. ibid. §.3. p.346
Idem est de Confessarij ignorantia eorum, quæ ad officium suum pertinent, absolventis eum, quem absolvere non potest. ibid. in fine Res.
An aliqua ignorantia, quæ alias esset mortaliter culpabilis, quæ non sit affectata, aut crassa excusetc à transgressione præceptorum humanorum, quia jus humanum non obligat cum tanto rigore, ut obligat jus divinum? t.1. tr.7. r.8. p.346
An ignorantia Mysteriorum Fidei sit speciale peccatum in confessione explicandum. t.1. tr.7. r.9. p.347
Et an in ordine ad confessionem sit necessarium explicare, cujus præcepti Decalogi fuerit ignorantia, & secus in ignorantia Mysteriorum Fidei. ibid. §.3
Ex quo infertur ignorantem vincibiliter plures articulos Fidei, non committere plura peccata, specie distincta, & secus vero si ignoret plura præcepta decalogi, vel Ecclesiæ. ibid. in fine dicti §.3
Et an ignorantia vincibilis præceptorum Decalogi sit speciale peccatum? Vnde sequitur, quod qui ex ignorantia culpabili nescit scire præceptum non fornicandi, &c. non committit duo peccata mortalia, si de facto fornicetur, occidat, &c. unum negligentiæ sciendi hujusmodi præceptum, alterum fornicationis, & ideo sufficit, ut in confessione dicat fornicatus sum, &c. ibid. §.5. &c.
Et quid est sentiendum, si hujusmodi ignorans præceptum non fornicandi, de facto fornicetur, an teneatur adhuc eam culpabilem ignorantiam, ac negligentiam confiteri, quia periculo transgrediendi illud præceptum se exposuit, & consequenter voluit transgressionem illius. ibid. in eodem §.5
An ignorantia vincibilis sit peccatum speciale distinctum ab eo, cujus est causa? Et in textu hujus Res. multa explanantur, quæ omnia quamvis aliquantulum speculativa videantur, tamen pro Confessariis ea scire est valde necessarium. t.1. tr.7. r.10. p.347
An ut ignorantia dicatur vincibilis, sufficiat te esse obligatum advertere. t.1. tr.7. r.11. p.348
Et quid, si incidenter quis quærat, quibus in rebus possit contingere ignorantia vincibilis. ibid. §.4
An circunstantia interruptionis actus interni sit in confessione toties, quoties exprimenda. t.1. tr.7.r.12.p.349
An circunstantia scandali indirecte voliti sit in confessione aperienda? t.1. tr.7.r.13. & in aliis ejus not. p.349
Sed difficultas, quæ magis affligit in confessione est ista, an sit explicandus numerus personarum, quibus scandalum datum est etiam unico peccato, ut quando, v.g. peccavit quis publice coram multis præbendo eis scandalum. ibid. §.3. & in multis aliis ejus not. p.350
Et quid est dicendum de alio casu passim occurrenti, nempe quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum aliis, an in tali casu teneatur explicare, & exprimere conditionem personarum adstantium, an fuerint conjugatæ, solutæ, &c. & teneatur etiam qualitatem sermonis, si videlicet fuerit circa conjugatos,

conjugatos, circa solutos, circa nefandum crimen, &c. ibid. prope finem dicti §.

An quando unica occasione alii inducuntur ad peccatum mortale, quomodo sit hoc in confessione exprimendum? Hoc est, an talis pœnitens teneatur non solum explicare speciem peccati ad quod suo exemplo induxit, sed etiam exprimendum esse numerum personarum, quas ad tale peccatum traxit? t. 1. tract. 7. ref. 15. p. 351

Et utrum delectationes diversæ, nunc de una soluta, deinde de alia soluta; item de una conjugata, deinde etiam de alia conjugata, &c. si successive habeantur eodem tempore morali possint constituere unum peccatum moraliter in ordine ad confessionem; sicuti possint, si essent illi actus ita simul successive circa eandem sive solutam, sive conjugatam. ibidem §. 7. pag. 352

Et quid est dicendum de illo, qui sæpius decrevit cum eodem fornicari, & ita deinde cum illa pluries fornicatur absque interruptione sufficienti ad multiplicandum peccatum, an tunc unum tantum numero peccatum censeatur admisisse, an vero plura? ibid. §. 13. & in multis aliis ejus not.

An qui suo exemplo occasio est alterius peccati, peccet eodem specie peccati, & debeat hoc necessario aperire in confessione? t. 1. tr. 7. r. 16. à §. 2. & in multis aliis ejus not. p. 352

Et an in scandalo indirecto duplex virtus violetur, sed in ordine ad confessionem satis sit, si exprimas speciem peccati, cujus occasionem absque justa causa præbuisti? ibid. §. 4. à lin. 6. p. 353

Aliquis optabat mala notabilia, & contumeliis afficiebat soforem, quæsivit, an hæc circunstantia esset explicanda in confessione, vel sufficiat dicere, mihi conjunctam contumeliis affeci? Idem est dicendum de Patre, matre, filio, fratre, uxore. t. 1. tract. 7. ref. 17. pag. 353

Et an contumelia in Principem, vel Sacerdotem sit circunstantia mutans speciem? ibid. propè fin. §. 1

An sit explicanda in confessione species contumeliæ, qua quis aliquem afficiat? tom. 1. tract. 7. resolut. 18. pag. 354

Idem est dicendum in detractione, & judicio temerario. ibid. §. 2

Et an desiderans ex odio malum, teneatur in confessione explicare speciem mali? ibid. in fin. §. 3

Et docetur, quod qui rumpit jejunium in Vigilia cadente in Quatuor Temporibus debet explicare utrumque titulum ex natura rei. ibid. §. 4

Item qui peccans quocumque peccato in Ecclesia, an debeat hanc circunstantiam in confessione exprimere, secluſa ignorantia, aut inadvertentia? ibid. §. 5

Et notatur eum, qui toto anno statuit non jejunare, non audire sacrum, non recitare horas Canonicas unum peccatum committere, & sufficienter confiteri, si dicat, habuit propositum non jejunandi, non audiendi sacrum, &c. ibid. §. 8

Item quod qui eodem actu auferret tria vasa trium dominorum, unum peccatum committit, & sufficienter confitetur dicens, semel furatus sum. ibid. ad lin. 7. dicti §. 8.

Et quid, quando quis habuit secum pollutionem cogitans multas uxoratas, vel Moniales? ibid. ad medium dicti §. 8

Et tandem docetur non esse necessarium explicare in confessione gradus affinitatis, vel consanguinitatis personæ ad quam quis luxuriose accedit. Sed ratione reservationis aliquando est explicandus gradus, &c. ibidem §. 9. & seqq. & in plurimis aliis ejus notationum. p. 355

An qui unico impetu profert in servos plures injurias, vocando illos fures, sodomitas, &c. an, inquam aperienda sit quantitas, & numerus injuriarum, & etiam personarum, vel sufficiat accusare se injuriam gravem intulisse alicui, non explicando injurias, neque personas? Et quid, si quem hæreticum, aut Patriæ proditorem, aut quid aliud simile appelles. tom. 1. tract. 7. ref. 19. p. 355

Ubi, an omnes contumeliæ sint ejusdem speciei? ibidem §. 2. à linea 3. & in multis aliis ejus notationum.

Et doctrina supradictæ primæ quæstionis applicanda, & practicanda est in detractionibus, & sic à multis scrupulis & interrogationibus immunes Confessarii erunt. ibid. §. 4. p. 356

Utrùm, itaut in superiori casu sentiendum sit, quando quis infert injuriam pluribus personis, an vero sit necessarium explicare in confessione numerum personarum? t. 1. tr. 7. r. 20. p. 356

Sed resolutio hujus casus pendet ex illa quæstione; utrum in eodem actu possint dari plures malitiæ solo numero distinctæ? ibid. §. 2

Utrum in eodem actu possint dari plures malitiæ solo numero distinctæ, & in confessione aperiendæ? Et de hac quæstione pendet decisio multorum casuum in praxi sæpius occurrentium, & in textu hujus resol. septem casus in exemplum assignantur. t. 1. tr. 7. r. 21. & in aliis ejus not. p. 356

Et tandem notatur, quod si quis uno ictu tres occideret Clericos in tres excommunicationes incurreret. Idem est dicendum de irregularitate. Secus autem, si ter percuteret Clericum, nam tunc unam tantum incurreret excommunicationem. ibid. §. ult. per tot. p. 357

An ratione distinctionis numericæ objectorum peccata numero distinguantur? Et pro praxi hujus quæstionis multi casus cursim adducuntur, sed jam fere omnes magis latè in suis specialibus §§. ad hoc verbum sunt redacti. tom. 1. tract. 7. ref. 22. & in aliis eius notationum. p. 357

An si quis unica voluntate voluisset plures homines occidere, aut pluries ad mulierem accedere, &c. teneatur hanc circunstantiam confiteri? Et quid in dicto casu, unus est Pater proprius, alter Sacerdos, & alius sæcularis? t. 1. tr. 7. r. 23. p. 358

Et quid, si unico actu voluntatis quis desideraret, & delectaret se de tribus fœminis, quarum una esset Monialis, altera conjugata, & alia soluta? Et an secus sit dicendum, si omnes tres essent solutæ, conjugatæ, aut Moniales? ibid. §. 3. ad med. à vers. Sicut, & in multis aliis ejus not. p. 359

An qui successive, & unico impetu ter, v. g. fornicaretur, committat tria peccata, vel unum? Et pro firmanda doctrina hujus quæstionis alii casus adducuntur, sed jam omnes in suis propriis §§. in hoc verbo sunt discussi. t. 1. tr. 7. r. 25. p. 359

An qui unica explosione tormenti bellici occideret decem homines, committat decem peccata in confessione necessario fatenda? t. 1. tr. 7. r. 26. & in multis aliis ejus not. p. 360

Et deducitur, an quando conjugatus cum conjugata adulteratur, & Religiosus cum Moniali habet copulam, contrahant duplicem, & inter se diversam speciem malitiæ? ibid. ante medium §. 4. à vers. & postea, &c. pag. 361

An qui uno conflictu cum pluribus pugnaret, & successive, v. g. occideret tres, committeret unum tantum peccatum? t. 1. tr. 7. r. 27. p. 361

Aliquis habens simplicem complacentiam de homicidio fratrum suorum quæsivit, an commiserit plura peccata, & teneatur hoc in confessione explicare? tom. 1. tr. 7. r. 28. p. 362

Et an qui furatus est centum, satisfaciat in confessione, si dicat, furatus sum quinquaginta? ibid. §. 4.

An, si quis uno continuato sermone in eadem re ter perjuret,

perjuret, sufficiat, si in confessione dicat se falsum jurasse. t.1. tr.7. r.29. p.363

Et notatur quod si quis aliquem uno iræ impetu ter, vel quater pugno percuteret, aut vulneraret, unum tantum numero peccatum committeret. ibidem à linea 6. §.1. &c.

An quando quis profert unico actu convitia in Deum, asserendo sæpius. *Dio ingiusto*, *Dio ingiusto*, teneatur hoc in confessione aperire. t.1. tr.7. r.30. & in aliis ejus not. p.363

Et advertitur, quod in confessione non sunt exprimenda, quæ verba contumeliosa fuerint in Deum, vel Sanctos prolata, ex eo quod omnes contumeliæ sint ejusdem speciei. ibid. §. ult. p.364

An quis teneatur confiteri circumstantiam, seu diversitatem blasphemiarum. t.1. tr.7. r.31. p.364

Et an blasphemiæ in Deum, & Sanctos non differant specie. ibid. §.2. &c.

Et an, si tales blasphemiæ procedant ex odio Dei formali, vel contineant hæresim, teneatur pœnitens explicare in confessione qualitatem blasphemiæ. ibid. ad medium dicti §. & late in Res. 32. p.364

An circunstantia Apostasiæ sit in cõfessione aperienda, vel sufficiat dicere in hæresim lapsus sum. t.1. tr.7. r.33. p.364

Et an Apostasia differat specie ab hæresi, vel an Apostata debeat explicare ad quam sectam transierit. ibidem §.2

An qui peccatum hæresis, vel superstitionis commisit, teneatur in confessione explicare qualitatem superstitionis, vel hæresis. t.1. tr.7. r.34. p.365

An divinationes differant specie, & sint in confessione aperiendæ? Et quid, si per expressum pactum cum Dæmone divinaret, an id esset exprimendum in confessione. t.1. tr.7. r.35. p.365

An peccatum odij adversus proximum non sit peccatum unius speciei, sed plurium, ita ut pœnitentes in confessione teneantur explicare mala volita, v. g. si fuerint circa facultates, vel circa personam, vel circa honorem, &c. t.1. tr.7. r.36. p.365

An jactantia de peccato mortali sit in confessione explicanda species peccati, & circunstantia? Et quid si jactans complaceat se de illo peccato. t.1. tr.7. r.37. & in aliis ejus not. p.365

Et recitanter advertitur, quod licet verba contumeliosa sint diversæ speciei, eo quod per illa objiciantur proximi defectus speciei diversæ, non tamen sunt peccata mortalia contumeliæ specie distincta. ibid. sub finem Res. p.366

Et notatur, quod si de dexteritate, ingenio, virilitate in committendo peccato jacteris, non esse mortale, si audientes intelligant te in peccato non complacere, neque de illo laudari, sed solum de modo, qui in committendo adfuit. t.1. tr.7. r.38. §.2. p.366

Etiamque advertitur, quod si aliquis de peccato te laudet, & tu laudes acceptes, mortaliter peccas, nisi tibi displiceret, & præ verecundia taceres, nisi talis esses ut tacendo stantibus scandalum præberes. ibid. §.3

An si Sacerdos in Missa vel extra Missam Eucharistiam ab aliis consecratam in peccato mortali multis ministrat, debeat hanc circunstantiam in confessione explicare. tom.1. tr.7. res.40. & in plurimis aliis ejus not. pag.367

Et an saltem stando in opinione affirmativa, sufficiat, si se accuset Eucharistiam administrasse in peccato mortali sine expressione, & numero personarum, quas communicavit. ibid. §.3

Et an hoc intelligatur de aliis Sacramentis excepta Eucharistia. t.1. tr.7. r.41. prope finem, vers. Et hoc &c. pag.367

Et quid, quando Minister esset in aliquo gravissimo peccato, & extraordinario, aut si sit multis, & gravibus peccatis irretitus. ibid. ad lineam 4. §.2

An qui in peccato mortali excipit confessiones multorum, non solum peccet mortaliter, sed teneatur hanc circunstantiam in Confessione aperire? Et an teneatur explicare numerum personarum, etiam si successive eos absolvat. t.1. tr.7. r.42. p.367. & ex r.27. §. Nec, &c in plurimis eorum not.

An Confessarius, qui incipit audire confessionem in peccato mortali, sed postea ante absolutionem elicit actum contritionis, teneatur postea quando confitetur, explicare se illam confessionem incepisse in statu peccati mortalis. tom.1. tract.7. resol.43. & in aliis ejus not. pag.368

Quidam Confessarius ex negligentia culpabili non interrogavit pœnitentem de circunstantia necessaria ad confessionis integritatem, quæritur an teneatur monere pœnitentem de defectu commisso? Et quid si defectus hujusmodi esset conjunctus cum damno tertij, vel ipsius pœnitentis. tom.1. tract.7. res.44. & in aliis ejus not. pag.368

Et notatur pro consolatione Confessariorum, quod omittere aliquam interrogationem necessariam per inadvertentiam, aut oblivionem non erit mortale. ibid. §.4

An Confessarius, qui statim post confessionem sollicitavit pœnitentem, & rem habuit cum illa, teneatur hanc circunstantiam confiteri? Et quid, si tale peccatum committitur unico die post confessionem, vel proximè ante illam. t.1. tr.7. r.45. p.368

Consultus sum sæpius; An Confessarius, qui carnaliter pœnitentem cognovit, teneatur in Confessione exprimere hanc circunstantiam, vel an sufficiat tantum dicere se copulam cum conjugata, vel soluta habuisse. t.1. tr.7. r.46. p.368

An in opinione, quam in Res. 12. refutavimus, quod Confessarius obligetur confiteri circunstantiam copulæ cum filia confessionis, teneatur id facere, si cum vero filio Confessionis accubaret. tom.1. tract.7. resolut.48. pag.369

Et notatur, quod stando in opinione, quod Confessarius teneatur confiteri circunstantiam copulæ cum filia spirituali, non tenetur tamen confiteri circunstantiam tactus, aut pollutionis habitæ inter fœminæ fœmora. ibidem in fine. Res.

Etiamque advertitur, ante Bullam Greg. XV. Confessarios sollicitantes viros in confessione non esse denunciandos. ibid. §.3

An concubina possit confiteri cum Confessario concubinario? Et an vero copula cum Confessario, vel pœnitente sit necessario in confessione aperienda? Et quid, si de illa interrogaretur à Confessario. t.1. tr.7. res.49. §.1. & 2. p.370

Et an Confessarius, qui peccata pœnitentis audivit, & non absolvit, si postea cum ipsa, vel cum filio Confessionis accubaret; vel è contra, contrahat circunstantiam aggravantem, vel mutantem speciem. ibid. §.3

Vtrum in confessione aperienda sit circunstantia complicis, si ex hac nullum damnum sequatur complici præter infamiam apud Confessarium. t.1. tr.7. r.50. & in aliis ejus not. p.370

Et an nec etiam in articulo mortis possit quis licite talem circunstantiam confiteri. ibid. §.3

An peccatum sit explicandum in Confessione, non obstante, quod Confessarius cognoscat complicem. tom.1. tr.7. r.51. p.371

Quis manifestavit complicem in confessione, cum haberet copiam adeundi alium Confessarium, cui non erat notus complex; in alia vero confessione, eum scrupulum de hoc haberet, manifestavit Confessario, qui sacrilegam putavit primam Confessionem, dum in ipsa pœnitens peccavit mortaliter manifestando peccatum occultum proximi sine necessitate, ideo repetendam esse dicebat. Consultus ego de hac re ab ipsomet pœnitente negativè respondi. t.1. tr.7. r.52. p.371

Ex

Ex quo deducitur, an sit peccatum mortale revelare crimen occultum uni, vel duobus viris prudentibus, qui secreto retinebunt? ibid. à lin. 3. §. 1. & in multis aliis ejus not.
Et an aliter faciendo in supradicta quæstione teneatur pœnitens ad restitutionem famæ? Et an sit aptior modus restituendi famam in dicto casu si extra Confessionem dicat Confessario sub eodem sigillo, erravi, dum tibi unum complicem pro alio dixi. t. 1. tr. 7. r. 53. §. 3. p. 372
An si quis perpetravit aliquod delictum carnale in die Jovis sancti, vel eo die, quo ad Confessionem accedit, teneatur postea in Confessione aperire hanc circunstantiam? Idem est dicendum, si aliquis peccatum perpetravit in die, qua sacram Eucharistiam sumpsit, vel in die alicujus magnæ festivitatis. t. 1. tract. 7. res. 54. pag. 372
Et infertur, an circunstantia diei festi sit in confessione aperienda, ut blasphemare, pejerare, furari, &c. ibid. in fine §. 1. & in aliis ejus not.
An si quis statim post communionem fornicaretur, teneatur hanc circunstantiam in confessione explicare? t. 1. tr. 7. r. 55. p. 372
An suscipiens Eucharistiam in peccato mortali, & qui facit in Quadragesima confessionem invalidam committat duplex peccatum in confessione explicandum? t. 1. tr. 7. r. 56. p. 373
An qui in statu peccati mortalis, & non jejunus sumit Eucharistiam peccet duplici peccato in Confessione explicando? t. 1. tr. 7. r. 57. p. 373
An qui non audit Missam in die Dominico, in quem incidit festum alicujus Sancti, satisfaciat dicendo in confessione, se in die festo semel Missæ sacrificium prætermisisse? Idem quæritur, si eodem die duplici titulo jejunandum sit. Et idem est, si quis festum violasset opere servili ratione duplici festo occurrente. t. 1. tr. 7. resolut. 58. §. 1. & 2. & in aliis eorum notationum. pag. 374
An si quis omisit sacrum propter studium, teneatur explicare in confessione hanc circunstantiam, ut peccatum distinctum ab ipsa omissione? t. 1. tr. 7. resol. 59. & 60. pag. 374
Et an actus, qui fiunt ab operante post propositum omittendi præceptum, ut si quis, v. g. proponeret omittere Missam propter pigritiam, vel aliam causam, & postea tempore celebrationis Missæ domi studeret, aut ambularet, an inquam, hi actus dicantur causa omissionis Missæ, & consequenter sint peccata? ibid. §. 2. res. 60. pag. 375
An sit necessarium in Confessione ipsam omissionem explicare, vel sufficiat tantum se accusare de causa omissioni data? t. 1. tr. 7. r. 61. p. 375
An si Clericus, v. g. in diuturna navigatione abjiciat Breviarium, teneatur aperire hanc circunstantiam, vel ei sufficiat dicere, vigesies, v. g. omissi horas Canonicas? t. 1. tr. 7. r. 62. p. 375
Et notatur pro praxi, quod propositum omittendi, ut & actus ille, quo quis ademit actum præcepti exequendi, & exercendi per accidens in Confessione explicandum est, ut si quis, v. g. proposuit per multos dies Officium divinum omittere, sed deinde propositum mutans non nisi quinquies omisit. Idem dicendum est de aliis similibus. ibid. §. 2
Etiamque advertitur eum, qui post abjectum Breviarium dolet de causa omissionis data, non amplius peccare omittendo horas, quandiu novam negligentiam in comparando Breviarium non admittit. ibid. §. 3
An sufficiat, si pœnitens dicat in Confessione anno integro omisi Officium divinum, vel non restitui, licet aliquoties intra annum doluerit de culpa, & statuerit recitare, vel restituere, & propositum postea non adimpleverit? t. 1. tr. 7. r. 63. p. 376
An qui omisit aliquo die omnes horas Canonicas, vel notabilem illarum partem, teneatur in confessione aperire id, quod omisit, vel sufficiat dicere se mortale peccatum commisisse in non persolvendo divinum Officium? t. 1. tr. 7. r. 64. p. 376
Et notatur, quod habens plura beneficia non committit tot peccata, quot sint beneficia in omissione horarum Canonicarum. ibid. in fine res.
Utrum, qui ratione Ordinis sacri, & beneficii tenetur persolvere horas Canonicas, si illas non recitet, peccet dupliciter, & sit ista circunstantia in Confessione aperienda? t. 1. tr. 7. r. 65. p. 376
An si quis recitando Officium divinum vidit mulierem, & concupiscit eam, teneatur non solum illam pravam concupiscentiam confiteri, sed etiam dicere, quod tale peccatum admisit Psallendo, vel orando? t. 1. tract. 7. res. 66. p. 376
Et an qui orat non solum in peccato mortali, sed etiam cum proposito actuali, & voluntate peccandi mortaliter, peccet? ibid. ad medium, §. ult. p. 377
An si quis in die jejunii comedit carnes, & lacticinia, an distincta peccata commiserit, & in confessione aperienda? t. 1. tr. 7. r. 67. p. 377
Et notatur, quod qui vovit aliquo die jejunare, non toties peccat, quoties in illo die carnes comedit. ibidem §. ult. & in aliis ejus not.
Et an qui dixit peccatum oblitus alicujus circunstantiæ, satisfaciat postea in alia Confessione explicando gravitatem circunstantiæ oblitæ? t. 1. tract. 7. resol. 68. pag. 377
An Sacerdos, vel initiatus sacris Ordinibus, si aliquem percutiat, teneatur in Confessione explicare hanc circunstantiam? t. 1. tr. 7. r. 69. p. 377
An Prælato præcipienti aliquid sub præcepto obedientiæ, si subditus non obediat, peccet dupliciter, & teneatur hanc circunstantiam in Confessione aperire? t. 1. tr. 7. res. 70. p. 378
An Prælatus, si omittat correctionem subditi, satisfaciat in Confessione dicendo omisi correctionem proximi? t. 1. tr. 7. r. 71. p. 378
Idem est dicendum de Patre, tutore, Domino respectu mancipii, non autem respectu famuli ob salarium servientis. ibid. sub fin. res.
An Episcopus, & Generalis alicujus Religionis, si peccet mortaliter, teneatur explicare hanc circunstantiam? t. 1. tr. 7. r. 72. p. 378
Et notatur, quod Episcopus fornicans non tenetur circunstantiam Episcopatus fateri, nisi fornicatio illa ab Episcopo, seu Generali Religionis admissa, ita publica esset, ut scandalum pareret. ibid. ad medium §. 2
Utrum Sacerdos, vel Religiosus professus satisfaciat in Confessione, si dicat se violasse votum castitatis, non manifestando votum solemne, quod habet? t. 1. tr. 7. r. 73. & in aliis ejus not. p. 378
Et notatur eum, qui votum castitatis simplex in sæculo, vel Novitiatu emisit, & postea in Religione professus est, vel si post votum simplex castitatis sacris Ordinibus initiatus est, sufficere, si dicat se habere votum castitatis, & non tenetur explicare circunstantiam sacrorum Ordinum, vel professionis in Religione? ibid. §. ult. p. 379
Sacris Ordinibus initiati exercentes actum venereum exteriorem, quot peccata committant? Et quot peccata committant in solo appetitu, & voluntate interiori? t. 1. tr. 7. r. 74. §. 1. p. 379
Et resolutio dictarum quæstionum pendet ex illa celebri, an obligatio continentiæ annexa Ordini sacro sit immediate à lege Ecclesiastica, vel à voto? ibid. §. 2
Et notatur, quod si quis non vult vovere, sed cum expresso animo non vovendi suscipiat Ordinem sacrum, & fornicatur, in illo actu fornicationis non peccat, peccato Sacrilegij contra votum, quia non est aliquod votum,

votum, sed peccabit tamen non emittendo votum, quod emittere debet. ibid. §.6. p.380
Et an si quis in sacris, & cum voto initiatus attentet contrahere matrimonium, & illud attentatum consummet, an tunc etiam peccet contra præceptum Ecclesiæ prohibentis matrimonium contrahere, & ideo in hoc casu tripliciter peccet? ibid. post med. dicti §.6. vers. Secus.
An Religiosus professus, qui emittit votum de non committenda mollitie, vel fornicatione, teneatur explicare hanc circunstantiam voti emissi post professionem; & idem quæritur de sacerdote, vel sacris Ordinibus initiato? t.1. tr.7. r.75. p.381
An quando aliquis solus se polluit tangendo aliquem professum, vel in sacris constitutum, teneatur explicare hanc circunstantiam? t.1. tr.7. r.76. p.381
An Regularis, vel Monialis, vel aliquis in sacris constitutus, si sæcularem polluat, committat sacrilegium? Et an patiens in prædicto casu pollutionem circunstantiam personatum teneatur aperire? tom.1. tract.7. resol.77. p.381
An mulieri peccanti cum Religioso satis sit dicere se commisisse sacrilegium cum sacerdote, vel initiato sacris Ordinibus? t.1. tr.7. r.78. p.382
An mulier habens rem cum Novitio, vel solutus cum Novitia Religiosa teneatur aperire hanc circunstantiam? Et quid, si mulier haberet rem cum Clerico Minorum Ordinum? tomo primo, tract.7. resol.79. pag.382
An si quis fornicaretur gestando aliquod frustulum Reliquiæ sanctæ Crucis, Clavorum, vel Spineæ Coronæ, aut Hostiæ consecratæ occultæ, debeat necessario hanc circunstantiam in confessione explicare? tom.1. tr.7. r.80. p.382
Idem est, quando non solum quis cum complice peccaret, sed etiam cum polluerit se ipsum. ibid. §.4. p.383
Et idem, si Parochus dum iret cum sacro oleo ad ministrandum Sacramentum Extremæ-Unctionis in itinere cum illo rem haberet cum muliere? ibid. §.5
An gestatio Reliquiarum in actu venereo, vel illas amasiæ dare, sit circunstantia in Confessione aperienda? Idem est de Agno benedicto, vel calculo cum Indulgentia. t.1. tr.7. r.81. & in aliis ejus not. p.383
Et quid, si prædictæ res dentur amasiæ non ex gratitudine, & benevolentia, sed tanquam pretium actus venerei, an in isto casu esset sacrilegium hoc facere? ibid. ad medium res.
An si quis haberet concubitum cum vestibus sacris, istæ polluerentur, & deberet hanc circunstantiam in Confessione aperire? Et an in tali casu vestes sacræ debeant iterum benedici? t.1. tr.7. r.82. p.383
Et cursim docetur perditissimos homines in ore coïre, & in hoc casu turpitudo illa contra naturam consistit, unde hoc in Confessione explicandum est. ibid. §.2
An sit circunstantia aperienda in Confessione, si quis haberet copulam in Oratorio alicujus domus, in quo de licentia Episcopi Missæ celebrantur? Idem dicendum est, si copula haberetur in Sacristia Ecclesiæ, vel in porta Ecclesiæ à parte externa Ecclesiæ; vel in Monasterio in Cellis Religiosorum, etiamsi superior Conventus singulis noctibus benedicat dormitorium, & aqua aspergat lustrali, & ibi sit Altare ad celebrandum. t.1. tr.7. r.83. p.384
An si quis mœchatus est in Refectoriis, Cubiculis, Bibliothecis, Dormitoriis, & Monasteriis Regularium, & de Cameris, & Campanilibus Ecclesiæ adhærentibus teneatur hanc circunstantiam in Confessione explicare? t.1. tr.7. r.84. p.384
Et an si quis furetur aliquid in supradictis locis, quod sit notabile, teneatur in Confessione aperire hanc circunstantiam, vel sufficiat dicere furatus sum? ibid. in fine res.
An sit circunstantia aperienda in Confessione copula inter conjugatos habita in loco sacro? Et quid si per longum tempus in illo loco aliquis ex conjugatis detentus sit? t.1. tr.7. r.85. p.384
Et quid, si ibi nullo modo conjuges concluси sint? ibidem §.4
Et quod vero longum tempus sit, & intelligatur? ibid. §.1. & 2
An tactus impudici facti in Ecclesia habeant specialem malitiam sacrilegii mortalis necessario in Confessione explicandam? Et quid est dicendum de turpi aspectu, aut nutu, aut levi verbo, maxime quando in transitu, & sine notabili mora, & scandalo fiunt? t.1. tract.7. res.86. p.384
An pollutio occulta facta in Ecclesia contineat sacrilegii malitiam necessario in Confessione explicandam? Idem quæritur de fornicatione. t.1. tract.7. resol.87.88.89. p.386. & 387
Ex quibus colligitur ratio ob quam blasphemare, vel loqui turpia, oscula, & tactus in Ecclesia non habent malitiam sacrilegii. ibid. inter principium, & medium §.1. à vers. Hinc.
An si quis percutiat bacculo, ense, &c. aliquem in Ecclesia, debeat hanc circunstantiam in Confessione explicare? t.1. tr.7. r.90. p.386
Et quid, si percussio, vel occisio hominis in Ecclesia fiant, cum effusione sanguinis? ibid. §.2. & seq.
Et asseritur Ecclesiam multis pollui, & pro praxi aliqui casus assignantur in textu hujus resol. in quibus decidit, quando Ecclesia polluatur, necne.
An si quis peccavit cum muliere habente votum virginitatis pro prima copula, & non ultima, teneatur explicare tactus, & oscula post copulam cum ipsa sequuta? Et dubium est, an oscula, & tactus, quæ copulam subsequuntur, novam aliam malitiam contineant, & in Confessione ob hanc rationem explicari debeant? t.1. tr.7. r.91. & in aliis ejus not. p.387
Et notatur delectationem, & gaudium de copula habita immediate post illam novam malitiam non addere, neque in Confessione necessario explicandam. ibid. §.5. pag.388
An vir, qui prima vice virginitatem amisit, teneatur hanc sui floris circunstantiam in Confessione aperire? t.1. tr.7. r.92. p.388
An Virgines, quando sponte primo fornicantur, teneantur in Confessione hanc circunstantiam explicare? t.1. tr.7. r.93. p.389
Et an peccatum Virginis, si sponte consentiat, sive sit, sive non sit sub cura tutorum, aut Parentum, non sit peccatum stupri, sed simplicis fornicationis, & ideo ista circunstantia non est in Confessione aperienda. ibid. §.2. à lin.2
Ex quo infertur, & rectè, quod Virgo, quæ morosè delectatur, circa aliquem non tenetur aperire in Confessione circunstantiam virginitatis, & dicere se, cum esset Virgo, delectationem de juvene susceпisse, & etiamsi Virgo se polluat cogitando super illum. ibid. §.3
Secundo infertur, juveni, qui morosè delectatur de Virgine, sine tamen voluntate inferendi ei violentiam, sufficere, si dicat, in Confessione, se delectationem habuisse circa fœminam solutam. Idem dicendum est, si cum Virgine copulam habuerit, nam si sponte consentit, sufficit dicere, se toties copulam habuisse cum soluta. ibid. §.4. in principio, &c.
Et notatur non esse explicandam Sodomiam commissam fuisse cum Virgine, sed sufficere, si dicatur in Confessione commissam fuisse cum fœmina. ibidem in fine dicti §.4
Etiamque advertitur, sat esse stuprantem fœminam per vim, fateri se commisisse simplicem fornicationem per vim. ibid. §.5
Et tandem cursim docetur, quod quando Virgo sola polluitur,

polluitur, non tenetur explicare circunstantiam virginitatis. ibid. §. ult.

An raptus sit circunstantia necessario confitenda, si virgo sponte consentit? Et quid, si Parentes actualiter repugnent, quia tunc fit eis manifesta vis, an tunc erit talis circunstantiain confessione aperienda? t. . tr. 7. r. 94. & 95. p. 389. & 390

Et docetur, quod quando Virgo sponte consentit, stuprum, & raptus non differt à simplici fornicatione, & sic sufficit, ut in confessione quis dicat: fornicatus sum semel. ibid. ante medium §. 2. dictæ r. 94. p. 389

Nec tenetur corruptor ad aliquam restitutionem faciendam Virgini, vel Parentibus, quia volenti, & consentienti non fit injuria, & Virgines sunt dominæ sui corporis, non autem Parentes, aut tutores. ibid. ad medium dicti §. 2. &c.

An sponsus, & sponsa de futuro, & cum eis se carnaliter commiscentes, teneantur in confessione istam circunstantiam explicare? tom. 1. tractat. 7. resolut. 96. pag. 390

An uxoratus, si peccet cum conjugata, teneatur in confessione hoc exprimere, vel sufficiat tantum dicere se commisisse adulterium? t. 1. tr. 7. r. 97. p. 391

Utrum copula uxoricidæ, vel adulterii cum promissione matrimonii sit circunstantia in confessione aperienda? tom. 1. tr. 7. r. 98. p. 391

Si quis coïtum habeat cum qua nequit inire matrimonium ob impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis an sit circunstantia explicanda in confessione? Et quid, si quis rem habeat cum cognata spirituali in eo gradu in quo hæc cognatio matrimonium dirimit? Et quid de concubitu cum cognatis legalibus? Et quid, si accessum habeat cum consanguinea sponsæ suæ de futuro contra publicæ honestatis impedimentum? ibid. §. ult.

An circunstantia modi in copula sit in confessione aperienda? t. 1. tr. 7. r. 99. & in aliis ejus not. p. 392. Et quid, si adsit periculum effundendi semen. ibid.

Et notatur, quod aliquando hoc efficitur sine culpa veniali, ubi non captandæ voluntatis hoc efficitur, sed aliqua justa causa interveniente propter pinguedinem viri, vel propter periculum ne proles suffocetur. ibidem. §. 2

Etiamque advertitur, quod uxor tenetur reddere debitum, etiamsi vir cum copula veniali ex variatione situs velit copulam complere. ibid. §. 3. &c.

An conjugati, quando delectantur morose de aliquo objecto libidinoso, teneantur in confessione explicare circunstantiam conjugii, videlicet se esse conjugatos? tom. 1. tract. 7. res. 100. & 101. & in aliis notationum. pag. 392. & 393

Et docetur delectationem de aliquo opere in eo sensu sumere malitiam ab illo, quod respiciat opus, seu objectum hoc, aut illo modo sub quo opponitur virtuti; ac proinde quamvis delectatio sit de opere malo, si tamen illud non respicit ut malum, ei ut sic se conformando, aut sub motivo, sub quo elicita non opponitur virtuti, non erit mala saltem mortaliter. ibidem §. 4. in principio, &c. supradictæ resolut. 100. pagina 392

Unde delectatio de occisione quamvis injusta, non est mortalis, quando est de illa, quatenus est honeste utilis sive occiso, sive ipsi, qui de ea delectatur. Similiter delectatio de esu carnium, quamvis prohibito, quando est de illo, ut est delectabilis gustui ob rationem dictam. ibid. paulo inferius dicti §.

Et ob eam rationem delectatio Patris de morte filii, quia eum non potest commode sustentare: & è contra delectatio filii de morte Patris, quia ei succedit in bonis. Item delectatio Beneficiarii de morte sui Pensionarii, quia liberatur à debito solvendi pensiones, hæc non sunt mortalia. ibid. paulo inferius dicti §.

Et idem est de desidério simplici, quo prædicti desiderant supradictis mortem ob dicta motiva, & non ob odium, neque ob aliud motivum malum, & mortale. ibidem paulo inferius dicti §.

Et cursim docetur, quod qui habet votum Castitatis debet votum explicare, quando ipse consilio, vel auxilio causa fuit, ut alii tale votum non habentes peccarent. t. 1. tr. 7. r. 101. sub finem. à vers. Nota, p. 393

An si vir, ut possit coïre cum uxore, cogitat alienam, teneatur hanc circunstantiam in confessione aperire? t. 1. tr. 7. r. 102. p. 394

An delectatio morosa sumat malitiam de opere externo, ita ut necesse sit in confessione aperire circunstantiam operis, & exprimere objectum v. g. si mulier de qua sumpta est delectatio fuerit conjugata, Monialis, libera, &c. t. 1. tr. 7. t. 103. 104. & in aliis earum not. p. 394. & 395

Et notatur, quod ex doctrina supradictæ quæstionis excipiuntur duo casus. Primus est conjugatorum. Secundus est habentium votum absolutum castitatis, hi enim in quavis delectatione morosa non solum peccant contra castitatem, sed etiam illi contra fidem datam in matrimonio, & isti contra Religionem. ibidem. §. 3. pagina 395

An in delectatione morosa circunstantia de copula sodomitica sit in confessione aperienda? tom. 1. tract. 7. resol. 105. p. 395

Et pro elucidanda doctrina hujus quæstionis aliæ cursim in exemplum adducuntur in textu hujus res.

An qui delectatur de peccatis confessis, teneatur explicare illa? Et an hoc procedat in casu, quo Religiosus delectatur de adulterio alias commisso, si de eo delectatur, non quantum fuit injuriosum marito adulteræ, sed solum quatenus fuit fornicatio? t. 1. tract. 7. resol. 106. §. 1. p. 396

Et advertitur, quod si sola esset jactantia de peccatis mortalibus in genere, sufficit dicere in confessione, toties peccavi laudem, & gloriam quærendo de peccatis mortalibus, licet non specificentur illa peccata mortalia, quæ forte non fecit, vel alias quis confessus est. ibidem. §. 4. p. 397

Insuper docetur, quod si quis coëat cum aliquo, & postea cum fratre illius, sufficit in confessione exprimere duo peccata nefaria, nam nulla affinitas oritur ex actu præpostero, & extra vas debitum. ibid. §. 5. &c.

Item si sodomia commissa est cum persona cognata cognatione spirituali, vel legali, non est necessario explicanda circunstantia cognationis, ut si quis congressus cum persona à se baptizata, vel levata ex Baptismo, vel cum adolescente sibi in filium adoptato. ibid. ad medium §. ult. &c.

An qui commisit incestum cum matre, vel filia, aut sorore debeat explicare circunstantiam personæ sive junctæ sanguine, vel affinitate naturali, vel legali, aut spirituali, an satisfit dicere: pollui me peccato incestus duabus vicibus, &c. t. 1. tr. 7. r. 107. & in aliis undecim locis ejus not. p. 397

Et cursissimè docetur, quod incestus cum noverca, si Pater vivat, habet malitiam specie distinctam, ac haberet, si Pater obiisset, etiam si noverca virum alium duxerit. t. 1. tr. 7. r. 108. in fine. p. 398

Et an consanguinitas sit distinguenda in confessione ab affinitate? tom. 1. tract. 7. resol. 111. §. 2. & in aliis ejus not. p. 399

Sed notatur diverso modo violari pietatem cognatorum occidendo, quam fornicando, & hoc etiam intelligendum est etiam in Sacrilegiis, v. g. diverso modo violatur Religio fornicando cum Virgine Sacrâ Deo, quam percutiendo illam. tom. 1. tract. 7. t. 109. §. ult. pag. 398

Quis concupierat sæpius habere copulam cum matre, & filia, quæsivit, an teneatur istam circunstantiam aperire in confessione? t. 1. tr. 7. r. 111. §. 1. p. 399

An si quis commisit fornicationem, sufficiat, si dicat in confessione commisi grave peccatum in materia castitatis cum soluta? tom.1. tractat.7. resolution. 112. pagina 400

An copulam consummatam fuisse sit explicandum in confessione? Id est an sufficiat in confessione explicare peccatum grave contra castitatem habitum cum soluta, &c. non explicata copula consummata. t.1. tr.7. r.113. p.400

Ex quo deducitur, an etiam si quis consilio directe induxerit aliquem ad fornicandum, satisfaciat, si postea in confessione dicat: Induxi meo consilio aliquem ad grave peccatum contra castitatem cum soluta, &c. ibid. à linea 6. §.1

An qui commisit verbi gratia, fornicationis peccata cum tribus fœminis, teneatur in confessione dicere se cum tribus fœminis fornicatum esse, vel satisfaciat dicendo ter se fornicatum fuisse. tom.1. tractat.7. resolut.114. pag.401

An confitenda sit circunstantia inductionis ad peccatum, si alter ad peccatum paratus esset, ut si quis fornicaretur cum muliere parata. tom.1. tract.7. resolut.115. pag.401

Et notatur, quod quando quis utitur aliqua persona parata, ut maleficium solvat alio maleficio cum pacto Dæmonis, an teneatur hanc circunstantiam explicare? Et advertitur, quod tenetur confiteri peccatum additionis sagæ, vel sagi. ibid. §. Notandum, & seq.

An si quis peccavit cum fœmina, sufficiat de hoc se accusare non addendo se illam invitasse. tom.1. tract.7. res.116. p.402

Et an fatenda sit circunstantia scandali, si fœmina virum paratum sollicitasset. ibid. §.2. à linea 8

Et an necessario fatenda sit inductio facta extraordinariis precibus, & æquivalentibus violentiæ morali. ibid. in fine dicti §.2

Et an numerus fœminarum, quibus cum adulterium, v.g. fuit commissum, sit in confessione explicandus. ibid. in fine §.1. &c.

An circunstantia durationis temporis sit in confessione aperienda? Et an quando fuerit nimia explicari oporteat. t.1. tr.7. r.117. p.402

Et an si donatur casus, in quo pœnitens in memoriam haberet omnes delectationes morales, verbi gratia, quas per annum habuit, teneatur in confessione aperire talem durationem temporis, vel sufficiat dicere, toties morose delectatus sum. ibid. §.2. à linea 5

An qui tota nocte dormivit cum muliere concubina, teneatur in confessione explicare hanc circunstantiam, vel sufficiat confiteri numerum copularum. t.1. tr.7. res.118. & in aliis ejus not. p.402

An si quis fornicatur, teneatur non solum explicare actum, sed circunstantias, ut tactus, oscula, &c. quæ subsequuntur per copulam. tom.1. tract.7. resol.119. pag.403

Idem docetur de gaudio, aut collocutione consequente ad præhabitam fornicationem, licet intercesserit magna interruptio temporis inter copulam & consequentia ad illam. ibid. §.3. &c

Quidam adivit meretricem, ut ejus tactibus frueretur sine intentione fornicandi, & postea fornicatus est, quæritur, an sufficiat in confessione explicare fornicationem tantum sine tactibus. tom.1. tract.7.res.120. pag.403

Et docetur, quod non in isto casu, sed in aliis ordinariis tactus, & oscula non sunt explicanda, quando ordinantur, & sunt inchoationes ad copulam, vel sequuntur fornicationem. ibid.

An sufficiat, ut meretrix inveterata in confessione tantum manifestet tempus ejus officij? Et an saltem præter tempus oporteat, ut principales species peccatorum, quas possit numerare, dicat, ut si cum Clericis, Religiosis, propinquis, conjugatis peccaverit, vel si crimen nefandum cum ipsis commisit. tom.1.tr.7.r.122. pag.404

Ex quo sequitur, quod quando pœnitens per longum tempus fuit in malo statu aut consuetudine iterationis alicujus peccati, itaut non possit designare numerum, quantum humanitus fieri potest, satisfacit declarando tempus, quo fuit in tali statu, & consuetudine. ibid. §.3. &c.

Ex quo etiam infertur, quod Rustici homines, qui agresti, & inculto modo confitentur sine numero, & diligentia, cogendi non sunt repetere confessiones factas cum indoctis Parochis. ibid. §.4. &c.

An pœnitens à Confessario interrogatus teneatur confiteri se habuisse consuetudinem peccandi. tom.1. tr.7. res.123. & in aliis ejus not. p.404

Et an in tali casu possit pœnitens uti æquivocatione, Confessarium illudendo. ibid. §.2. &c.

An consuetudo peccandi sit circunstantia aperienda in confessione. t.1. tr.7.r.124. p.405

Et quid, quando consuetudo illa peccandi fuisset ex occasione proxima. ibid. à linea 4. §.2

An circunstantia recidivæ sit aliquando confitenda? Et an Confessarius propter consuetudinem peccandi possit differre absolutionem. tom.1. tract.7. resolut.125. pag.406

Et an Confessarius jus non habeat ad interrogandum de consuetudine peccandi, quia nullo præcepto humano induci potest, quod pœnitens obligetur peccata legitime confessa repetere, quando non intervenit reservatio, imo licet interveniat reservatio, non potest pœnitens obligari ad iterum confitendum peccata. ib. §.2. pag.407

Et ideo infertur, quod si pœnitens probabiliter credat Confessarium non impensurum illi absolutionem, si fateretur consuetudinem peccandi, possit æquivocatione utendo negare consuetudinem? Et an hoc ultimum procedat, si etiam credat absolutionem se nacturam. ibid. §.4. &c.

Idem est de occasione proxima inevitabili tamen sine magno incommodo & scandalo; nam in tali casu posset etiam pœnitens uti æquivocatione, licet à Confessario de tali occasione interrogetur. ibid. ante medium dicti §.4. &c.

An concubitus viri Christiani cum muliere Infideli, Turca, Iudæa, Hæretica, &c. sit circunstantia in confessione aperienda? Et quid, si hic casus fuisset ab Episcopo reservatus. tom.1.tract.7. res.126. p.406

Et an hoc peccatum pertineat ad Sacrilegium, quia talis conjunctio est prohibita ab Ecclesia in honorem Christianismi. ibid. in fine §.1. p.407

An Dominus peccans cum servo, vel serva infideli debeat in confessione hanc circunstantiam explicare. t.1. tr.7. r.127. p.407

An qui copulam sodomiticam habuit cum infideli, vel copulam cum Hæbrea, aut hæretica debeat explicare in confessione circunstantiam personæ. t.1. tr.7. r.128. pag.407

An si frigidus, vel Eunuchus haberet copulam cum muliere, deberet aperire hanc circunstantiam in confessione. t.1.tr.7.r.129. & 130. p.408

Et observatur in hujusmodi personas etiam in confessione peccatorum infernorum adesse obligationem explicandi talem circunstantiam, nisi forte fuerint desideria, quæ talem malitiam præscinderent. ibid. post medium §.2

An qui contra naturam peccavit cum mare, vel fœmina, vel cum bestia diversæ speciei, debeat explicare circunstantiam maris, vel fœminæ, aut bestiæ hujus vel alterius generis. t.1.tr.7.r.131. & in multis aliis ejus not. p.409

Et quid, si circunstantiam fœminæ, vellet pœnitens aperire propter reservationem, ne videretur incidisse in casum sodomiæ reservatum. t.1. tr.7.r.132. in fine p.409

An

An in peccato sodomiæ teneatur quis exprimere in confessione, an fuerit agens, vel patiens, aut gradus cognationis carnalis? t.1.tr.7.r.133. & in aliis ejus not.p.409

Et an peccata omnia contra naturam sint unius speciei infimæ, & non subalternæ? ibid. §. ult. &c.

Et quid tamen, si patiens præter cooperationem ad pollutionem alterius, pateretur ipsemet aliunde pollutionem in illa actione? t.1.tr.7.r.136.ad lin.9 §.2.p.410

An coitus sodomiticus inter masculos in primo, & secundo gradu habeat etiam malitiam incestus, & sit in confessione aperiendus gradus consanguinitatis, vel affinitatis. Et quid, si intra tertium, & quartum gradum sodomia committatur? t.1. tr.7.r.137. & in aliis ejus not. pag.410

Et cursim notatur impuberes commiscentes se cum consanguineis, vel affinibus non esse inclusos in casu reservato incestus. ibid. §.3. p.411

An qui copulam sodomiticam habet cum baptizato à se, vel cum eo, quem levavit ex Baptismo, teneatur in confessione hanc circunstantiam explicare? tom.1. tract.7. resol.139. p.412

Et quid, si actus sodomiticus est commissus cum filio adoptato, vel adoptata? ibid. in fine. §.1. &c.

An si quis coïens cum homine, & supercubans sicuti super mulierem teneatur aperire hanc circunstantiam, si tantum se polluat, vel satis sit dicere in confessione tactu alterius mollitiem commisi, vel pollutus sum tangendo alterum impudice? t.1. tr.7. r.140. p.412

An mollities consummata cum puero mutet speciem? t.1.tr.7. r.141. p.413

An qui pollutionem habuit cum puero nondum doli capaci; vel cum fœmina dormiente, vel cum bestia circa cubitum, teneatur in confessione præter pollutionem has circunstantias explicare? Et tota doctrina hujus res. subtilis est, & curiosa. t.1. tr.7. r.142. & in aliis ejus not. pag.413

An si quis cum virgine copulam sodomiticam habuerit, teneatur in confessione explicare circunstantiam virginitatis? t.1. tr.7. r.143. p.414

Et cursim docetur pœnitentem non teneri exponere se sodomiam habuisse cum fœmina, quia sodomia cum muliere, aut cum viro solum differunt in genere entis, non in genere motis. ibid. in fine. &c.

Vir quidam habebat magnam verecundiam aperire in confessione se sodomiam commisisse cum uxore; quæsierunt à me per literas Doctorum opiniones circa præsentem casum. Et supponitur in dictam copulam sodomiticam uxorem consentire. t.1. tr.7.r.144. p.414

An pollutio prævisa, sed non intentata in ebrietate, nimia comestione, &c. sit in confessione aperienda; vel an sufficiat in tali casu se accusare de nimio potu, & cibo, & opus non sit explicare pollutionem? tom.1. tract.7. resol.145. & in aliis ejus not. p.414

Et obiter docetur quod verba impudica, cogitationes turpes, & tactus, licet sint crimina mortalia, & sint causæ ordinatæ ad pollutionem, non tamen efficaciter in illam influunt. ibid. §.2. &c.

Etiamque obiter notatur pollutionem prævisam, sed non intentatam ex actibus peccaminosis tantum venialiter in genere luxuriæ, non esse mortale, ut ex tactu levi, v. g. manus, visu, verbis, lectionibus aliquantulum libidinosis, &c. ibid. §.3. &c.

Quidam in die tetigit sæpius carnaliter verecunda sua, unde nocte pollutionem postea passus est, quæritur, an teneatur fateri dictam pollutionem insomnis habitam? Et quid, si tactus continuati cum commotione spirituum magna? t.1. tr.7. r.146. p.415

Et inter alias causas pollutionis advertitur nullam dari causam intra genus luxuriæ, quæ efficax sit ad pollutionem sequetam in somnis. ibidem, post medium res. verl. ut tamen, &c.

Quapropter opus non erit fateri pollutionem prævisam in omni causa quæ sit peccatum intra genus luxuriæ; nisi causa fuisset apposita ea intentione, videlicet, quod sequeretur insomnis pollutio. ibid. paulo post medium res. vers. Quapropter.

An si quis commisit aliquod peccatum, cujus periculo se antea exposuit, teneatur explicare hanc circunstantiam in confessione? t.1. tr.7. r.147. p.415

An si aliqua tentatio carnis nimis notabilis sit, quis teneatur tunc orare, unde hoc minime faciens, duplex peccatum committat, si venere delectetur? tom.1. tract.7. r.148. p.415

An qui pluries vovit, vel pluries juravit facere aliquam rem, frangatque votum, seu juramentum, teneatur hoc in confessione aperire? t.1. tr.7. r.149. p.416

Ex quo infertur, quod qui per diversos Sanctos, & formas jurandi juret, aut voveat, unum tantum juramentum, vel votum efficere, ideo hanc circunstantiam tanquam aggravantem non tenetur in confessione aperire; sicut etiam testis, qui simul rogatur de multis articulis sub uno juramento, & in omnibus mentitur, unum tantum peccatum committit, & non tenetur hoc in confessione aperire. ibid. §.2. & in r.150. p.416

An Clericus, vel Sacris Ordinibus initiatus, vel Religiosus, quæ in ludo taxillorum, & alearum fraudavit aliquem in magna quantitate, satisfaciat in confessione dicendo, se proximum in quantitate notabili fraudasse, an vero teneatur circunstantiam instrumenti, & medii aperire, asserendo illam fraudem fecisse in ludo taxillorum, seu alearum? tom.1. tract.7. resolution.151. pagina 416

Utrum, si quis furetur propter fornicationem teneatur hanc circunstantiam finis explicare in confessione, vel sufficiat dicere furatus sum, & postea per alium actum dicere habui intentionem fornicandi? tom.1. tract.7. r.152. pag.416

Et notatur quod circunstantia finis tunc explicanda est, quando quis peccando intendit finem aliquem, qui continet malitiam mortalem; unde si quis confessus est propter inanem gloriam, hæc circunstantia mali finis, id est vanæ gloriæ, non erit necessario in confessione aperienda. ibid. §.4. p.417

An qui furatur rem sacram ex loco Sacro, teneatur in confessione utramque circunstantiam explicare, vel satisfaciat dicendo, commisi furtum Sacrilegum, vel furatus sum rem Sacram? t.1. tr.7. r.153. p.417

Quidam latro furatur crumenam divitis in Ecclesia, quæritur, an hoc peccatum præter malitiam furti, contineat etiam malitiam Sacrilegii necessario in confessione aperiendam? t.1. tr.7. r.154. p.417

Et an furari ex Ecclesia ea, quæ sub jure, & quasi potestate Ecclesiæ v.g. quia illi sunt tradita ad custodiendum, vel in pignus data, vel alio simili modo in Ecclesia deposita, ut furari tapeta, tabellas, cortinas, vel sellas, quæ erant accommodata à Sacrista pro ornamento alicujus Festivitatis in Ecclesia, sit Sacrilegium, & secus vero si quis deferat sellam, tapeta, vel baldachinum, vel quid hujusmodi in Ecclesiam pro sua commoditate, vel ornamento, ut faciunt Principes, Officiales Nobiles. &c. ibid. §.2. & seqq.

Et brevissimè notatur non committere Sacrilegium, qui furatur aliquid à Clerico jure Ecclesiastico possessum, ibid. in fine r.5. p.418

An si quis furatur coram judice, vel cum manifesto periculo vitæ, teneatur postea aperire hanc circunstantiam in confessione? Et quid de illo, qui in bello se exponit manifesto periculo mortis sine causa? tom.1. tract.7. r.155. p.418

Idem est de eo, qui alteri suadet peccatum cum periculo incurrendæ pœnæ mortis. ibid. sub finem res.

An qui furatus est v.g. mille aureos, satisfaciat, si in confessione dicat, subripui rem notabilem? tom.1. tr.7. res.156. pag.418

An diuturnitas voluntariæ retentionis de re aliena furto sublata sit circunstantia necessario in confessione aperienda. tom. 1. tract. 7. resolut. 157. & 158. pag. 418. & 419

Et supponitur plura non committi peccata, sed tantum continuare antiquum, quamvis uno anno, vel plus injuste retineatur, etiamsi forte sæpius renovetur propositum non restituendi, dummodo tamen pœnitentia ductus rem proponat restituere, & postea mutato animo ex proposito, habeat animum non restituendi. Et notet hoc Confessarius, & à multis scrupulis immunis erit. ibid. in dictis Res. 157. & 158

Et docetur, quod in duobus tantum casibus quis committit peccatum novum in omissione restitutionis. Primò, quoties directe, & expresse renovatur propositum retinendi rem alienam. Secundo, quando quis proposuit restituere, & postea data opportunitate non restituit. ibid. §. 4. dictæ Res. 158. p. 419

In aliis sex casibus positis in §. 2. dictæ Res. minime.

An si aliquis in Ecclesiam confugiat, & intra illam postea judex ei auferat arma, an debeat judex hanc circunstantiam in confessione aperire. tom. 1. tr. 7. r. 152. pag. 419

An si judex, vel alia persona publica furto capiat res alienas, quas ex officio custodire tenetur debeat in confessione explicare circunstantiam officij sui. t. 1. tr. 7. res. 160. p. 419

An Medicos satis sit fateri se concessisse licentiam edendi carnes absque legitima causa diebus prohibitis non manifestando illos jejunio esse consecratos. t. 1. tr. 7. r. 161. p. 420

An qui peccavit, alias non peccaturus ex confidentia obtinendi Iubilæum, aut Bullam Cruciatæ, teneatur hanc circunstantiam in confessione aperire. t. 1. tr. 7. r. 162. pag. 420

De aliquibus circunstantiis peccatorum in confessione explicandis, vel non explicandis in confessione. Sed omnes fere casus jam in his proprioribus §§. latè sunt discussi in isto verbo. tom. 1. tractat. 7. resolut. 163. pagina 420

Sed desunt duo casus. Primus, An qui infamat aliquem dicendo falsum, vel verum occultum, teneatur in confessione declarare, utro istorum modorum infamaverit. ibid. §. 3

Secundus, an si quis utatur mediis extraordinariis, & nimium impudicis in actu venereo teneatur pœnitens illa specialiter confiteri. ibid. §. 9. p. 421

Aliqua notabilia circa circunstantias peccatorum in confessione explicandas observantur. Sed omnes quæstiones hujus Res. jam in aliis §§. hujus verbi, sunt magis latè discussi. t. 1. tr. 7. r. 164. p. 421

* Additiones ad tractatum de circunstantiis in confessione non necessario explicandis. Sed jam omnes difficultates hujus Res. in suis spectalibus §§. in hoc verbo latè sunt explanatæ.

Appendix ad alias diffic. mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. quæ simul pertinent ad hoc verbum Circunstantia.

An quando Sacerdos celebrat, dum tria præstet, quia primo quidem consecrat, secundo ministrat sibi ipsi, tertio suscipit Sacramentum, tamen hoc non obstante, si est in peccato mortali, committat unum peccatum, an vero tria? Et quæ peccata sunt, quæ remittuntur per Baptismum, recedente fictione, & quæ explicanda, vel non explicanda in confessione in prædicto casu? Et an in naufragio, vel alio casu, si quis unica actione, etiam continuata plures baptizat existens in peccato mortali, committat tot peccata mortalia, vel unum tantum. tom. 1. tract. 1. resol. 11. 26. & 39. pag. 9. 19. & 27

An Episcopus existens in peccato mortali, si Sacramentum Confirmationis in eodem tempore, verbi gratia, centum personis conferat, committat centum peccata mortalia? Et an saltem committat duo peccata unum omissionis, quia non conteritur, alterum commissionis, quia indigne ministrat? Et an, qui ministrat Sacramentum Baptismi, vel confirmationis personaliter interdicto, qui causam dederit, committat duo peccata, primum quia ministrat in peccato, secundum quia violat interdictum, &c. tom. 1. tract. 2. res. 5. & 20. p. 71. & 80

An qui non se accusavit in confessione de circunstantiis peccati omissis, & de numero peccatorum, teneatur repetere confessiones? Et an exprimendæ sint in confessione circunstantiæ peccati dubij confessi? Et notatur explicandas esse circunstantias peccati tanquam conditionaliter certas, sive etiam tanquam conditionaliter dubias, si tales circunstantiæ mutent speciem. Et an Sacerdos peccans in actu celebrandi, teneatur confiteri se tale peccatum commisisse in ipsa Missæ celebratione? Et an qui celebrat, vel sumit Eucharistiam non præmissa confessione casu, quo eam præmittere tenebatur, committat duplex peccatum? Idem est de illo, qui non præmittit contritionem. Et an in confessione generali peccatorum debeat quis explicare, quod peccata commissa post ultimam confessionem non sint amplius confessa? Et notatur, quod transgressio inspirationis oblatæ, quando offertur occasio frangendi præceptum, non est distinctum peccatum à crimine transgressi præcepti. tom. 1. tr. 3. r. 119. 138. 131. 162. 186. 193. & 196. p. 169. 182. 176. 199. 214. 217. & 219.

An si quis vinum usque ad ebrietatem sumeret ad finem, & animo jactandi blasphemias, iste in isto casu confiteri teneatur se illas jactasse, vel satis sit dicere, quod se inebriavit animo illas jactandi. tom. 1. tr. 5. res. 52. pag. 297

An si à Confessario imponatur pœnitenti pro pœnitentia opus præcepti, pœnitens illam omittens peccet dupliciter. t. 1. tr. 6. r. 73. p. 332

An duplicem culpam committat mortalem specie diversam violator Sigilli confessionis, unam contra Religionem injuriam Sacramento afficiendo, reddendoque illud odiosum pœnitentibus, alteram contra injuriam infamando proximum, cujus delictum occultum prodit, & teneatur in conscientia prædictus violator hanc duplicem circunstantiam confiteri, sicuti duplicem committit culpam lethalem etiam diversam specie, qui frangit illicite secretum naturale, quod sub juramento servare promisit. tom. 1. tract. 8. resolut. 1. pag. 424

An Sacerdos celebrans in peccato mortali peccet tripliciter, nempe, quia indigne consecrat, indigne offertur, & indigne sumit corpus? Et an saltem peccet duplici peccato, quia conficit; & quia sumit corpus? Et an committat in dicto casu duo peccata, unum videlicet, quia celebrat in peccato, alterum, quia omisit confessionem illius peccati? Et an Sacerdos excommunicatus committat duplex peccatum, sciens se teneri vinculo peccati, & censuræ? Et an iste Sacerdos, neque ut duo peccata, neque ut circunstantiam aggravantem ejusmodi circunstantias teneatur confiteri. t. 2. tr. 1. r. 149. & 152. p. 89. 92

An qui ministrat Eucharistiam peccatori peccet duplici peccato? Et an recipiens Eucharistiam contra præceptum aliquod humanum committat duo peccata, unum contra prohibitionem illam; alterum, quia communicat indigne, & an hæc circunstantia sit explicanda in confessione? Ex quo deducitur, quod qui se ingurgitat, quo tempore erat indictum jejunium, peccet dupliciter, nam & temperantiam, & Ecclesiasticam jejunij legem violat. tom. 2. tract. 2. resolut. 28. & 43. p. 174. & 182

An contrahentes matrimonium in peccato mortali, peccent dupliciter, quia non solum suscipiunt, sed etiam ministrant hoc Sacramentum? Et an excommunicati contrahentes matrimonium peccent dupliciter ex eo, quod non solum recipiant Sacramentum in excommunicatione, sed etiam ex eo, quod conferant? Et an contrahere matrimonium cum impedimento dirimente sit duplex peccatum? Et an impedimenta matrimonii addant novam malitiam, etiam in copula fornicaria distincte explicandam in confessione? Et an pollutio voluntaria extra vas inter conjuges habeat specialem malitiam, & quomodo illam debeant explicare in confessione? Et notatur, quod si aliquis sine interruptione morali multoties osculetur pudenda alicuius fœminæ, vel pueri, sufficit, ut in confessione dicat: Osculatus sum solutam, vel puerum, & non est opus explicare, quod talis tactus, vel osculum fuit in partibus pudendis. Et an incitantes amentes ad copulam peccent mortaliter, & quomodo teneantur hanc circunstantiam explicare, in confessione? tom. 2. tr. 6. r. 113. 127. 129. 130. 186. 191. & 202. pag. 401. 408. 446. 449. & 457

An sit unum peccatum internum tantum, etiam si voluntas omittendi Horas Canonicas sæpius per diem facta morali interruptione iteretur? Et an Beneficiarius in in Sacris initiatus Horas Canonicas omittens peccet duplici peccato contra justitiam, & Religionem, adeoque in confessione utrumque explicandum? Et an si quis omittat omnes Horas canonicas unius diei, committat unum peccatum, an plura? Et an in confessione debeat explicare quot Horæ fuerunt omissæ? Et notatur unum peccatum committere non recitantem Officium defunctorum & illud diei octavæ omnium Sanctorum. tom. 3. tract. 6. resol. 74. 75. & 95. p. 463. & 476

An pollutio prævisa in ebrietate, nimia comestione, vel in comestione talis cibi, aut ex tali modo jacendi in lecto, dum quis dormit, habeat specialem malitiam pollutionis contra castitatem, si non sit intentata? Et quid, si fuerit intentata ad eundem finem? Et an Religiosus, vel quivis alius, qui ex voto, vel ex alio capite tenebatur jejunare, v. g. Feria sexta, in qua occurrit Vigilia alicujus Sancti, si non jejunet peccet dupliciter? Et quid est dicendum, si Prælatus in virtute Sanctæ obedientiæ præcipiat Religioso jejunium in dicta Vigilia alicujus Sancti, vel alterius jejunii? Et notatur, quod qui frangit jejunium edendo carnes, & ova non duo, sed unum tantum peccatum committit, & ideo non est necessarium explicare circunstantiam modi, quo jejunium violatum sit. Et an toties peccet mortaliter, quoties aliquis in die jejunii carnes comedit, vel in quadragesima edens lacticinia? Et an teneatur confiteri, quoties se applicaverit esui carnium, in die, & quoties comestioni ovorum? Et advertitur, quod qui comedit lacticinia in Quadragesima sine causa, & absque Bulla, unum tantum peccatum facit. tom. 4. tract. 6. resol. 18. 62. 77. & 84. p. 210. 233. 242. & 246

An qui per annum non audivit Missam in diebus festis ex eo, quod esset excommunicatus, si postea obtenta absolutione, confitetur, teneatur se accusare, quod peccaverit toties contra præceptum audiendi Missam? tom. 5. tract. 1. resol. 129. p. 80

An percussio Clerici Superioris Ecclesiastici, vel Regularis præter malitiam contra Religionem, contineat etiam malitiam impietatis? Et percutiens plures Clericos successive, an incurrat tot censuras, quot sunt Clerici percussi? Et an, qui percutit Monachum initiatum prima Tonsura duas censuras incurrat? Et notatur, quod plures censuræ incurruntur ab eo, qui facit unum actum habentem plures circunstantias, pro quibus singulis lata est sententia censuræ, si tamen dictæ circunstantiæ mutent speciem actus moralis, secus autem si non mutent. t. 5. tr. 2. res. 6. & 54. p. 126. & 156

An mutuare aliquid cum pacto, ut ille, qui recipit mutuum conferat officium, aut Ecclesiasticum beneficium, non solum sit usura, sed etiam Simonia, & utraque deformitas, scilicet usuræ, & Simoniæ in confessione aperienda erit? tom. 5. tract. 7. resol. 19. pag. 320

An omnia peccata, quæ à Principe committuntur ob non observantiam propriarum legum, sint ejusdem speciei? t. 6. tr. 1. res. 53. p. 39

An prohibitus non ludere, si ludat continuate per noctem cum quinque committat quinque peccata, vel tantum unum? t. 6. tr. 4. res. 61

An qui occidit Petrum, putans & intendens occidere Paulum, si confiteatur occidisse Paulum, teneatur postea iterum confiteri, dum deprehendit esse Petrum, & explicare occisum esse Petrum, & non Paulum? Et hæc sunt generalia pro conscientia erronea, in aliis similibus casibus, pro suorum explicatione in confessione. t. 8. tr. 2. res. 22. p. 30

Si quis haberet copulam cum fœmina mortua, quodnam peccatum luxuriæ committat? Et an talis circunstantia sit aperienda in confessione, vel sufficiat dicere, se habuisse pollutionem? t. 8. tr. 6. res. 6. p. 137

Si in confessione determinatur numerus ad centum plus, minusve, si postea comperiatur esse centum exacte, an debeat iterum id exprimere? tom. 1. tract. 13. res. 188. pag. 215

Circunstantia Consecrationis Episcopalis an sit necessario in confessione aperienda? Et quid, secluso scandalo? Et an circunstantia Episcop. Confirmati, non habeat specialem malitiam, secluso scandalo? t. 4. tr. 8. r. 98. pag. 392

An vir mittens pudenda in os conjugis peccet mortaliter, & an hæc circunstantia sit in confessione aperienda. t. 2. tr. 6. r. 184. §. 7. & 8. p. 445

Mulier an peccet mortaliter mingendo statim post coitum, vel si se erigat, ut semen emittat, ne concipiat? Et an id faciens peccet contra conscientiam erroneam, si crederet ita mingendo peccare? t. 2. tr. 6. r. 212. per totam, & in aliis ejus notationum. p. 463

Circunstantiam levem in Historia Sacræ Scripturæ mutuare an sit peccatum mortale? t. 3. tr. 3. res. 5. p. 32

An valida sit dispensatio circa irregularitatem homicidii, si non fuisset explicata circunstantia Sacerdotii, si occisus erat Sacerdos? Et quid, si Pontifex non esset dispensationem concessurus, si sciret dictam circunstantiam Sacerdotii? t. 3. tr. 2. res. 59. p. 210

Citare.

Citando reum inquisitores simul eodem tempore cum Episcopo, an sint Episcopo præferendi? tom. 5. tr. 10. r. 34. per totam. p. 429

Citare subditum suum in aliena Diœcesi existentem, an Episcopus possit? Et quid, si adsit privilegium, vel per consuetudinem? tom. 5. tract. 1. r. 98. §. 1. & seqq. pag. 65

Citate absentem an debeant Inquisitores trina citatione, t. 5. tr. 10. r. 35. per tot. p. 429

Citare an possint Inquisitores reum in alieno territorio sine litteris subsidialibus Dominorum? t. 5. tr. 10. r. 36. §. 1. ibid.

Et an idem sit quoad Dominos spirituales saltem in Hispania, quales sunt Episcopi, &c. ibid. ad med. p. 430

Citare, vide verb. *Absens*, *Consuetudo*, *Delatoria*. tom. 6

Item verbor. *Appellatio judicialis*, *Clericus*, *Delictum* tom. 6

Citare reum an debeat Episcopus, quando cognoscit, an reus gaudeat necne Ecclesiæ immunitate? tom. 9. tr. 1. r. 123. §. 1. p. 74

Citare an possit judex laïcus Clericum ad exhibenda jura sua coram eo, quando ejus debitor petit dilationem ex consensu majoris partis creditorum, vel si velit beneficium cessionis bonorum obtinere? t.9. tr.2. r.86. §.1. p.139
Citari, nec puniri ab Inquisitoribus Episcopus non potest, etiam propter hæresim, sed hæc causa reservatur Papæ. t.9. tr.2. r.332. §.5. p.281
Vide verb. *Clericus, Laicus.* tom.9

Citatio.

Vide verb. *Appellatio, Judicialis, Clericus, Delictum.* tom.6

Citatus.

Si citatus aliquis, dum versabatur in alieno Episcopatu fuit coram illo Episcopo in aliqua causa, in qua contingit illum excommunicare, an rediens in patriam possit absolvi à proprio Episcopo? t.5. tr.1. r.200. §.1. pag.115

Cives.

Cives Panormitani possunt vendere vinum ex suis prædiis collectum ultra prætium à lege impositum, uti dicitur *Acanatella?* t.6. tr.3. r.91. p.164
Ubi an vinum debeat esse collectum ex suis propriis vineis, an vero possit emi, & colligi ex aliis vineis? ibid. §. Notandum.
Vide verb. *Consuetudo, Filius, Lex, Moderatio, Vendere, Vinum.* tom.6
Item verb. *Impedire.* tom.7

Civile.

Vide verb. *Communicatio civilis.* tom.5
Item verb. *Contemptus, Ius, Parere.* tom.6
Item verb. *Appellatio.* tom.8
Item verb. *Convictus, Negotium.* tom.9
In civilibus communicatio cum excommunicato tolerato, & non tolerato, quando sit licita? Vide verb. *Communicatio civilis.* tom.5
In civilibus, an judex conscius veritatis possit contra aliquem ferre sententiam, juxta allegata, & probata? t.6. tr.1. r.111. §.1. p.73
Etiam in civilibus omnes consuetudines trahendi Clericos coram judice laico sunt reprobatæ in Concilio Tridentino, & aliis juribus. t.9. tract.2. resolut.139. §.2. pag.165
In civilibus an Ministri laicalis jurisdictionis possint exercere jurisdictionem in Clericos conjugatos, vel an etiam in civilibus dicti Clerici gaudeant privilegio fori? t.9. tr.2. r.151. & 152. p.168

Civiliter.

An civiliter judex laicus possit cognoscere causas adversus Equites D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. t.9. tr.2. r.169. p.179

Civitas.

Vide verb. *Decretum, Pactum.* tom.2
Item verb. *Creditor, Derogare, Frumentum, Lex, Mercatores, Merces, Observare, Puella, Senatus.* tom.6
Item verb. *Custos, Iuramentum, Pratores, Statutum.* tom.8
Civitas aliqua an possit exigere tributa à Clericis, quia per consuetudinem immemorabilem ita semper factum est? t.9. tr.2. r.238. §.1. p.219
De civitate, in civitatem an extendatur consuetudo? t.6. tr.2. r.24. §.2. p.112
Quando in civitate propria non fuerit consuetudo certa, vel statutum, sive lex de re aliqua, an attendenda sit consuetudo vicinarum civitatum, si rationabilis sit, & amplectenda in judicando? t.6. tr.2. r.37. §.3. p.118
Civitatem totam diripiendam militibus dare an liceat? t.7. tr.7. r.24. §.1. p.398
Ut civitatem tradat inimicis conjurans, aut machinans, an gaudeat immunitate Ecclesiæ? t.9. tract.1. res.53. §.1. p.35
Civitates non possunt facere, aut statuere aliquid in his, quæ tangunt jus superioris, in grave præjudicium ejus. t.9. tr.11.r.2. §.1. p.464
Civitatis quidam creditor frangendo gabellam, volebat sibi compensare debitum, an hoc servatis legibus compensationis, esset sibi licitum? t.6. tract.3. resol.147. §.1. p.194
Ubi aliqua contingentia circa hoc.
Si civitatis communitas, & universitas introducit in quadam terra sua tabernam dictam *Zagato*, vassallis reclamantibus, an incurrat censuram Canonis V. Bullæ Cœnæ? t.9. tr.2. r.95. §.1. p.147
Civitatum, & Vniversitatum Gubernatores, Decuriones, & Rectores an possint donare? t.6. tr.7.r.14.§.1.p.315
Et quando civitatum Decuriones faciunt aliquam donationem remuneratoriam, an standum sit illorum assertioni circa benemerita? ibid. §.3

Clam.

Si clam aliquis in Conclavi ingrediatur, an incidat in censuram? t.9. tr.7. r.109. §.4. p.421
Et si post ingressum intra Conclave iste talis loqueretur secretè cum aliquo Cardinali an incurrat excommunicationem, & privationem Officii, & beneficii ipso facto ante judicis declarationem? ibid.

Clamare.

Qui clamando sine vitæ periculo poterat opem ferre Cardinalibus, & non clamavit, an incurrat censuram Bullæ Cœnæ? t.9. tr.7. r.80. §.2. p.404
Clamare non tenetur mulier vi oppressa ad evitandam mortem, infamiam, &c. etiamsi adsit periculum consentiendi in copulam carnalem. t.8.tr.6.r.5.§.1. p.137
Clamare. Vide verb. *Corruptio, Fur, Puella.* tom.8
Qui clamat adesse latronem, ut comprehendatur, vel detegit malefactionem, an sit irregularis, vel tantum, quando quis manifestat, esset accusator, vel testis necessarius ad cognitionem causæ, vel hoc faceret ut minister justitiæ? t.5. tr.5. r.78. §.4. p.243

Clandestinum.

Vide verb. *Licentia, Modus.* tom.7

Clandestinum Conjugium.

Clandestinè contrahentes, copula interveniente, an teneatur saltem ratione injustitiæ vir fœminam in uxorem ducere? t.2. tr.6. r.76. §.1. p.375
Pro clandestino conjugio, etiam sine Parocho, & testibus celebrato quatuor casus proponuntur in praxi. t.2. tr.6. r.73. §.1. p.373
Vide verb. *Impedimentum.* tom.2

Classis.

Vide verb. *Episcopus.* tom.4
Item verb. *Vexillum.* tom.7

Claviſta.

Si Claviſtæ mandat Cardinalis, ut scribat extra Conclave circa materiam electionis Pontificis, an incurrat censuram Pii IV. t.9. tr.7. r.107. §.1. p.419
Et in tali casu peccat Cardinalis propter mandatum, & cooperationem cum peccato famuli Claviſtæ. ibid. §.4

Clauſtrum.

Vide verb. *Fœmina, Vir.* tom. 2
Item verb. *Regulares.* tom. 4
Extra, & intra clauſtra degentes, ſi intra, & extra clauſtra deliquerunt Regulares, & etiam Equites Jeroſolymitani, quando, & in quibus caſibus poſſint ab Epiſcopo puniri vigore Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 14. t. 7. tr. 1. r. 41. §. 1. & ſeqq. p. 28. & 29
Clauſtrum. Vide verb. *Subditus.* tom. 7

Clauſula.

Clauſula appoſita in Bulla Cruciatæ, *prius ſatisfacta parte*, quid operetur; & ſub nomine partis quis comprehendatur; & nomine ſatisfactionis, quid intelligatur? t. 4. tr. 3. r. 56. p. 94
Clauſula *ſimpliciter, & de plano*, &c. in crimine hæreſis non tollit ſolemnitates juris Gentium, vel divini. t. 5. tr. 10. r. 31. §. Notandum. p. 428
Clauſula in Brevi Indulgentiarum apponi ſolita, *Volumus autem quod ſi alias Chriſti fideles dictam Eccleſiam viſitantibus aliam Indulgentiam*, &c. quomodo ſit intelligenda? t. 4. tr. 5. r. 20. §. Ad primum. p. 188
Clauſula motu proprio quid operetur in diſpenſationibus, quando adeſt vitium ſubreptionis? t. 3. tract. 2. reſ. 98. p. 235
Clauſulæ diſpenſationum in literis Pœnitentiariæ quid? t. 3. tr. 2. r. 154. p. 277
Clauſula diſpenſationum ob periculum incontinentiæ? t. 3. tr. 2. r. 160. p. 282
Clauſula diſpenſationum in ordine ad diligentem oratoris examinationem? tom. 3. tractat. 2. reſolut. 161. pag. 282
Clauſula diſpenſationum in ordine ad Confeſſiones, & alias pœnitentias injungendas? tom. 3. tr. 2. reſ. 162. pag. 282
Clauſula diſpenſationum, *dummodo impedimentum inde proveniens occultum ſit*, &c. tom. 3. tract. 2. reſol. 164. pag. 284
Clauſula literarum diſpenſationum ſacræ Pœnitentiariæ. *Gratis ubique*? t. 3. tr. 2. r. 165. p. 284
Vide *Indulgentia.*
Item verb. *Litera.* tom. 3
De clauſula negativa *ſimilis privilegii* apponi ſolita in Brevibus Altaris privilegiati. t. 4. tract. 1. reſolut. 12. §. 1. pag. 10
De clauſula alia *ſeptennii* in Brevibus Altaris privilegiati quo pacto ſit intelligenda? tom. 4. tract. 1. r. 13. §. 1. & ſeqq. ibid.
In clauſula teſtatoris imponitur Capellano intereſſentia, & reſidentia, ſeu aſſiſtentia chori, an cenſeatur injunctum ſervitium perſonale non ſolum chori, ſed etiam Miſſarum, & habens onus juvandi curatum in cantando, & aliis ſimilibus? tom. 4. tr. 1. reſolut. 21. §. 2. pag. 15
De clauſula apponi ſolita in Brevibus Altaris privilegiati. Volumus, quod, ſi pro præſentatione, admiſſione, vel publicatione præſentium aliquid, vel minutum detur, vel ſponte oblatum recipiatur, præſentes nullæ ſint re ipſa. tom. 4. tract. 1. reſolut. 40. §. 1. pag. 26
Idem eſt de aliis Jubilæis, & Indulgentiis. ibid. §. 3
Idem eſt pro collatione Ordinum quorumcumque, vel examinatione, & de Ordinario, & Officialibus, quibus à ſede Apoſtolica committuntur diſpenſationes matrimoniales, & aliæ. ibid. §. 2
Et hæc clauſula deſerviet pro applicatione verborum, quæ Greg. XIII. appoſuit in Bulla, de Datis, & Promiſſis. ibid. §. 3
De clauſula apponi ſolita in indultis Oratorii privati, *ſine tamen jurium Parochialium præjudicio*, quomodo ſunt intelligenda prædicta? t. 4. tr. 2. r. 29. §. 3. p. 44
Clauſula indulti Oratorii privati, *necnon hoſpitum tuorum præſentia*, quomodo eſt intelligenda? t. 4. tr. 2. r. 41. §. 3. & ſeq. p. 52
De clauſula apponi ſolita in Indulgentiis Papalibus, *dummodo alias non conceſſimus*, &c. an intelligenda ſit de alia ſimili expreſſa in eadem conceſſione? t. 4. tr. 5. r. 42. §. 1. & ſeqq. p. 200
Clauſula. Vide verb. *Bulla Cœnæ.* tom. 4
Item verb. *Derogare.* tom. 6
Clauſula ex certa ſcientia appoſita in Bullis Pontificiis confirmantibus privilegia Regularium, an reviviſcere faciat, & renovet privilegia revocata? t. 7. tr. 1. r. 253. §. 1. & ſeqq. p. 164. & 165
Si clauſula adſit de non alienando, an poſſit fieri executio per judicem ſæcularem in prædio ſpecialiter obligato à laïco, etſi Clericus illud poſſideat? t. 9. tract. 2. reſ. 84. §. 1. pag. 139
Quando cum clauſula appellatione remota cauſa committitur Cardinali, an cenſeatur excluſa appellatione etiam juſta? t. 9. tr. 7. r. 67. §. 1. p. 400
Per clauſulam generalem revocantem conſuetudinem, an conſuetudo immemorialis cenſeatur derogata? tom. 6. tr. 2. r. 38. §. 1. p. 118
Et quid, quando conſuetudo eſt iniqua, & irrationabilis? ibid. §. 3
Ubi aſſeritur Concilium Tridentinum in clauſula non obſtantibus conſuetudinibus in contrarium non includere immemoriabilem. §. 2
Clauſulam derogatoriam aliorum, an cenſeatur habere teſtamentum ad pias cauſas? tom. 6. tract. 8. reſol. 35. §. 1. pag. 410
Clauſulam in ſe incluſam decreti irritantis an habeat lex, quæ inducit ſolemnitatem aliquam? t. 7. tract. 2. reſol. unica §. 12. pag. 244

Clauſura.

Vide verb. *Ingredi.* tom. 5
Item verb. *Regula.* tom. 7
In clauſuræ violatione an detur parvitas materiæ tam reſpectu exitus, quam ingreſſus, vel reſpectu temporis? t. 5. tr. 2. r. 83. §. 5. p. 56
Et quæ quantitas ſit parvitas materiæ in ſupradictis caſibus. ibid.
In clauſuræ Monalium ingreſſu, vel egreſſu an detur parvitas materiæ? Idem eſt de fœminis ingredientibus clauſtra Religioſorum, ubi pro praxi aliqui caſus. t. 7. tr. 1. r. 339. & ſeqq. p. 231
Circa clauſuram Monaſterii Monialium notabilia quædam. t. 5. tr. 2. r. 83. §. 1. & ſeqq. p. 55. & 56
Clauſuram an frangat Monialis, quæ aſcendit ſupra tectum Monaſterii? ibid. §. 2. p. 56
Clauſuram Monalium poteſt intrare Confeſſarius, quoties dixerit Monialis infirma indigere ſacramento Pœnitentiæ, & Prælatus in aliquo caſu electionis Abbatiſſæ, vel Prioriſſæ. t. 5. tr. 1. r. 91. §. 4. p. 63
In ordine ad clauſuram an Epiſcopus poſſit viſitare Monaſteria Monialium Regularibus ſubjecta? t. 7. tr. 1. r. 316. §. 1. & ſeqq. p. 220. & 221
Circa clauſuram in ordine ad Moniales exemptas, an Epiſcopus poſſit reſervare caſus? tom. 7. tract. 1. reſol. 317. §. 1. p. 221
Clauſuram an frangat Monialis, quæ ſe in Rota ponit, & facit eam volvere in partem externam, ad quam ſæculares accedunt, & incidat in pœnas, quamvis non egrediatur è rota? t. 7. tr. 1. r. 338. §. 1. p. 231
Vt contra clauſuram Monalium quis non dicatur peccare, quænam mora dicatur Brevis intra Monaſterium morando poſt finitam Confeſſionem Monialis infirmæ, vel in alio contingenti, vel neceſſario caſu pro aliquo alio, qui non ſit Confeſſarius? t. 7. tr. 1. r. 349. §. 2. p. 239

Clemen-

Clementinæ.

Clementina unica de ſtatu Monach. ubi præcipitur Religioſis S. Benedicti, ut ſemel in menſe confiteantur, non obligat ſub mortali, ſi habeant tantum venialia. t. 1. tr. 3. r. 61. §. 4. p. 128

Et quid, ſi dicti Monachi etiam peccata mortalia habeant? ibid.

Clementina. Ne in agro Dominico, de ſtatu Monach. an obliget ad Confeſſionem venialium ſub peccato mortali? Vbi alia contingentia circa dictam Clementinam. t. 3. tr. 1. r. 24. §. 2. & ſeqq. p. 33

Clericus.

Clericorum domus in Communitate viventium an gaudeat immunitate? t. 9. tr. 1. reſ. 6. recitantes in §. ult. pag. 5

Clerici an ſit jure humano, vel divino exempti à legibus, & juriſdictione Principum ſæcularium? tom. 9. tract. 2. reſ. 1. & latiſſimè in aliis multis ejus notationum. p. 94

Probatur ſententia affirmativa, quod Clerici ſunt exempti jure divino à legibus, & juriſdictione Principum ſæcularium ex locis ſacræ Scripturæ. t. 9. tr. 2. reſol. 317. pag. 257

Probatur idem ex locis Conciliorum, & ſacrorum Canonum. t. 9. tr. 2. r. 318. p. 259

Idem probatur rationibus, & ex Doctorum authoritate. ibid. r. 319. & 320. p. 260. & 261

Reſpondetur ad argumenta contraria. tom. 9. tract. 2. reſ. 321. p. 262

Expenditur locus D. Gregorii adductus. tom. 9. tract. 2. reſ. 322. p. 263

Reſpondetur ad exemplum Salomonis cum Abiathar ſacerdote. t. 9. tr. 2. r. 330. p. 278

Refellitur aliud exemplum Joas Regis. t. 9. tr. 2. reſ. 331. pag. 280

Rejicitur argumentum deſumptum authoritate Boërii, & Curtii, & ex cap. 1. de homicidio in 6. t. 9. tr. 2. reſ. 332. p. 280

Expenduntur exempla Chriſtianorum Principum adducta, & eorum leges. tom. 9. tract. 2. reſolut. 334. pag. 283

An Pontifices, & Concilia habeant authoritatem inducendi hanc exemptionem, invitis Principibus laïcis? t. 9. tr. 2. latè in reſ. 329. p. 277

An Clericorum exemptio, dato & non conceſſo, quod non ſit de jure divino, fuerit primario de jure civili, & ortum habuerit, ab Imperatoribus? Ubi multa ſcitu digna circa ſupradicta invenies. Et ſatis latè explanatur, quod exemptio Clericorum ſit de jure divino. tom. 9. tract. 2. reſol. 2. p. 94. & latè in reſ. 324. pag. 265

An privilegium exemptionis à juriſdictione temporali Clericis conceſſum fuerit, & inceperit tempore Conſtantini? t. 9. tr. 2. r. 3. p. 99

An Principes, vel Summus Pontifex poſſint revocare hoc privilegium Eccleſiaſticæ Immunitatis, etiam ſtando in ſententia aſſerentium hanc exemptionem non eſſe de jure divino, ſed tantum de jure humano? tom. 9. tr. 2. reſol. 4. & latiſſimè in ea & aliis pluribus ejus not. p. 99

An ſi Clericorum Immunitas eſſet primario ex conceſſione Imperatorum, non poſſint adhuc Principes illam reſtringere, & limitare? ibid.

Explanantur leges Imperatorum largientes immunitatem Clericis non eſſe inſtitutorias, & conceſſorias, ſed declarativas, ſubſidiarias, executivas, & adjutrices. tom. 9. tr. 2. reſol. 323. & in aliis ejus notationum. p. 263

An Bulla Cœnæ tollat caſus Regni Galliarum, quos privilegiatos appellant; & quid de privilegio Monarchiæ Regni Siciliæ? Et an per aliquod privilegium ſit in aliquibus Regnis prædictæ Eccleſiaſticæ libertate derogatum? Et an dicta privilegia, ſi re vera exiſtant, Regibus Galliæ, Hiſpaniæ, vel aliis Principibus conceſſa judicandi Clericos in aliquibus caſibus, & delictis ſint modo per Bullam Cœnæ Domini revocata? t. 9. tr. 2. reſ. 6. & in multis aliis ejus notationum. p. 100

Dato, & non conceſſo, quod Clericorum exemptio non ſit de jure divino, difficultas eſt, an conſuetudo poſſit contra illam prævalere? t. 9. tr. 2. reſ. 2. §. 9. & ſeqq. p. 97. & reſ. 11. p. 102

An conſuetudo poſſit tribuere juriſdictionem judicibus ſæcularibus in Clericos ſaltem in aliquibus caſibus? t. 9. tr. 2. r. 11. & 335. p. 102. & 285

Clerici an teneantur ſervare conſuetudines laïcorum? t. 6. tr. 2. r. 23. p. 112

Conſuetudines Clericorum, & laïcorum an ſint valitæ, etiamſi ſint contra libertatem Eccleſiaſticam? Sed quando dicimus dictam conſuetudinem communem Clericis & laïcis, etiam ligare Clericos, intelligendum de conſuetudine, quæ non præjudicat ſacris Canonibus, quo caſu ſaltem conſenſus tacitus Pontificis deſideratur; ideo concordata inter Clericos, & ſæculares etiam in Concilio Provinciali facta, niſi confirmentur authoritate Pontificis nihil operari contra privilegium immunitatis. t. 9. tr. 2. r. 2. §. 13. poſt med. à verſ. Unde, & in multis aliis ejus not. p. 98

An Clerici poſſint tali exemptioni renunciare, non ſolum quoad negotia criminalia, ſed etiam civilia? Et an hoc procedat, etiamſi Clericus renunciaret tali privilegio de licentia Epiſcopi? t. 9. tr. 2. r. 5. & in aliis ejus not. p. 99

Utrum Epiſcopi, & Clerici tanquam inobedientes mandatis Regiis, vel ex aliis delictis poſſint expelli à Regno? Et in dicto caſu an tam Principes, quam Conſiliarii id conſulentes incurrant in excommunicationem undecimam Bullæ Cœnæ? t. 9. tr. 2. r. 24. & in aliis ejus not. p. 113

Et quid, ſi tanta eſſet neceſſitas, ut clarè, & evidenter periculum eſſet in mora, ut Pontifex non poſſit conſuli? t. 9. tr. 2. r. 24. § 5. p. 113

An Reges ut executores Concilii Tridentini poſſint Clericos compellere, ut illud obſervent? t. 9. tr. 2. reſ. 50. pag. 127

Et Clericos compellere ad reparationem Eccleſiarum? t. 9. tr. 2. r. 5. p. 128

An Reges, & judices laïci poſſint ejicere à Regno Clericum ſeditioſum, & perturbantem Rempublicam, & temporalitatibus privare? t. 9. tract. 2. r. 52. & in aliis ejus not. p. 128

Sed in clauſula Bullæ Cœnæ excommunicantur quomodolibet mulctantes perſonas Eccleſiaſticas, & necnon executores, & ſubexecutores dicti banni. t. 9. tract. 2. r. 52. §. 2. p. 128. & in reſ. 326. §. ult. p. 271

An immunitas Eccleſiaſtica extendatur ad omnia delicta? Et confirmatur ex multis Conciliis judices laïcos non poſſe Clericos punire, etiamſi eorum delicta ſint enormia; quod Reges Hiſpaniarum declararunt, &c. firmarunt, in ſuis legibus, ut patet in 1. part. leg. 61. tit. 6. t. 9. tr. 2. r. 326. p. 269

An Clerici, qui commiſerunt crimen læſæ Majeſtatis per Principes ſæculares, & eorum judices puniri poſſint abſque prævia degradatione judicis Eccleſiaſtici? t. 9. tr. 2. reſ. 53. 54. & 327. p. 129. & 271

An ſi Clericus feudum à ſæculari teneret, poſſit ratione debiti, etiam criminis læſæ Majeſtatis perſonaliter diſtringi? Et quid de Clericis perduellionibus? t. 9. tr. 2. reſ. 327. §. 6. & 7. p. 273

An Clericus propter crimen læſæ Majeſtatis ſit degradandus, & Curiæ ſæculari tradendus? t. 9. tract. 2. reſ. 55. & in aliis ejus not. p. 129

An

An Clerici, qui sine habitu, & Tonsura in gravissimis delictis, & criminibus se immiscent, priventur omni privilegio fori ante aliam sententiam depositionis, vel degradationis judicis Ecclesiastici? Ubi notatur dictos Clericos ante trinam monitionem non esse privandos privilegio Clericali, etiam fori, nec Curiæ sæculari tradendos. t.9. tr. 2. res.109. & latè in aliis ejus not. pag.152

An Clericus incorrigibilis amittat privilegium fori ante judicis Ecclesiastici declarationem, & sententiam? t.9. tr.2. r.328. §.4. ad med. p.274

Difficultas est, an Clericus pro enormissimo crimine sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus absque eo, quod non incorrigibilis? tom.9. tract. 2. resolut.328. §.5. pag.274

An Clericus assassinus non possit à judice sæculari puniri, nec subjici ejus jurisdictioni, nisi prius constet de qualitate assassini, & præcesserit sententia declaratoria judicis Ecclesiastici? t.9. tract.2. res.65. p.133. & 328. §.9. & 10. p.274. & 276

Item est dicendum de Sodomita notorio. ibid.

An Clericus usurpans jurisdictionem sæcularem, aut alia regalia possit à judice laico bonis temporalibus privari? t.9. tr.2. r.56. p.130

Advertitur exemptionem Clericorum, quoad eorum bona, sive sint patrimonialia, sive sint ipsis donata, vel empta, aut quovis alio titulo quæsita fluxisse à jure divino, vel saltem ex jure Pontificio ante Constitutiones & leges Imperatorias; ideoque à vectigalibus & tributis, exactionibus, aliisque muneribus dicta bona libera esse. t.9. tract.2. res.66. p.133. & r.336. §2. & seqq. & in aliis plurimis earum notationum. pag.287

An Clerici in sacris, vel beneficiati, qui condigne non puniuntur in foro Ecclesiastico, possint à Rege privari bonis ab ipso Rege obtentis? t.9. tr.2. r.57. p.130

Clericum punire an possit judex laicus in defectu justitiæ Ecclesiasticæ? Et quid è contra? Vbi quomodo sit explicandus textus in cap. Filiis, & Nepotibus 17. q.7. t.9. tr.2. r.58. 59. 60. p.131

Et explanatur, quod jus cap. Filiis, & Nepotibus fuisse sublatum, & abrogatum ab Innocentio III. in cap. Qualiter, & Quando. t.9. tr.2. r.59. §.4. p.131

Clericum punire pœna pecuniaria an judex laicus possit, quia reverentiæ signa ei non exhibuerit, vel quia coram eo deliquerit? t.9. tr.2. resol.61. pag.132. & latissimè in resol.66. §.2. & in multis aliis ejus notationum. p.134

Clericus falsum testimonium dicens coram judice laico, an possit ab eo puniri? Et quid è contra? Et an vero ad effectum repellendi Clericum à testimonio possit judex laicus per viam exemptionis cognoscere de crimine Clerici? tom.9. tract.2. res.66. 67. & 268. §.4. p.134. & 234

Et in supradicto casu possit judex laicus si non in persona saltem in bonis punire dictum Clericum? tom.9. tr.2. res.66. §.2. p.134

Clericos in Minoribus Ordinibus constitutos, an judex laicus ex consuetudine possit judicare in criminalibus? Et quid etiam de constitutis in prima Tonsura? tom.9. tr.2. r.64. p.132

Clerici in Minoribus in Hispania non gaudent exemptione gabellarum ex consuetudine. ibid. §.2. paulò post initium, &c.

Vt Clerici in Minoribus debeant assumere sacros Ordines sub pœna privationis habitus, ex sacra Congregatione notatur Episcopum super hoc non posse publicare edictum. ibid. in fin. p.133

An Princeps sæcularis possit punire Clericum delinquentem tatione officii sibi ab ipsomet Principe concessi? t.9. tr.2. r.68. p.134

Clericum delinquentem in officio sæculari Medici, Chirurgi, Advocati, Tutoris, Curatoris, vel Administratoris bonorum, an judex laicus possit punire? t.9. tr.2. r.69. p.134

Et notatur, quod stando in affirmativa sententia, venit limitanda, ut si Clericus appareat debitor, vel in officio deliquisse, exequutio sententiæ contra Clericum in casibus permissis, non ad ipsum judicem laicum, sed ad Ecclesiasticum spectat. ibidem §. ultimo. pag.135

An Clericus possit se subjicere jurisdictioni Regali quoad ejus bona patrimonialia? Vbi quod bona patrimonialia Clericorum gaudent privilegio exemptionis, quam Clerici renunciare non possunt. tom.9. tract.2. res.70. p.135

Clericus an possit se subjicere judici sæculari ut arbitrio? Et in dicto casu si Clericus nolit stare sententiæ, judex laicus non possit illum per se cogere. tom.9. tract.2. res.71. p.135

Clericum compellere ad restituendum depositum an judex laicus possit quoties se obligavit restituere in tribunali judicis sæcularis? t.9. tr.2. res.72. & in aliis ejus notationum. p.135

Clericus an possit reconveniri coram judice laico de re, quæ non habet connexionem cum petitione? Vbi notatur in multis aliis casibus Clericum coram judice laico reconveniri non posse. tom.9. tract.2. resol.73. pag.135

Vbi etiam advertitur, quod licet Clericus possit à laico reconveniri & teneatur stare sententiæ, nihilominus sequuta sententia non poterit à judice laico cogi ad solvendum. ibid.

Clericus an sit conveniendus in Curia sæculari pro debitis regalibus? t.9. tr.2. res.74. p.136

Clericus in feudalibus an possit conveniri coram judice laico? t.9. tr.2. r.75. p.136

Clericus si conveniatur pro evictione, an conveniendus sit coram judice Ecclesiastico, vel ab emptore interpellatus teneatur eum defendere coram iudice sæculari? t.9. tr.2. r.76. & 77. p.136

Clerici ex vi statuti laicalis an possint conveniri pro iure congrui, vel laicos convenire? Vbi an Clerici ligentur statuto laicorum de causis compromittendis, inter affines, itaut ipsi possint alios compellere, & compelli ad compromittendum? tom. 9. tract. 2. resolut.78. pag.137

Et notatur quod statuta laicorum prosunt Clericis, licet eis non æque noceant; unde Clerici possunt uti statutis, & consuetudinibus laicorum quatenus concernunt eorum favorem, non autem è contra. ibid. §.2. ad lin. 7

Clericorum causam, qui hæredes sunt alicuius sæcularis, an judex sæcularis judicare possit, si causa ante eius mortem sit coram se incœpta? t.9.tr.2.r.79. 80. & 81. p.137. & 138

Et an instantia cœpta contra Clericum coram iudice Ecclesiastico debeat continuari contra laicum hæredem Clerici coram eodem iudice? ibid. in fine res.79. pag.137

Clericus citatus coram laico, si putans sua interesse compareat, an teneatur stare sententiæ à iudice laico latæ? t.9. tr.2. r.80. §.1. post med. p.138

Laicus effectus Clericus in civilibus an debeat respondere in iudicio, ubi prius citatus est? ibid. §. ult. & in res.106. p.151

Judex laicus an possit facere realem executionem sententiæ à se latæ contra Clericum in casibus, in quibus sibi à iure cognitio permissa est? tom.9. tract.2. res.82. 83. & in multis aliis earum not. p.138

An si adsit Clausula, De non alienando, possit fieri executio per sæcularem judicem in prædio specialiter obligato à

laïco, & si Clericus illud possideat? tom.9.tract.2. resol.84. p.139
Clericum creditorem citare an possit judex laïcus in confectione alicujus inventarii? tom.9. tract.2. resol.85. pagina 139
Clericum citare an judex laïcus possit ad exhibenda jura sua, quando ejus debitor petijt dilationem ex consensu majoris partis Creditorum, vel si velit beneficium cessionis bonorum obtinere? t.9.tr.2.r.86.p.139
Clericum, qui spoliavit laïcum sua possessione, an judex laïcus cogere possit ad illam restituendam? tom.9.tr.2. resol.87. p.139
Clericos cogere an sæculares Magistratus possint, ut triticum vendant, si necessitas adsit? t.9. tr.2. res.88.89. pag.140
Clerici an sint exempti, & non subijciantur legibus Principum sæcularium, quæ spectant ad Reipublicæ gubernationem, & pacem, nec cum Sacris Canonibus & statu Clericorum non pugnant? tom.9. tract.2. resol 90. p.141
Difficultas est, an Clerici subijciantur dictis legibus Principum sæcularium tantum vi directiva, non autem vi coactiva? tom.9. tract.2. late in resol.92. & in aliis ejus not. p.142
Et notatur, quod secluso scandalo Clerici non peccant mortaliter dictas leges non observando. t.9. tr.2. r.90. §.1. ad lin.9. & in aliis ejus not.
Clerici, si vendant frumenta ultra pretium justè à Republica taxatum an peccent mortaliter sicut laïci, & teneantur ad restitutionem? tom.9. tract.2. resol.90. §.3. ad lin.9. p.141
Et advertitur judicem Ecclesiasticum in dicto casu non debere, quamvis possit, Clericis violantibus dictas leges eamdem pœnam infligere, quæ laïcis statuta est, nec judex laïcus potest ad eam Clericos condemnare? t.9. tr.2. resol.93. pag.144
Clerici an possint vendere vinum ad minutum, & de aliquibus aliis statutis quoad hanc materiam contra immunitatem Ecclesiasticam? Et supponitur, quod dicitur statutum contra Immunitatem Ecclesiasticam, sive directè, sive indirectè, sive expresse, sive tacitè, etiam si non loquatur de personis Ecclesiasticis. tom.9. tr.2. r.94. §.1.2. p.144
An si in aliqua terra Baronis vendantur comestibilia tantum in ejus taberna, vulgo dicta *Zagato*, possint adhuc Clerici aperire tabernas, & vendere vinum, nivem, & alia recollecta in eorum prædiis? t.9. tr.2. r.95.p.147
An Clerico vendenti vinum, frumentum, &c. ultra taxam à Principe impositam, possit justitia sæcularis dicta victualia ei in pœnam tollere, ut à lege statutum est? Et si Princeps expresserit, ut ea pœna afficiantur etiam Clerici? t.9.tr.2.r.96.97. p.147.& 148
Et in tali casu an Clerici possint puniri ab Episcopis mitiori tamen pœna? ibidem in fine r.96. p.147
Et notatur ædilem non posse Clericum compellere ut domum ruinosam destruat, ne vicinis noceat; neque pro plateis mundandis ubi clerici degunt pœnas pecuniarias extorquere judex laïcus potest. tom.9. tract.2. r.97. §. ult. pag.148
Clerici, qui falsa mensura triticum, & vinum, vel oleum venduut, vel quoad pretium rerum venalium an possint puniri in mulctis pecuniariis impositis à lege per judicem laïcum? t.9.tr.2. r.98.99.p.148. & 149
Clerici transgressores legum sæcularium exportantes pecunias, frumentum, equos, &c. an possint puniri à judice laïco, & talia auferre, &c. t.9.tr.2.r.100.& 101.p.150
Ubi proponuntur alii similes casus.
Contra animalia, & pecora Clericorum, quæ in alienis pascuis reperta fuerint, an judex laïcus possit procedere, & damnum factum exigere. t.9. tr.2. r.103. p.151
Notarius effectus Clericus an sit puniendus à judice laïco pro falsitate quando erat laïcus? Et difficultas est quid faciendum, si talis Clericus conficeret acta, & instrumenta falsa? t.9. tr.2. r.104.p.151
An instrumentum incusari possit coram judice laïco contra debitorem, qui post obligationem Clericus effectus est? t.9. tr.2.r.105.p.151
An si quis effectus est Clericus postquam lis contra eum coram judice sæculari mota est, possit apponere declinatoriam pro remissione ad judicem Ecclesiasticum? Vbi quod stando in prima opinione, illa multis modis limitatur. t.9. tr.2. r.106. p.151
An laïcus relegatus per certum tempus intra quod efficitur Clericus, & rumpit exilium, sit à judice laïco pro dicta fractura cognoscendus? Et quid è contra? tom.9. tr.2. r.107. & 108. p.152
Et quid, si Clericus committat delictum tempore Clericatus, & post delictum ducat uxorem? ibid. in fine r.108. p.152
An sint aliqui casus, in quibus Principes sæculares possint pœnis coërcere Clericos? t.9. tr.2. r.110. p.153. & in multis aliis §§. hujus verbi, Clericus.
Clericos impedientes, & resistentes jurisdictioni laïcali an judex sæcularis possit illos capere, nec non eos punire pœna pecuniaria? tom.9. tract.2. resolution.110. pag.153
Clericum capere & detinere in carceribus ultra viginti horas, an judex laïcus possit in aliquibus casibus? Imo neque eo tempore detinere eum possit, si breviori tempore judici Ecclesiastico remittere possit? t.9. tr.2. r.113. & in aliis ejus not. p.154
Et in dicto casu si officialis laïcus capiens Clericum statim suo judici non tradit, an incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ. ibid. ad medium §.2.resolut.113. pag.154
An judex laïcus, & ejus minister possit capere Clericum in fragranti crimine & deducere illum sine injuria ad suum Ecclesiasticum Superiorem? t.9. tr.2.r.114. & in aliis ejus not. p.134. Clericus potest capi à ministro laïco concurrentibus tamen tribus conditionibus. t.9. tr.2. res.112. p.153
Quid sentiendum, si non in fragranti crimine sed noctu cum armis prohibitis, vel mutato habitu Clericus inventus est, an in tali casu Clericus comprehendi possit? Ubi an judex sæcularis jure defensionis suæ, aut alterius innocentis licite comprehendat Clericum non solum in actuali aggressione, crimen patiendo prevenendo illum, sed etiam in crimine patrato ne fugiat, ut præsentetur suo Superiori? tom.9. tract.2. resol.115.§.1. & 2. p.154. & 155
Clericum spoliare armis prohibitis an minister laïcalis possit absque metu excommunicationis maxime tempore noctis? Ubi an Clericus ferens arma possit resistere cum armis Birroario volenti eum capere? Et in dicto casu an judex Ecclesiasticus possit compellere arma illa spoliata restituere? tom.9. tract.2. resol.116.117. 118.119. 120.§.1.p.155. & 156
Clericus exercens prohibitam venationem, vel piscationem an possit spoliari à judice laïco, vel suis ministris, avibus, vel canibus, aut aliis instrumentis? tom.9. tr.2. r.116. §. ult. p.155
Clericis vestes prohibitas deferentibus an minister laïcalis possit eas tollere? tom.9. tract.2. resol.117. ad medium §.3. p.156
Clericatus possessio an sufficiat ad declinandum forum judicis sæcularis? Et an prima Tonsura unius testimonio probetur? tom.9. tract.2. resolution.120.§.1.2.3. & 4. pag.157
Clericus in Minoribus, ut gaudeat privilegio fori an opus sit ut tempore delicti vel saltem capturæ reperiatur in Tonsura, & habitu? tom.9. tract.2. resolution.122. pagina 157

Si

Si Clericus aliquis dimisisset habitum Clericalem, & illum reassumeret etiam sine licentia Episcopi, gaudet privilegio fori, etiamsi in Synodo hoc prohibitum sit fieri? ibidem §. 3. &c.
Clericus an gaudeat privilegio fori incedens in habitu, & Tonsura, & per paucas vices in Choro, & processionibus interfuit, quamvis de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ non inserviat, vel beneficium Ecclesiasticum non habeat. t. 9. tr. 2. r. 123. §. 3. p. 158
Clericus an gaudeat privilegio fori, si tantum deferat habitum, & non Tonsuram, vel è contra? tom. 9. tr. 2. r. 123. & 124. p. 158
Clericus ut gaudeat privilegio fori, an debeat portare non solum pallium, sed etiam togam usque ad talos? t. 9. tr. 2. r. 125. p. 158
De clericatu, vel de habitu an judex laïcus in casu contingenti cognoscere possit? t. 9. tr. 2. r. 126. 127. & in aliis earum not. p. 159
Clericus captus, si incedat in habitu laïcali, an tunc possit detineri per judicem sæcularem donec judex Ecclesiasticus ferat declarationem, an habitus, in quo inventus est clericus, sit clericalis, & dum pendet talis cognitio judex sæcularis debeat supersedere à progressu in causa delicti? Et quid, si fama sit publica, & notoria, quod ille esset clericus? tom. 9. tr. 2. ref. 126. à lin. 6. p. 159
An judex laïcus possit punire Clericum, qui assumpsit habitum Clericalem post delictum patratum intentione subtrahendi se à sæculari potestate? tom. 9. tr. 2. r. 131. 132. p. 160. & 161
Et in tali casu, si talis dicat se suscepisse habitum Clericalem ex vi voti, an ipsius juramento standum sit? ibid. §. 2. ref. 132. p. 161
Et notatur non posse judicem laïcum talem Clericum ordinatum in fraude punire quoad pœnam Corporalem, sed tantum quoad pœnam pecuniariam, & confiscationem bonorum, quamvis hoc non careat difficultate, quia exempta persona, non potest in rebus molestari? t. 9. tr. 2. r. 132. §. 3. p. 161
Clerici Salvatici, gaudent privilegio fori tantum. tom. 9. tr. 2. ref. 134. §. 2. p. 162
Clericum non deferentem habitum, & Tonsuram percutiens an incurrat in excommunicationem Canonis? t. 9. tr. 2. ref. 135. §. ult. p. 163
Clericus incedens cum habitu & Tonsura, sed non deserviens alicui Ecclesiæ an gaudeat privilegio fori? Ubi alia notabilia circa hoc. t. 9. tr. 2. ref. 135. 136. p. 163
Et quid, si deserviat alicui Ecclesiæ, etiam si non faciat de mandato Episcopi? Et quid ex licentia obtenta à Vicario Episcopi? t. 9. tr. 2. ref. 136. §. 2. p. 163. & ref. 137. pag. 164
An Clerici adscriptio in Ecclesia hodie non sit necessaria de mandato Episcopi, sed sufficiat, quod realiter fiat servitium in divinis? t. 9. tr. 2. ref. 136. post medium §. 2. p. 163
Clerici Minores ut gaudeant privilegio fori, an debeant in diebus Dominicis cum superpelliceo divinis interesse? Et an hoc intelligendum sit non rigide, id est pro omni tempore, sed pro majori parte ipsius? t. 9. tr. 2. r. 138. p. 164
Clerici in Minoribus observantes requisita Concilii Trid. an gaudeant omnibus privilegiis, quibus gaudent Clerici in Sacris constituti? t. 9. tr. 2. r. 139. p. 164
Et explanantur omnia, quæ determinat Concilium Trid. sess. 23. cap. 6. ut quis gaudeat privilegio fori. t. 9. tr. 2. ref. 140. p. 165
Utrum Clericus habens beneficium, sed non deferens habitum, & Tonsuram, nec alicui Ecclesiæ deserviens gaudeat privilegio fori? ibid. §. 2. & in r. 141
An si dictus Clericus habeat tantum titulum, & collationem beneficii, non autem possessionem gaudeat privilegio fori: Et an hoc procedat etiam in Clerico possidente beneficium, sed sine redditibus: t. 9. tr. 2. r. 142. p. 166
Clericus, qui habet possessionem tantum super aliquo beneficio, an gaudeat tanquam Beneficiarius privilegio fori? Et quid, si non incedat in habitu, & Tonsura, r. 143. ibid.
An Clericus, cui Capella in perpetuum, vel in titulum fuerit à Papa, vel Episcopo assignata, gaudeat privilegio fori? Et quid, si habeat Capellaniam, vel beneficium vulgariter dictum servitium Missarum? Et quid si Clericus habeat Præstimonium, seu Fratranstam; si hoc possideat in titulum perpetuum, & aliquod spirituale annexum habeat? t. 9. tr. 2. r. 144. p. 166
Clericus habens Coadjutoriam à Papa concessam an gaudeat privilegio fori? Et quid de Clerico, qui beneficium obtinuit, quod obtinere non poterat, puta, quia illegitimus, irregularis. Vel si ordinatus est cum falsis dimissoriis, vel sine illis, aut ante legitimam ætatem, vel extra tempora, aut per symoniam, vel per Episcopum impeditum ordines faciendi? t. 9. tr. 2. r. 145. §. 1. 2. & ult. & in ref. 146. p. 167
Clericus, qui beneficium habens deliquit, & posteà matrimonium contrahit sit à judice laïco puniendus? t. 9. tr. 2. ref. 147. §. 1. & 2. p. 167
Clericus conjugatus cum unica, & Virgine, vestes clericales & Tonsuram deponens, si postea illas reassumat, gaudeat privilegio fori. t. 9. tr. 2. r. 148. p. 167
An Clericus conjugatus qui post delictum commissum tempore, quo omnia requisita habebat, ut privilegio fori gauderet, effectus sit bigamus iniens aliud matrimonium? t. 9. tr. 2. r. 147. §. ult. p. 167
Clericus solutus in Minoribus tempore delicti, si postea viduam ducat, ex bigamia amittat privilegium fori? t. 9. tr. 2. ref. 149. p. 167
An Clericus sit bigamus, ita ut amittat privilegium fori, siquis fœminam prius à se cognitam, ducat postea in uxorem? ibidem §. 2. p. 168
Clericus an sit bigamus, judex laïcus an possit cognoscere? t. 9. tr. 2. r. 150. p. 168
Circa Clericos conjugatos an minister laïcalis jurisdictionis possit exercere jurisdictionem non in criminalibus, sed in civilibus? t. 9. tr. 2. r. 151. & 152. p. 168
Omnis negociatio, quæ aliis Clericis prohibita est, etiam conjugatis Clericis prohibita censeri debeat? ibid in fine r. 151. p. 168
An Clericus conjugatus post dimissum habitum, & Tonsuram, si pro delicto aliquo in Curia laïcali est citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit; si deinde te assumpto habitu, & Tonsura, modo non in fraudem Ecclesiæ deserviat, an possit à judice laïco propter delictum in carcerem conjici, aut personaliter adstringi? Ubi docetur, quod si Clericus conjugatus, pro crimine capiatur, incedens sine habitu, & Tonsura, & deinde è carcere fugiens habitum, & Tonsuram reassumat, & in ea iterum capiatur, an gaudeat privilegio fori? t. 9. tr. 2. r. 152. §. 3. p. 168
Clerici in Minoribus conjugati Orientales, quos Græcos appellamus gaudeant privilegio Canonis, & fori, etiam si Ecclesiæ non deserviant? t. 9. tr. 2. r. 153. §. 2. prope fin. Vbi quod dicti Græci primum sumunt ordines, & postea uxorem. p. 169
Et quid de uxoribus Clerici, Græci, & Latini, vivente marito, & etiam mortuo durante viduitate? t. 9. tr. 2. r. 154. & in multis aliis ejus not. p. 170
Clericorum filii an gaudeant privilegio? Et an hoc intelligatur de filiis legitimis, & vivente Patre? t. 9. tr. 2. r. 158. 159. p. 173
Et quid de exemptione gabellarum? ibid. in fine. §. 1. r. 158. p. 173
Clericus Emphyteuta an sit conveniendus ad solutionem Laudemii, vel coram Ecclesiastico? ibid. in fin. r. 159. pag. 173
Clericorum familia laïca an gaudeat privilegio fori? Et diffi

difficultas est de servis Clericorum temporalibus, & conductoriis. tom. 9. tract. 2. resolut. 160. §. 2. & seq. pag. 173

Et quid de Clericorum servis perpetuis, etiam si sint Mauri, Turcæ, & à Catholica Ecclesia alieni. t. 9. tr. 2. r. 160. §. 1. & ult. p. 173

Vt Clericus perdat privilegium fori, quæ sunt necessaria. tom. 9. tract. 2. res. 162. §. 4. & seq. p. 174

Clericorum Patres, fratres, & nepotes, dum una simul vivunt, an sint exempti ab onere hospitandi? Et an in domibus Clericorum, quamvis laïcis locatis. t. 9. tr. 2. res. 179. p. 183

Clericos offendentes an sint puniendi à judice Ecclesiastico, vel sæculari? Vel an saltem sit causa mixti fori. t. 9. tr. 2. r. 187. p. 182

Quando Clericus instituit hæredem alium Clericum, vel laïcus condit testamentum ad pias causas possit judex Ecclesiasticus dicta testamenta publicare? Et in dicto casu an inventarium sit faciendum coram judice Ecclesiastico. t. 9. tr. 2. r. 191. & 192. p. 193

A Clericis exigere tributa an aliqua civitas, vel Princeps possit, quia per consuetudinem immemorabilem semper factum est? Et an colore talis prætextus liberentur à censura excommunicationis, & restitutionis debito. t. 9. tr. 2. r. 238. & 239. p. 219

An quædam doctrina Sylvestri, de gabella solvenda à Clericis super carne, vino, &c. sit vera. tom. 9. tr. 2. r. 240. 241. & 244. p. 219. & 220

Et an laïci possint aperire tabernas, in quibus sine onere vectigalis confluere possint Clerici. ibid. prope fin. res. 240. p. 219

Pro Clerico filio, vel Capellano suæ familiæ emens victualia, an teneatur solvere gabellam. tom. 9. tr. 2. res. 242. pag. 220

An licite Senatus Panormitanus, & alia Respublica exigant gabellas à Clericis cum animo restituendi eas in fine anni. t. 9. tr. 2. r. 243. p. 220

An si Princeps, vel aliqua Respublica propter aliquam justam causam augeret tantilum pretium carnis, vini, olei, &c. ut illud plus convertatur in illam causam, non quidem in gravamen Clericorum faciens principaliter, sed generaliter in gravamen omnium incurrant in excommun. Bullæ Cœnæ, si talem gabellam à Clericis exigant. t. 9. tr. 2. res. 244. §. 1. & 2. p. 220. & 221

An in tali casu aperienda sit alia taberna, in quam sine tributo confluere possint Clerici ad emendum vinum, oleum, &c. justo pretio. ibid. §. ult.

Sine Clerici consensu an Princeps, seu alius Superior laïcus possit imponere gabellas super eorum bona ex aliqua publica necessitate, ut pestis, &c. t. 9. tr. 2. r. 246. & in aliis ejus not. p. 222

Clerici an teneantur ad subsidium Patriæ & onera communia. tom. 9. tract. 2. res. 336. & in multis aliis ejus not. pag. 287

An in casu, quo collectæ, seu gabellæ juste Clericis imponantur pro communi & justa Reipublicæ utilitate, possint imponi inconsulto Romano Pontifice? Et quid, si periculum est in mora. tom. 9. tract. 2. resolut. 247. pag. 222

De conditionibus, quas requirit *Cap. Non minus, & cap. Adversus de Immunit. Eccles.* ut Clerici possint collectari in communibus utilitatibus, vel necessitatibus. tom. 9. tr. 2. r. 248. pag. 223

An in tali casu, inconsulto Summo Pontifice, an sufficiat ad validitatem actus consensus Episcopi, & Clerici? Et qui sub nomine Clerici intelligantur. t. 9. tr. 2. r. 248. §. 2. & 4. p. 223. & 224

Et advertitur, quod hæc necessitas, ut imponatur gabella, inconsulto Summo Pontifice, potest contingere in exactione quæ ad unum actum, vel ad breve tempus fit. t. 9. tr. 2. r. 248. §. 3. p. 223

Et si adsit consensus Pontificis, an sit necessaria consultatio Cleri? Et vocato Clero, an tunc sit necessarium servare formam *Cap. Non minus* de Immunit. ibid. §. ult. & in aliis ejus not. p. 225

Et notatur, quod exactio in dictis casibus, & contributionibus per Ecclesiasticos persolvenda est, & per personas similiter Ecclesiasticas tantum ab Episcopis deputatas efficienda erit. ibid. prope fin. dictæ Res. 248

An Decretum Bonifacij VIII. *in Cap. Clericis, de Immunit. Eccles. in 6.* hodie persistat? Et quidquid sit de aliis Regibus, difficultas est de Regibus Galliæ, stante privilegio Bonifacij VIII. concesso Philippo Pulchro, ut non expectato Episcoporum consensu, possint, urgente necessitate, imponere onera Clericis, & an tale privilegium sit in usu. tom. 9. tract. 2. res. 338. p. 291

Ad hoc, ut Clerici cum consensu Episcopi, & consulto Romano Pontifice, contribuere in aliquibus casibus teneantur, quando laïcorum facultates non sufficere censendum sit. t. 9. tr. 2. res. 249. p. 225

Et notatur in dicto casu Dominos Episcopos non debere statim licentiam Pontificis executioni mandare, nisi visis videndis, &c. quæ in dictis Bullis Pontificum ponuntur. tom. 9. tract. 2. resol. 248. §. ultim. p. 225

An Clerici teneantur solvere gabellam impositam pro primo introitu Regis in Civitate. tom. 9. tr. 2. r. 251. pag. 226

Vtrum Clerici teneantur ad gabellam, quæ imposita est pro manu tenendo exercitum in partibus inimicorum, ut tutius confinia Regni conserventur. t. 9. tr. 2. r. 252. pag. 226

Super Clericorum bona an Princeps laïcus possit imponere gabellas propter reparationem murorum, viarum, fontium, pontium, & similium, ad communem usum Clericorum, & civium necessaria, nisi in subsidium, nempe quando deficerent facultates laïcorum. t. 9. tr. 2. r. 253. & in multis aliis ejus not. p. 226

Clerici an teneantur ad expensas Academiæ publicæ Principis sæcularis? Et quid pro Physico, Chirurgo, Ludi-Magistro, &c. t. 9. tract. 3. res. 337. in fine. p. 291

Clerici an teneantur ad contributionem, ut oppidum, quod Rex vendere parat, se redimat. t. 9. tr. 2. r. 253. §. 4. in fine & seq. p. 227

Clerici an teneantur, & possint per judices sæculares cogi ad reparandam viam ante domos suas. t. 9. tr. 2. r. 254. pag. 227

Et quid, si graculi, aut vermes, vel locustæ, seu bruchi nascantur in vineis vel messibus alicujus Clerici, vel pro reparatione aggerum, ne flumen vicinos agros Clericorum, & laïcorum inundet. ibid. §. 3. &c.

Super Clericorum bona patrimonialia an Principes possint imponere gabellas, sibi ipsis Clericis donata, vel empta, aut quovis alio titulo quæsita sint. tom. 9. tractat. 2. resolut. 255. & in multis aliis ejus not. pagina 227

Clerici, an teneantur solvere vectigal in extractione frumenti, vini, olei, & similium, quæ ex bonis patrimonialibus collegerunt, ut alibi conducendo carius vendant. tom. 9. tract. 2. res. 256. & in aliis ejus not. pag. 226

Et docetur Clericis non omnem negotiationem lucrativam esse interdictam, sed illam tantum, quando res ipsa non meliorata cariori pretio vendenda est, & quæ debitum tributi habet annexum; secus si res meliorata cariori pretio vendenda quam empta fuit. Et pro utraque negociatione lucrativa ex re meliorata, & non meliorata. tom. 9. tract. 2. resolut. 256. §. 3. pag. 228. & resol. 214. §. 17. pag. 206. & in resolut. 264. §. 2. p. 232. & in plurimis aliis Resol. & §§. earum not.

Clerici an teneantur solvere gabellam, & collectam certam, & invariabilem impositam per statutum super aliqua bona priusquam ad eos pervenissent. t. 9. tr. 2. res. 258. p. 230

Et

Et asseritur, quod prædia omnia sunt obligata pro tributis Reipublicæ impositis, & imponendis, & cum hoc onere transire ad Ecclesiam, sed resolvitur hanc opinionem esse falsam, ibidem. §. ult.

A Clericis in Minoribus constitutis an Princeps possit imponere, & exigere gabellas? Et quid de constitutis in prima Tonsura? Et an qui vectigalia à Clericis exigerent, vel imponerent, in excomm. Bullæ Cœnæ incidерent? t. 9. tr. 2. r. 259. p. 230

Et quid, si Clerici in Minoribus non habeant requisita Concilii Trid. sess. 23. cap. 6. tom. 9. tract. 2. resol. 260. pagina 231

Super Clericorum bona an Princeps possit imponere gabellas, si Clerici habitum Clericalem assumpserunt sine intentione Clericandi, sed tantum in fraudem collectarum? t. 9. tr. 2. r. 261. p. 231

Clericus conducens agros alienos an teneatur solvere gabellam ex fructibus inde perceptis? t. 9. tr. 2. r. 264. pag. 232

Clericus negociator an statim ante trinam monitionem teneatur solvere gabellam, & Princeps laïcus illas ab illo possit licitè exigere? tom. 9. tractat. 2. resolution. 265. 266. &c.

Quando Clerici tenentur dictam, vel aliam gabellam solvere, an possit superior laïcus illas ad solvendum compellere? t. 9. tr. 2. r. 268. p. 234

An Clericus negociator post trinam monitionem non perdat exemptionis Immunitatem quoad bona Ecclesiastica? t. 9. tr. 2. r. 267. §. ult. p. 234

Et explanatur, quod si Clericus negociator in judicio pulsaretur, plura allegate posset, quæ eum à culpa relevarent & excusarent. ibid. in dicto §. ult.

An Clericus possit convenire laïcum coram judice Ecclesiastico pro rebus non solum Ecclesiæ, sed etiam pro fructibus? t. 9. tr. 2. r. 280. 281. p. 238

Et discutitur quomodo, & quando actor debeat sequi forum rei. t. 9. tr. 2. r. 280. §. 1. in principio, & late in §. 7. & seq. p. 238. & 239

Quando agitur de dando Tutore Clerico minori, aut mente capto an judex Ecclesiasticus sit competens? Vbi notatur, quod si Clericus minor litigat tanquam actor coram judice sæculari possit idem judex sæcularis dare ei curatorem ad litem. Et an inventarium bonorum Clerici mortui, qui filios minores reliquit, pertineat ad judicem laicum, illud facere? t. 9. tr. 2. r. 283. p. 242

Clerici filium legitimare an Princeps laïcus possit? Et quid si filius Clerici sit laïcus? tom. 9. tract. 2. resolut. 313. pag. 256

Clericus hæres non conficiens inventarium, an teneatur ultra vires hæreditatis? t. 9. tr. 2. r. 219

Clerici inservientes Ecclesiæ si primam Tonsuram non deferant, an gaudeant privilegio fori? tom. 9. tract. 2. resol. 134. p. 162

Clerici an comprehendantur sub statuto laïcorum prohibente generaliter librorum impressionem absque eorum licentia? t. 9. tr. 2. r. 216. p. 207

Clerici an dici possint, & vere sint vassalli Principum sæcularium? t. 9. tr. 2. r. 49. p. 127. Vbi quod Clerici in quatuor tantum casibus non dicuntur vassalli Principum sæcularium.

Clerici veniunt in appellatione populi & Universitatis in favorabilibus, secus in odiosis. t. 9. tr. 3. r. 6. §. His tamen. pag. 208

Clerici tam agentes, quam patientes vitium sodomiticum, an incidant in pœnas Bullæ Pii V. contra sodomiticos? t. 1. tr. 5. r. 60. §. 1. p. 300

Clerici sacris Ordinibus initiati an peccent mortaliter, si non deferant habitum clericalem, & coronam in capite? t. 2. tr. 5. r. 117. §. 1. p. 331

Et quid, si prædicti clerici cum ense, vel aliis similibus incedant? ibid.

Clerici in minoribus an teneantur recitare Psalmos, quos Episcopus in Ordine injunxit? tom. 3. tract. 6. r. 3. §. 1. pag. 419

Clerici non tenentur servare consuetudinem laïcorum in jejuniis, nec è contra. Et quid quoad observationem festorum? tom. 4. tract. 6. resol. 58. §. 2. p. 230. & resol. 59. §. 2. p. 231

Clerici curam animarum non habentes, an teneantur inquirere pauperes, ut ipsis eleemosynas faciant de superfluis ex redditibus Ecclesiasticis? tom. 4. tr. 7. r. 31. §. 1. & 2. p. 294

Clerici non amittunt privilegium fori etiamsi se immisceant in enormibus, & incedant in habitu laïcali, nisi prius ter moneantur, & præcedat declaratio judicis Ecclesiastici. tom. 5. tractat. 1. resolution. 6. §. 11. pagina 5

* Ob Clerici percussionem quando incurratur censura, & quando non, & quis potest à prædicta censura absolvere, in tomo quinto ex tractatu 2. de Censura ob percussionem Clerici lege omnes difficultates præcitati tract. ubi plura, & notabilia.

Clerici prima tonsura initiati gaudent privilegio Canonis, & sunt capaces beneficiorum, & si ordinantur ab Episcopo alieno suspenduntur. tom. 5. tract. 3. r. 12. §. 1. p. 174

Clerici publici concubinarii an sint suspensi? tom. 5. tr. 3. r. 66. §. 1. p. 197

Clerici, qui possunt in interdicto Divinis officiis assistere, an possint etiam communicare absque celebratione? t. 5. tr. 4. r. 9. per totam. p. 200

Clerici conjugati an possint interesse divinis Officiis tempore interdicti? tom. 5. tract. 4. resol. 12. per totam p. 202

Clerici, qui non sunt Sacerdotes confessiones audiendo incurrentes irregularitatem propter hoc; an in ea solus Papa dispensare possit, ut ad superiores Ordines ascendant, & in susceptis vero, ut ministrent; Episcopus proprius? tom. 5. tract. 5. resolution. 22. §. 3. pagina 216

Et quid, si delictum est occultum, an tunc Episcopus cum dictis Clericis dispensare possit ad ulteriores Ordines? ibid. in fine, & in r. 26. §. 3. p. 219

Clerici publici concubinarii suspensionem contrahunt, sed hæc suspensio consuetudine contraria sublata est. t. 3. tr. 5. r. 39. §. 4. in fine p. 223

Clerici an possint exercere Medicinam; & an illis interdictum sit exercitium Medicinæ, & Chirurgiæ? Et pro praxi varii casus assignantur. tom. 5. tr. 5. r. 71. 72. 73. & 74. à p. 238. ad 241

Clerici exhortantes in bello justo, ut hostes occidantur, an incurrant irregularitatem? tom. 5. tr. 5. r. 92. per totam. p. 251

Clerici, qui in gravi necessitate pugnant in bello, an incurrant irregularitatem? tom. 5. tract. 5. resol. 93. §. 1. pag. 252

Vbi, quod licet in casibus, in quibus Clerici in bello justo pugnando lethaliter peccant, non sunt irregulares, esto in eo bello aliqui interficiantur, aut mutilentur. §. 3

Clerici in casibus, in quibus licitè possint pugnare occidendo hostes an irregularitatem incurrant? tom. 5. tr. 5. r. 95. §. 1. p. 253

Vbi quod si in bello justo ad cujus felicem exitum non est necessaria pugna Clerici, si tamen Clericus pugnat, peccat graviter, sed non est irregularis, nisi ipse hominem occidat, aut mutilet, quamvis aliquem feriat, & alii socii hostem occidant. §. 3

Clerici bello assistentes, pro spirituali Militum auxilio, si illos in conflictu excitent ad præliandum, an irregularitatem incurrant? tom. 5. tract. 5. resolut. 96. §. 1. ibidem.

Vt Clerici assistant in exercitu absque irregularitate, utrum sit necessaria licentia Prælati? ibid. §. 2

Clerici an mitius torquendi sint, quam laïci in casu occurrenti? t. 5. tr. 11. r. 36. §. 3. p. 497
Vbi quod quando datur tortura Ecclesiasticis, non laïci, sed Clerici debent illos torquere. ibid. §. 4
Clerici an possint in propria domo vendere per famulos vinum collectum ex eorum prædiis. t. 6. tr. 3. r. 182. §. 1. pag. 217
Clerici an possint esse fidejussores? t. 6. tr. 3. res. 189. §. 1. pag. 222
Et quid, si Clericus pro alio, vel aliis Clericis fidejussisset? ibid. §. 8
Clerici an possint aliquid ludo exponere? t. 6. tr. 4. r. 8. §. 1. p. 247
Clerici de quibus fructibus sint verè Domini, & de quibus possint ludere, unde lucrantes ab eis non teneantur restituere: licet fortè Clerici ludo insumentes aliqua bona beneficii, peccent mortaliter. ibid. §. 3
Clerici an peccent mortaliter ludendo ludis prohibitis? t. 6. tr. 4. r. 9. §. 1. p. 247
Et an non solum ludere, verum etiam ludis ejusmodi interesse prohibitum sit Clericis? ibid.
Et quid in dictis casibus de Clericis in sacris, & quid de Clericis minoribus Ordinibus initiatis? t. 6. tr. 4. res. 10. §. 1. & seq. p. 248
Clerici non peccant mortaliter, si inspiciant notabili tempore ludos fortunæ mortaliter peccaminosos, nisi ludi causa sint, vel omittant corrigere quando tenentur. ibid. §. 5
Clerici an peccent mortaliter aspiciendo eos, qui ludendo mortaliter peccant? t. 6. tr. 4. r. 11. §. 1. ibid.
Clerici, qui in fraudem creditori consumpserunt bona, illa alienando, vel ludendo, &c. an gaudeant beneficio cessionis bonorum? t. 6. tr. 5. r. 11. §. 5. p. 281
Si Clerici fideiussor sit laïcus, an illi proficiat beneficium. Cap. Odoardus ad solut? tom. 6. tract. 5. res. 18. §. 2. pag. 284
Et quid è contra? ibid. §. 3
Clerici an validè possint donare? tom. 6. tr. 7. res. 3. §. 1. pag. 308
Et supponitur bona temporalia esse triplicis generis, quæ Clerici habere possunt, scilicet patrimonialia, quasi patrimonialia, & merè Ecclesiastica. Et de quibus ex his possint validè Clerici donare, agitur. ibid. §. 1. & seqq.
Et an etiam licitè? t. 6. tr. 7. res. 4. §. 1. ibid.
Et an obligatio, quam habent Clerici, expendendi in usus pios, quod supereſt de congrua sustentatione, non solum oriatur ex iure humano, sed etiam ex iure naturæ? ibid. §. 2
Quod ex Clerici donatione illicita accipitur, an restituendum sit? t. 6. tr. 7. r. 5. §. 1. p. 309
Vnde, quod meretrices, & ludentes cum Clericis beneficiariis, vel aliud ex ipsis recipientes ex bonis Ecclesiasticis non tenentur aliquid restituere. ibid. §. 5
Clerici an possint testari de fructibus beneficiorum ad usus non pios? t. 6. tr. 8. r. 94. §. 2. p. 442
Et an peccent mortaliter si de notabili quantitate ad usus non pios testentur? ibid.
Clerici an possint eligi in executores testamentorum, tam ad pias causas, quam ad prophanas? t. 6. tr. 9. r. 9. §. 1. pag. 460
Et quid quando deputaretur Clericus executor testamenti simul cum laïco? ibid. §. 3
Clerici executores testamentorum, an teneantur reddere rationem coram judice laïco? tom. 6. tract. 9. res. 73. §. 1. pag. 489
Clerici Regulares, vulgo dicti Theatini an gaudeant privilegiis concessis aliis Religionibus? t. 7. tr. 1. 4258. per totam. p. 169
Clerici incedentes per civitatem in diebus baccanalibus personati, vulgo Macherati, an peccent mortaliter peccato scandali? t. 7. tr. 5. res. 6. §. 1. p. 328
Clerici, inconsulto Summo Pontifice, an possint alicui exercitu præesse? tom. 7. tract. 7. r. 51. §. 1. p. 417
Et an solo jure positivo, & Ecclesiastico, vel etiam naturali interdicta sit clericis militia? ibid.
Et contra quam virtutem sit hujusmodi prohibitio? ibid. §. 2
Clerici an gaudeant immunitate Ecclesiarum, itaut ad Ecclesiam confugientes pro criminibus non exceptuatis in Bulla, ab eorumdem judicibus Ecclesiasticis inviti extrahi ab ea non possint? t. 9. tr. 1. res. 34. & 35. pag. 27
Si Clerici ex consuetudine in aliquibus locis solvant jus Tractæ, quando extrahunt à portu aliquas merces, an hæc consuetudo sit contra Immunitatem, & improbanda? t. 9. tr. 2. r. 217. §. Probatur 2. post medium, à vers. Et tandem licet, & in §. Ad quartum. p. 209
Clerici percutientes seipsos an incurrant censuram, cap. Si quis suadente? t. 9. tr. 7. r. 82. §. 2. p. 406
Praxis pro Confessariis circa absolutionem Clericis sodomiticis impertiendam. t. 1. tr. 5. r. 64. §. 1. p. 303
Clericis an possit dari Extrema-unctio tempore interdicti? t. 3. tr. 1. r. 2. §. De susceptione post medium, p. 2
Clericis alterius Diœcesis an possit Capitulum sede vacante concedere licentiam alicui Episcopo, ut eis Ordines conferat? t. 3. tr. 5. r. 11. §. 1. p. 386
An Clericis ultra psalmos, quos Episcopus in Minoribus injunxit possit præcipere aliquid singulis diebus recitandum? t. 3. tr. 6. r. 3. §. 2. p. 419
Clericis Presbyteris an sit licita venatio, vel suspensionem incurrant? t. 5. tr. 3. r. 64. §. 1. p. 197
Et si raro tamen fiat causa recreationis non sit peccatum mortale, & secus si frequenter fiat? ibid. §. 2
Clericis in sacris an sit prohibita venæ sectio, itaut incurrant irregularitatem, morte sequuta? t. 5. tr. 5. r. 73. §. 1. p. 240
Clericis in sacris, & Beneficiariis assistentibus, quando reus in patibulo suspenditur, an incurrant irregularitatem, peccent mortaliter? tom. 5. tract. 5. res. 76. §. 1. pag. 241
Et aliqua alia contingentia in dicto casu. t. 5. tr. 5. res. 77. §. 1. & seqq. p. 241. & 242
Clericis non infamatis, sed tantum indicatis an Inquisitores debeant torturam adhibere? tom. 5. tr. 11. res. 36. §. 1. p. 497
De Clericis Sacris Ordinibus initiatis matrimonium ineuntibus. t. 5. tr. 12. r. 5. §. 1. p. 505
Et an tales non solum committant sacrilegium, sed sint de hæresi suspecti, & qua pœna puniendi sint. ibid.
Cum Clericis an regulares dispensare possint in omnibus irregularitatibus ab ipsis contractis, in quibus Episcopus dispensare potest? Vbi pro praxi curiæ octo casus. t. 7. tr. 1. r. 301. per totam. p. 209
Si cum Clerico minorum Ordinum mulier rem habet, an teneatur hanc circumstantiam in confessione explicare? t. 1. tr. 7. r. 79. §. 1. p. 382
Qui Clerico furatur aliquid jure Ecclesiastico possessum, non committit sacrilegium. tom. 1. tract. 7. res. 154. §. 3. pag. 418
Cum Clerico ne resideat ratione studii, an Episcopus teneatur dispensare? t. 3. tr. 2. r. 15. §. 6. p. 184
Clerico an possit Capitulum sede vacante dare licentiam transeundi ad dignitatem Ecclesiasticam in alienam Diœcesim? t. 3. tr. 5. r. 49. §. 1. & seqq. p. 402
Clerico peregrinaturo non potest Episcopus præcipere sub pœna suspensionis ne ludat, ne arma prohibita ferat, ne dicat sacrum, & similia in alieno territorio, & extra propriam Diœcesim. tom. 5. tract. 1. res. 99. §. 4. pag. 67
Clerico potest Pontifex concedere facultatem, ut absolvat ab Excommunicatione in articulo mortis. tom. 5. tractat. 1. resolut. 214. §. 9. paulo ante medium. pagina 122

Clerico habenti tantum primam Tonſuram an ſit largienda à Confeſſario abſolutio à ſuſpenſione, quatenus indigeat ? t.5. tr.3. r.12. §.1. p.174
Clerico interdicto, an Religioſi intelligantur interdicti ? t.5. tr.4. r.24. §.1. p.206
Clerico perito Medico an liceat dare conſilium, ut fiat minutio ſanguinis, dummodo per ſe ipſum non faciat dictam minutionem ? tom. 5. tract. 5. reſol. 73. §. 1. pag.240
A Clerico donata ſuæ concubinæ, hæredes ipſius Clerici non poſſunt repetere. tom. 6. tract. 7. reſol. 29. §. 5. p.323
Et in dicto caſu an prædicta dona debeant adjudicari fiſco ? ibid.
Clericorum bonorum executor teſtamenti an poſſit adire pro confectione inventarii judicem laïcum ? t.6. tr.9. r.66. §.1. p.485
Pro Clericorum bonis patrimonialibus aliqua practicabilia explanantur. t.7. tr.6. r.33. §.3. p.382
Clericorum domus in communi viventium, an gaudeat immunitate Eccleſiæ ? t.9. tr.1. r.6. §.12. p.7
Clericorum domus juncta Eccleſiæ, vel intra 30. vel 40. paſſus conſtructa, an gaudeat Immunitate ? t.9. tr.1. r.7. §.11. p.8
Clericorum conſenſus quando adeſt libertatis præjudicium, nihil operatur. t.9. tr.1. r.57. § 8. p.38
Clericorum cauſas præſertim criminales an Cardinales in ſuis Eccleſiis titularibus cognoſcere poſſint ? t. 9. tr. 7. r.63. §.1. p.399
Et quid, ſi Clericus dignus ſit depoſitione, an tunc Cardinalis debeat ſententiam ferre, & actum degradationis Epiſcopo committere. ibid. 8.2
Contra Clericos ſodomitas, an Bulla Pii V. obliget in conſcientia, & ſit uſu recepta ? tom. 1. tract. 5. reſol. 57. §.1. p.300
Qui Clericos tres unico ictu occideret, an in tres excommunicationes incurrat ? t.1. tr.7. v.21. §.11. p.357
Idem eſt de irregularitate. ibid.
Et quid, ſi ter percuteret Clericum, an tunc unam tantum excommunicationem incurrat ? ibid.
Clericos ſalvaticos an Capitulum ſede vacante creare poſſit ? t.3. tr.5. r.46. §.1. & 2. p.401
Clericos an obliget conſuetudo laïcorum ? t.6. t.2. r.23. §.1. p.112
Et quid quoad feſta, & jejunia à laïcis introducta ? ibid. §.3
In ordine ad Clericos multas reſtrictiones Epiſcopus apponere poteſt circa modum exorcizandi. t.7. tr.1. r.48. §.2. p.33
Clericos familiares Cardinalium offendentes an incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ, ſi intuitu eorum Cardinalium eos offendant ? tom.9. tract.7. reſ.83. §.2. pag.406
Clericum degradare, tradere brachio ſæculari ad puniendum an Epiſcopus poſſit, ob aliquod delictum enorme, & qualificatum ? tom. 3. tractat. 3. reſolut. 79. §.1. p.343
Clericum torquentes per laïcum, an incidant in cenſuram, etiamſi hoc de licentia Epiſcopi faciant ? Et an conſuetudo contraria excuſet à culpa ? tom. 5. tract.2. reſ.44. §.1. p.151
Clericum percutiens Pater, Filius, Frater, Maritus, &c. turpiter inventum cum filia, matre, ſorore, & uxore non eſt compellendus ad Sedem Apoſtolicam ire pro abſolutione gravis, & enormis percuſſionis, t.5. tract.5. r.125. §.2. p.270
Inter Clericum, & Concubinam an donatio renunciatoria valeat ? t.6. tr.7. reſ.23. §.4. p.320
Clericum delinquentem ratione officii ab ipſomet Principe conceſſo, an Princeps ſæcularis punire poſſit ? tom. 6. §. fic, & §. Nec obſtat, p.489.490
Et quid ſi Clericus commiſit crimen læſæ Majeſtatis ? ibidem. §. Quemadmodum, & §. Nec etiam.
Clericum compellere an poſſit judex laïcus ad reſtitutionem depoſiti, ſi ad id in ejus Tribunali ſe obligavit ? ibid. §. Eodem modo Judex, & §. Nec ſuſtineri. tom. 6. pagina 490
Clericum aliquem an ſuperiores religionum transferre poſſint ad ſtatum laïcalem ? tom. 7. tract. 1. r.178. §.1. p.115
Et quid è contra ? ibid. §.3
Si Clericum aliquem determinatum quis intendat occidere, aut enormiter percutere, & caſu errans alium etiam Clericum percuteret, vel occideret, an illa occiſio, vel percuſſio enormis non ſit reſervata ? t.8. tr.5. r.91. §.2. per totum, p.132
Clericum percutiens, aut occidens, an gaudeat Eccleſiæ immunitate ? t.9. tr.1. r.77. & 78. p.47
Si ſe eſſe Clericum dicit reus captus à judice ſæculari, an cognitio hujus rei ſpectet ad judicem laïcum ? t. 9. tract. 1. r.120. §.1. p.74
In Clericum res litigioſa alienata, lite pendente, an poſſit ab eo avocari per judicem laïcum, & in eum directè fieri executio ſententiæ latæ ab eodem judice ? tom.9.tr.2. r.82. §. Ex his, p.138
Clericus non incurrit pœnas Bullæ Pii V. contra ſodomitas, ſi habeat rem cum aliqua muliere in vaſe præpoſtero. tom. 1. tractat. 5. reſolut. 58. §. 3. pagina 300
Et quid ſi non emiſit ſemen intra vas ? t.1. tr.5. r.59. §.2. p.301
Clericus ſodomiticum crimen admittens ſemel, vel bis, aut ter, an incurrat pœnas dictæ Bullæ ? t.1. tr.5. reſ.61. §.3. ibid.
Et quid ſi Clericus vitium beſtialitatis commiſit ? t.1. tract.5. r.62. §.2. p.302
Ut Clericus incurrat pœnas dictæ Bullæ, an exigatur ſententia judicis, itaut ante illam Clericus pœnas dictæ Bullæ non incurrat in conſcientia ? t.1. tr.5. reſol.63. §.3. p.303
Ex qua quæſtione alii ſimiles caſus deducuntur, in quibus Clerici non incurrunt pœnas impoſitas in aliquibus Bullis ante judicis ſententiam, & declarationem condemnatoriam, etiam ſi palam conſtet de crimine, niſi forte res dicat pœnam in foro conſcientiæ ſtatim ſubeundam eſſe; lege omnes illos ibi, & non pigebit, à §. 1. & ſeqq. pag. 302. & ſeqq.
Clericus qui in ludo taxillorum, vel alearum fraudavit aliquem in magna quantitate, an teneatur aperire in confeſſione hanc circunſtantiam inſtrumenti & modi, vel ſatisfaciat dicendo, ſe fraudaſſe proximum in quantitate notabili ? tom.1. tract.7. reſolut.151. & §.1. & ſeq. pag.416
Clericus ſecluſo ſcandalo, ſi frequenter ludat, non peccat mortaliter. ibid. §.2
Clericus Ordinis inferioris ſi tangat Calicem, Patenam, aut Corporale, an peccet ſaltem venialiter ? t.2. tr.1. r.182. §.1. p.106
Clericus, *Vide verbum Capellania, Matrimonium*, tomo 2
Clericus Beneficiarius recitans Horas Canonicas exterius integrè, & completè, quamvis voluntariè ſine ulla attentione recitet, an adimpleat præceptum, ut faciat fructus ſuos ? tom.3. tract. 1. reſol.29. §. Secundo inferunt, & §. Secundo infertur, & §.Ex quo pagin. 36. & 37
Clericalis in minoribus conſtitutus, an poſſit exercere Medicinam ſine diſpenſatione, & quid, ſi ſit in ſacris, vel Beneficiarius ? tom. 3. tractat. 2. reſolut. 152. §. 1. pag. 276
Clericus habens capellaniam, cujus fructus, dempta eleemoſyna pro Miſſis ad quas tenetur, paucos percipit an teneatur perſolvere horas Canonicas ? tom. 3. tract. 6. r.6. §.1. & ſeqq. p.421

Nota,

Nota, quod fere omnes quæstiones appositæ in tract. 6. tom. 3. de horis Canonicis pertinent ad hoc verb. *Clericus*, ideo ibi require.
Clericus. Vide verb. *Beneficiarius, Beneficium, Cardinalis, Excommunicatio, Parochiale, Suspensio.* tom. 3
Clericus potest ad libitum disponere de patrimonialibus, & de distributionibus omnibus, & de acquisitis quovis alio titulo distincto à titulo beneficii. t. 4. tr. 7. r. 23. §. 2. pag. 289
Clericus de grosso beneficii id, quod detrahit ex necessariis ad decentiam status, an teneatur pauperibus largiri sicut superflua? tom. 4. tract. 7. resolut. 28. §. 1. pag. 293
Clericus quilibet ex delegatione an possit absolvere ab excommunicatione minori? t. 5. tract. 1. res. 182. §. 4. pag. 107
Clericus Sodomita est privatus privilegiis Clericalibus per Bullam Pii V. sed intellige post declarationem criminis? t. 5. tr. 2. r. 12. §. 2. p. 130
Et an sub nomine Clericorum sodomitarum intelligantur patientes crimen nefandum? ibid.
Clericus depositus verbaliter an gaudeat privilegio Canonis? t. 5. tr. 2. r. 37. §. 4. p. 147
Clericus suspensus ab Officiis divinis, si illa audiat, an peccet, sed non incurrat irregularitatem? t. 5. tract. 3. r. 63. per tot. p. 197
Clericus utens vestibus prohibitis an suspensionem incurrat? t. 5. tr. 3. r. 65. per tot. ibid.
Clericus excommunicatus an incurrat irregularitatem, si faciat coram se celebrare? tom. 5. tract. 5. resol. 31. §. 1. pag. 221
Clericus Sodomita occultus an sit suspensus, & si celebret incurrat irregularitatem? t. 5. tract. 5. res. 37. per totam. p. 222
Et quid si cum fœmina actum sodomiticum talis Clericus, etiam Sacerdos exerceat occultè tamen talem actum sodomiticum? tom. 5. tract. 5. resolut. 38. §. 1. pag. 223
Clericus, qui lapsus est in hæresim, an possit post pœnitentiam, & abiurationem exercere susceptos Ordines? t. 5. tr. 5. r. 50. §. 3. p. 228
Vbi, quod prohibitum est Inquisitori Generali Hispaniarum, ut non possit cum Clericis hæreticis pœnitentibus dispensare, ut Missam celebrent.
Si Clericus in bello iusto incitet ad aliquem determinatum occidendum, an sit irregularis? t. 5. tr. 5. res. 91. per tot. p. 251
Si Clericus ex licentia Pontificis pugnat in bello, si aliquem occidat, an incurrat irregularitatem? t. 5. tr. 5. r. 94. per tot. p. 252
Clericus in sacris, si præbet arma offensiva in ipso conflictu belli, an irregularitatem incurrat? t. 5. tr. 5. r. 97. propè fin. p. 254
Clericus an sit irregularis ex oppressione filiorum, si ipsis procurantibus, aut studiosè negligentibus fuerunt oppressi? t. 5. tr. 5. r. 121. §. 1. p. 267
Si Clericus aggressus invasorem occidit, præter peccatum mortale an incurrat irregularitatem, si fugere possit? t. 5. tr. 5. r. 126. §. 1. p. 270
Si uterque conjux sit reus adulterii, neuter potest ab altero divertere? tom. 2. tract. 6. resolut. 224. §. 4. pag. 470
Et quid, si unius crimen sit publicum, & alterius occultum? ibid.
Et an, si innocens post factum divortium commisit adulterium, teneatur alterum conjugem emendatum iterum ad thorum admittere, & ad instantiam alterius? ibidem.
Ubi, quod si præcessit sententia judicis Ecclesiastici de divortio, hoc non obstante, innocens quandiu non mutat statum, habet jus liberum revocandi ad se nocentem si velit. Vnde non potest dictus nocens, invito, aut consulto innocente ad Religionem transire, vel sacris Ordinibus initiari, nec votum castitatis emittere, & etiamsi professus sit, vel sacris initiatus, vel votum castitatis emiserit, potest revocari ab innocente, & votum irritare. ibid. §. 5
Vbi, quod si dictus conjux nocens se omninò emendasset, sæpiusque, ac instanter reconciliationem petiisset, & innocens absolutè eam negasset, posset Religionem, aut Ordines suscipere, quia innocens in tali casu irrationabiliter est invitus. §. 6
Conjux consentiens incestui an amittat jus petendi debitum à conjuge incestuoso, qui contraxit affinitatem. t. 2. tr. 6. r. 242. §. 3. p. 483
Conjux, si adulterium committit, & alter conjux voto perpetuæ castitatis est obstrictus, an teneatur ei debitum petendi reddere? tom. 2. tract. 6. resolut. 245. §. 5. pag. 487
Conjux non tenetur reddere debitum viro, leprâ, morbo Gallico, &c. infecto, etiamsi in gravia peccata carnis labatur, debitum non reddendo. t. 2. tract. 6. res. 246. §. 5. pag. 488
Conjux. Vide verb. *Adulter*, *Bulla Cruciatæ*, *Coitus*, *Consanguinea*, *Copula*, *Denunciationes*, *Dubium*, *Episcopus*, *Error*, *Fœmina*, *Hæreticus*, *Incestus*, *Parvitas materiæ*, *Privilegium*, *Proles*, *Sterilis*, *Vir*, *Vovere*, *Vxor*. tom. 2
Item verb. *Matrimonium*, *Vxor*. tom. 3
Conjux, qui adstrictus voto castitatis transiit ad nuptias, & per Cruciatam, vel Episcopum dispensatus est, ut possit petere debitum, si alter conjux moritur, tota obligatio voti reviviscit, ideo tunc tenetur servare castitatem. t. 4. tract. 3. resol. 107. §. 1. & seqq. pag. 110
Conjux. Vide verb. *Debitum conjugale*, *Matrimonium*, *Vxor*. tom. 4
Conjux ipsa an comprehendatur sub nomine consanguineorum, itaut sit testis privilegiata, ad effectum revelandi aliquod delictum mariti, & ejus consanguineorum usque ad quartum gradum, ex vi alicujus monitorii? t. 5. tr. 1. r. 162. §. 2. p. 94
Conjux. Vide verb. *Debitum*, *Maritus*, *Matrimonium*, *Officium*, *Vir*, *Vxor*. tom. 5
Item verb. *Consensus*, *Fœmina*, *Iuramentum*, *Ius*, *Lex*, *Maritus*, *Mulier*, *Valere*, *Vir*, *Vxor*. tom. 6
Item verb. *Tactus*, *Vxor*. tom. 8
Item verb. *Vxor*, *Divortium*, *Fœmina*, *Maritus*, *Matrimonium*, *Mulier*. tom. 9

Connivere.

Si connivet Summus Pontifex, quando Princeps sæcularis usurpat bona temporalia Ecclesiæ, an excusetur à peccato, si absque minori scandalo, vel damno possit id impedire? tom. 7. tractat. 5. resolut. 77. per totam §. 1. pag. 369

Consanguinea.

Cum consanguinea in primo gradu sponsæ propriæ de futuro, si quis accessum habet, an sit impedimentum contra publicam honestatem, & reducatur hæc copula ad incestum. t. 1. tr. 7. r. 98. §. 3. p. 391
Si cum consanguinea quis obtinuit dispensationem ad contrahendum, an illa mortua, si secundam dispensationem petat pro alia in eodem, vel diverso gradu conjuncta, an valide secundam obtineat sine mentione primæ? t. 3. tr. 2. r. 93. §. 3. p. 234
Et quid si talis persona non fuerit usa priori dispensatione quacumque ex causa? ibid. & in resol. 94. lit. §. 1. ibid.
Idem est, licet fœmina resileat nolens primo consanguineo nubere. t. 3. tr. 2. r. 94. §. 2. ibid.
Si cum consanguinea quis obtinuit dispensationem ad contrahendum, & postea actu contrahat cum alia, an dispensatio illa censenda sit renunciata, vel revocata. t. 3. tr. 2. r. 95. §. 1. p. 234
Et in dicto casu mortua, cum qua contraxit, an possit uti priori dispensatione. tom. 3. tract. 2. resolut. 96. §. 1. & seqq. p. 235
Cum consanguinea incestus non est impedimentum proveniens ex jure naturæ, neque ex jure divino positivo, nec denique de jure humano inductum. t. 3. tract. 2. r. 113. §. 6. p. 244
Si cum consanguinea copula habita fuit ad facilius obtinendam dispensationem, an sit exprimenda. t. 3. tr. 2. r. 114. §. 1. p. 245
Et in dicto casu an sit necessarium non solum exprimere copulam, sed etiam hanc spem, & intentionem. ibidem §. 4
Et quid, si ab uno illorum tantum hæc spes, & intentio concipiatur interius, & non manifestetur alteri? ibidem.
Quando cum consanguinea incestus est impedimentum, oportet, quod copula sit perfecta, effuso semine viri intra vas fœminæ, & non sufficit ut fœmina seminet. t. 3. tr. 2. r. 120. §. 2. p. 250
Quando cum consanguinea copula fuit incestuosa ex parte alterius tantum, nempe, quod alter ignorabat consanguinitatis nexum, non est narranda copula in petitione dispensationis. ibid. §. 3
Consanguinea. Vide verb. *Consanguinitas*, *Copula*, *Fœmina*, *Frater*, *Gradus*, *Resignatio*. tom. 3
Ad consanguineam uxoris quis scienter accessit, ignorabat tamen prohibitionem, & pœnam juris, an stante dicta ignorantia, egeat dispensatione ad petendum debitum. t. 2. tr. 6. r. 241. §. 1. p. 482
Sed difficultas magis est, quando conjux habet ignorantiam solius pœnæ impositæ, videlicet ne petatur debitum, scit tamen prohibitionem à jure. ibidem §. 2. pag. 483
Consanguinea. Vide verb. *Acquirere*, *Affinitas*, *Conditio*, *Conjux*, *Gradus*, *Incestus*. tom. 2

Consanguineus.

Consanguinei contrahentes per verba de præsenti, sub conditione, si Papa dispensaverit, incurrunt excommunicationem latam in Clem. unic. de Consang. t. 2. tr. 6. r. 19. §. 3. p. 340
Consanguinei quinam intelligantur, ut possint in Oratorio privato cum privilegio audire Missam, & etiam virtute Cruciatæ? tom. 4. tractat. 2. resolut. 53. §. 1. pag. 61

Consanguinei, vel alii recipientes ab Episcopis, seu ab aliis beneficiariis redditus, quos ipsi tenentur in usus pios insumere, an peccent mortaliter, quamvis non teneantur ad restitutionem? t.6.tr.7.r.6. §.1. & seqq. pag.309
Et quid de Episcopo Religioso? tom.6. tract.7. resolut.7. §.1. pag.310
Cum consanguineis actus sodomiticus in 1. 2. 3. & 4. gradu an habeat etiam malitiam incestus, & sit in Confessione aperiendus? tom.1. tract.7. resolut.137. §.1. pag.410
Cum consanguineis impuberes, & alii commiscentes se non sunt inclusi in casu reservato incestus. ibidem §.3. pag.411
Qui consanguineis hæreticis favet, & recipit, an incurrat excommunicationem latam in Bulla Cœnæ contra fautores, & receptatores hæreticorum. t.5.tr.12.r.21. §.3. & seqq. p.520
Si consanguineo pauperi aliquid legetur non censetur legatum pium. t.6.tr.8.r.49. §.3. p.418
Sibi consanguineo an Religiosi, quibus aliqua distributio commissa est, possint aliqua erogare? t.6.tr.9.r.57. §.1. & seqq. p.481
Si ut consanguineo detur aliquod donum oblatum Religioso, ipse Religiosus rogat, & illud non acceptat, an peccet contra paupertatem, & contra Bullam Clement. VIII. de Largitione munerum. t.7.tr.3.res.8. §.1. pag.251
Consanguineorum Principum matrimonia contracta sine eorum consensu esse valida probatur. t.9.tr.2.res.344. §.1. & seqq. p.301
Inter consanguineos sponsalia irrita cum conditione, si Papa dispensaverit, an sint valida, & obligent in conscientia impetrata dispensatione? t.2. tract.6. res.19. §.1. pag.340
Ubi, an licitum sit utrique contrahenti ante, & post impetratam dispensationem, altero invito à sponsalibus resilire? §.3
Et an hoc procedat, si talis promissio fuerit juramento confirmata? ibid.
Et si magnæ expensæ factæ sint causa talis promissionis pro impetranda dispensatione, an resiliens à dictis sponsalibus teneatur illas restituere? ibid.
Quando inter consanguineos ex matrimonio contrahendo scandalum timetur, an debeat judex illud impedire. t.2.tr.6.r.44. §.2. p.354
Idem est, quando est timor probabilis pessimi exitus odii capitalis inter ipsos contrahentes. ibid. §.4
Inter consanguineos an dispensatio sit subreptitia non facta mentione de copula habita inter illos. t.3.t.2. r.111. §.1. p.243
Et quid, si in rescripto dicatur, dummodo copula non intervenerit. ibid. §.2
Et an in tali casu non teneantur, qui dispensationem petunt ad interrogationem Ordinarii de copula respondere, sed possint sine peccato negare. ibid.
Et quid, si præcedant indicia, aut infamia, aut semiplena probatio? t.3.tr.2.r.116. §.2. p.247
Quando inter consanguineos copula habita fuit post concessionem dispensationis per Pontificem factam, ante tamen quam Ordinarius illam exequatur, dispensatio valida fiat circa impedimentum supra narratum, sed in hoc casu tenentur contrahentes dispensationem obtinere ab Episcopo. t.3. tract.2. resolut.115. §.6. pag.246
In consanguineos usque ad quartum gradum leges Ecclesiasticæ prohibentes matrimonia, illa irritant, quamvis non habeant verba irritantia. t.7. tr.1. resol.159. §. Probatur tertio. p.105
Ne inter consanguineos matrimonia contrahantur, an Princeps laicus pœnas imponere possit, & illas exigere, etiam impetrata Pontificis dispensatione. t.9. tract.2. r.226. §.1. p.214
Si in consanguineum Clerici aliquis injecerit manus in odium Clerici, an incidat in censuram ac si ipsum Clericum percuteret? t.5. tract.2. resol.43. §.3. ante finem. pag.151
Consanguineus. Vide verb. *Acquirere, Affinitas, Conditio, Conjux, Gradus, Incestus.* tom.2
Item verb. *Consanguinitas, Copula, Fœmina, Frater, Gradus, Resignatio.* tom.3
Consanguineus usque ad quartum gradum; an teneatur testificari vigore edictorum, si non sunt alii, qui denunciare valeant? tom.5. tractat.1. resolut.162. §.1. pag.94
Et an nomine consanguineorum comprehendatur uxor ipsa? ibid. §.2
Et an hoc intelligatur tam in causis criminalibus, quàm in civilibus? Et quid in causa hæresis, & aliis delictis pertinentibus ad tribunal S. Inquisitionis? ibidem §.5
Consanguineus. Vide verb. *Homicidium, Debitum conjugale.* tom.5
Item verb. *Consensus, Fœmina, Acceptatio, Beneficiarius, Cognatus, Prælatus, Ecclesiasticus.* tom.6
Item verb. *Consuetudo, Facere, Matrimonium, Relinquere.* tom.7
Item verb. *Calumnia.* tom. 8

Consanguinitas.

Consanguinitas an distinguenda sit in Confessione ab affinitate? t.1.tr.7.r.110. §.1. p.399
Consanguinitatis gradus cujuslibet inter se, an sint in Confessione distinguendi. ibid.
In consanguinitatis primo gradu lineæ rectæ, & transversæ an possit Pontifex ad matrimonium dispensare? tom.3. tract.1. res.84. §.4. p.111. Ubi an dictus gradus, & consanguinitas dirimat matrimonium jure naturæ? ibid.
In consanguinitatis secundo gradu Pontifex potest dispensare inter magnos Principes, & pro causa publica. t.3.tr.2.r.126. §.6. p.254
In omnibus consanguinitatis gradibus lineæ transversæ, excepto primo gradu, potest dispensare Pontifex, & solet. ibid.
Vide verb. *Consanguinea, Consanguineus, Copula, Frater, Gradus, Ius.* tom.3

Conscientia dubia, & aliquid de erronea.

An licitum sit operari cum conscientia dubia speculativè, & non practicè. t.8.tr.2.r.1. p.22
Et notatur, quod licet ad rectè operandum requiratur judicium practicum moraliter certum, non tamen itaut excludatur omnis formido oppositi. ibid. §.2
An hæc regula, scilicet *In dubio melior est conditio possidentis*, non solum sit vera in materia justitiæ, sed etiam in materia aliarum virtutum? t.8.tr.2.r.2. & in aliis ejus not. p.23
An in dubio *tutior pars est eligenda?* Et an dicta regula non præceptum, sed consilium contineat? t.8.tract.2. res.3. pag.23
Occurrentibus duobus præceptis, si quis dubitaret, utrum illorum obligaret, eo quod simul impleri non possint, quid facere debeat? t.8.tr.2.r.4. p.23
An si quis dubitet in die Jovis cœnans, si sit transacta media nox, possit adhuc edere carnes? Et quid è contrario, si hodie dies Veneris, aut jejunii, & dubitetur, an hora duodecima noctis sonuerit, an quis possit comedere carnes? t.8.tr.2.r.5. p.23
In dubio, an effectus sit à causa naturali, vel à dæmone,

quid faciendum, etiamsi verba addita sint sacra. t.8. tr.2. r.6. p.24
Ubi, quod non est licitum uti remedio superstitioso, aut de quo dubium est, an contineat tacitam dæmonis invocationem. ibid. §.3
Pari modo fas non est à Mago petere, ut maleficium dissolvat, si dubitet, an absque novo maleficio id possit? ibid. ad med. §. ult.
An concurrentibus talibus indiciis, quibus intellectus prudenter dubitet an Ensalmus operetur virtute divina, naturali, vel diabolica fas sit eo uti? Et utrum fas est uti Ensalmo dubio saltem ad medendum, vel succurrendum in gravi necessitate? Et utrum in dubio, an dæmon sit author Ensalmi, fas sit eo uti saltem sub conditione, & protestatione si dæmon non subest? ibid. §.2. & in res.7. in princ. p.24
De quodam Ensalmo particulari ad perseverandum à peste agitur? t.8. tr.2. r.7. à lin.5. res. p.24
An subditus dubitans de justitia tributi, teneatur illud solvere, maximè si sint gabellæ, & tributa nova. t.8. tr.2. r.8. & in multis aliis ejus not. p.24
An in dubio privilegium censendum sit reale, vel personale? t.8. tr.2. r.9. p.25
Et notatur, quod si tibi possidenti privilegium ut reale, suboriatur dubium, an sit personale, & diligenter re examinata dubium vincere non possis, reale esse poteris reputare. ibid. §.3
Et an in dubio, si privilegium est revocatum, præsumatur revocatum. ibid. §.4
Judex quid facere debeat in pari dubio. tom.8. tract.2. res.10. p.25
An Advocatus non solum in causa probabili, sed etiam in causa dubia possit patrocinari? t. 8. tract.2. res.11. pag.25
An Advocatus, si causa sit criminalis possit in dubio facti patrocinari contra reum? tom.8. tract.2. res.12. pag.26
An in dubio quis censendus sit illegitimus? t.8. tract.2. res.13. p.26
Ex quo sequitur expositum, de cujus Parentibus dubium est, habendum esse legitimum. ibid. ante medium res. & in aliis ejus not.
Etiamque infertur, quod si dubitetur, an aliquis filius sit naturalis, vel spurius, debeat præsumi, quod potius sit naturalis, quam spurius? ibid. in fine res.
Quis tenetur alere illegitimum, quando duo dubitant, uter ipsorum ejus sit Pater? Et quando unus ex his est Nobilior, & ditior. t.8. tr.2. r.14. p.26
Et quid, si dubium est magis prolem unius esse, quam alterius? t.8. tr.2. r.15. p.26
Et quid est dicendum, quando dubium non est inter duos adulteros, absente marito, sed inter adulterum, & maritum? ibid. §.4. p.27
Et infertur non solum adulterum non teneri ad restitutionem marito si probabiliter credat, prolem non esse suam, sed etiamsi simul credat prolem esse suam. ibid. in fine res.
An in dubio si fideicommissum expiret, possit ultimus vocatus de bonis disponere? tom.8. tract.2. resol. 16. pag.27
An in dubio beneficium censendum sit simplex an Curatum? t.8. tr.2. r.17. p.27
An dubius suumne suffragium concluserit rem injustam, teneatur ad restitutionem, licet alioquin peccaverit? t.8. tr.2. r.18. p.27
An sit peccatum mortale agere contra conscientiam non actu errantem, sed habitu, v. g. erraſti vincibiliter putans in hac hebdomada nullum esse diem festum, vel jejunii, cum tamen sit; adveniente die festo Missam, vel jejunium omittis, quin tibi dubium occurrat esse diem festum, vel jejunii, peccasne omittens Missam, vel jejunium, & sic de similibus? tom.8. tract.2. res.19. p.28
An peccet sequens conscientiam errantem, si dictat utramque malam? Et in textu hujus quæstionis, & resolutionis adducuntur diversi casus in exemplum dictæ difficultatis. t.8. tr.2. r.20. p.28
Et tandem quæritur, an supradicta procedant circa eum, qui sine culpa sua in eo statu venit, ut utraque pars contradictionis videatur sibi peccatum; an veto verificentur tantum de eo, qui ob suam culpam in eas angustias redactus est? Rogabis quidem, quid in tali casu agendum sit homini, ut prudenter se gerat? ibid. §.5. & 6. dictæ res.20. p.29
Et infertur à fortiori hominem in carcere detentum, & existimantem peccare non audiendo Missam, nequaquam peccare, quia omissio sacri non est libera ullo modo. ibid. post med. §.4. à vers. Unde.
Quo pacto deponenda est conscientia errans? t.8. tract.2. res.21. p.29
An qui occidit Petrum, & intendens occidere Paulum, si confiteatur occidisse Paulum, teneatur postea iterum confiteri, dum deprehendit occisum esse Petrum? t.8. tr.2. res.22. p.30
Et an qui violavit jejunium, quod putabat esse sub obligatione, cum tamen re vera non esset, teneatur fateri se ita peccasse, vel satis sit, si dicat: Violavi jejunium? ibid. §.2
Et hæc sunt generalia pro conscientia erronea, & pro aliis casibus, quando quis tenetur explicare fuisse errorem, sive propter aliam obligationem, sive propter censuram, quæ non incurritur, nisi quando non erratur. ibid. §.4. & seqq.
An in conscientia erronea detur parvitas materiæ. tom.8. tr.3. r.6. p.33
Sed difficultas est, quando conscientia erronea non distinguit, an mortale sit, vel veniale, sed solum proponitur actio mala, an tunc peccatum mortale sit? ibidem §.2

Appendix ad alias quamplures difficultates mixtas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. quæ simul pertinent ad hoc verbum Conscientia dubia, &c.

An moribundo debeat Baptismus adhiberi in dubio, si aqua sit naturalis, puta in jure carnium, lixivio, vel aliquo liquore, de quo dubium est, an esset aqua, nec possit id examinare? Et quid de glacie, tota, pruina, nive, vel sale, quando resoluta non sunt? Et an cum puer est in articulo mortis, possit baptizari cum forma dubia, si nemo adest, qui sciat formam certam? Et an, qui recipit in articulo mortis Baptismum cum materia dubia, cum gutta aquæ, &c. si vixerit, teneatur sub conditione iterum baptizari? Et an filii Infidelium post septennium, si dubium sit, necne rationis compotes sint, invitis Parentibus, sint baptizandi? Et si sit tantum dubium probabile de morte pueri sine Baptismo decessuri, teneatur quis cum periculo vitæ baptizare puerum moribundum? Et an Episcopus, vel Sacerdos dubii de suo Baptismo, teneantur iterum sub conditione recipere Baptismum? Et quid est dicendum de ordinato ab Episcopo dubio de suo Baptismo. t.1. tr.1. r.52. 53. 54. 75. 78. 49. 92. & 79. p.34. 35. 49. 51. 32. 58. & 51
An Confessarius dubius de sua jurisdictione possit Confessiones excipere? Et an quis teneatur aliquando confiteri cum Confessario, de quo dubitatur, an habeat jurisdictionem, v. g. si non adest, nisi approbatus in aliena Diœcesi? Et quando pœnitens integrè Confessus est

est peccatum, quod fecit, dubitat tamen esse mortale, quamvis Confessor simili dubio teneretur, non sit iterum, confessio iteranda illius peccati, si postea alteruter doctior factus, aut aliis consultis, novit illud peccatum esse mortale? Et an, quando dubium est puerum habere usum rationis, si implevit septennium præsumendum sit habere, & obligatum esse præceptis Ecclesiæ Confessionis, Eucharistiæ, &c. & à lacticiniis, abstinere in die jejunij, & à carnibus? Et an quando in articulo mortis quis dubitat de sua contritione, teneatur confiteri per interpretem omnia peccata mortalia, ne se exponat periculo æternæ damnationis, vel quid in dicto casu pœnitens facere debeat? Et an conficiens, verbi gratia, fornicationem, de qua dubitat an alias confessus fuisset, si hoc dubium in confessione non explicet, confessio sit valida? Et an, qui dubius manet se perpetrasse aliquod peccatum, teneatur sub tali dubio confiteri, & si non deponat dubium, & communicet, an peccet? Et an hoc procedat, quando pœnitens est in dubio puro; secus autem, si habeat assensum probabilem circa factum, quod judicet, quod nullum commisisset peccatum, vel tale peccatum non esset mortale? Et an si post confessionem hujus peccati in dubio pœnitens habeat notitiam certam, vel probabilem, an teneatur illud confiteri ut certum? Et an in vero dubio, an quis habeat peccatum mortale possit sumere Eucharistiam sine confessione? Et an in casibus, quibus licitum est sumere Eucharistiam ante confessionem possit eam sumere, si dubitet, num forte habeat sufficientem contritionem, vel sufficiat attritio, etiam si cognita sit? Et an peccata dubia sint materia necessaria confessionis? Et an, qui dubitat se ex verecundia tacuisse aliquod peccatum in confessione, teneatur confessionem repetere? Et quid, si magis inclinet se peccatum tacuisse ex verecundia? Idem est de voto? Et an, qui per ignorantiam crassam temere, & etroneè aliquod peccatum omisit in confessione, teneatur confessionem repetere. tom. 1. tr. 3. r. 16. 17. 28. 45. 46. 78. 79. 129. 131. 133. 134. 137. 138. 136. 135. 197. 130. 128. & 120. pag. 94. 95. 107. 119. 139. 174. 178. 179. 182. 181. 180. 220. 174. 175. 170

An in dubio si puer habeat usum rationis, sit absolvendus? Et an si adultus fatetur aliquid, quod dubitetur, an sit veniale, sit absolvendus saltem sub conditione? Et an cum periculum vitæ imminet ut in naufragio, peste, bello, &c. & quis dubitat probabiliter, se veram contritionem habere, teneatur confiteri? Et an sit absolvendus moribundus, qui non audit, neque loqui possit, sed tantum pugno pectus suum pulsat, vel suspirans oculos in cælum ponit, vel respicit aliquam imaginem, sed dubitatur, an prædicta signa sint orta ex contritione, vel ex angustia mortis. t. 1. tr. 4. r. 21. 21. 45. 47. & 57. p. 237. 250. & 255

An pœnitens bona fide confitens peccatum reservatum, & dubitans an sit reservatum, & post absolutionem novit esse tale, verbi gratia, si propter dubium Sacerdos inferior absolvit ab hæresi, vel ab alio peccato reservato, & postea pœnitens, re melius examinata, deponat dubium, & recordetur certo peccati commissi, quod erat reservatum, an censeatur jam legitime absolutus, an vero debeat recurrere ad Superiorem pro absolutione? Et pro solvenda prædicta quæstione proponitur alius similis casus de illo, verbi gratia, qui dubius de voto castitatis emisso petit dispensationem ab Episcopo, qui ratione dubij dispensavit, quia votum castitatis dubium non est reservatum. Et an dubitans utrum casus reservatus sit, possit Confessarius illum absolvere? Et an possit reservari peccatum in dubio, an sit mortifera in materia aliqua determinata? Et an casus dubius si contineatur in Bulla Cœnæ possit absolvi à quocumque confessario ab ordinario approbato? Et deducitur, quod casus dubius non censetur reservatus. tom. 1. tr. 5. res. 40. 47. 42. & 43. p. 291. 294. & 292

An si pœnitens probabiliter dubitat se pœnitentiam post aliquod tempus adimplere non posse, teneatur cum primum possit illam adimplere? Si vero hoc non dubitat, an possit illam post annum differre. t. 1. tr. 6. r. 24. pag. 322

An in dubio, si revelatio confessionis fiat, vel non fiat de licentia pœnitentis, credendum sit testimonio Sacerdotis. t. 1. tr. 8. r. 31. p. 438

Nunc dubitans, an aliquid cibi, vel potus sumpserit, possit communicare, vel Missam dicere? Idem dicendum est, si dentibus quidpiam masticans dubitat, an deglutiret? Et an qui dubitat, an sit audita hora noctis duodecima, & comedat, aut bibat, an possit die crastino sumere Eucharistiam; vel si sacharum in os misit, & dubitat, an post mediam noctem aliquas partes in stomachum trajecerit, an, &c. Et an peccet Sacerdos in Sacrificio Missæ utens materia, & forma dubia, omittens certam, etiam si sequatur opinionem de veritate, & sufficientiam probabilem, aut speculativè probabiliorem? Et quid facere debeat, Sacerdos, qui perficit Sacrificium ab alio inchoatum, si dubitet, an Hostia sit consecrata? Et adducitur *Regula generalis*, quod in Missa nihil est repetendum, nisi probabiliter quis dubitet se aliquid essentiale omisisse: Imo nisi quando certo, vel probabiliter dubitat, eo quod non sufficiat quodcumque dubium. t. 2. tr. 1. r. 123. 115. 202. 237. & 191. p. 72. 67. 119. 136. & 110

Vtrum in dubio si peccator sit occultus, aut publicus danda sit ei Eucharistia? Et an in vero dubio an habeat peccatum mortale, possit quis sumere Eucharistiam sine confessione? Et an, quando dubitatur, an pueri sint doli capaces in articulo mortis danda sit eis Eucharistia? Et an dubius, si sit hora duodecima noctis, comedat, possit mane communicare: vel si dubius sit, si comederit post mediam noctem? Idem est de illo, qui assumens aquam ad os abluendum, dubitat, an aliquam guttam transierit, necnon de illo, qui dentibus masticans quidpiam, dubitat an aliquid deglutierit; & de illo, qui adhæret dicto aliquorum dicentium sibi horam noctis duodecimam non sonuisse, aliis vero affirmantibus sonuisse. tom. 2. tr. 2. resol. 29. 88. 90. 56. p. 174. 213. 215. 191. & ultima quæst. quæ est in dicto. t. 2. tr. 1. r. 250. p. 152

Quidam dubitabat, an haberet intentionem requisitam consecrandi, audiendi Missam, recitandi Horas Canonicas, ideo benignam aliquam opinionem à me postulabat. t. 2. tr. 3. r. 1. p. 221

An pueri sint ungendi sub conditione, quando dubitatur, an habeant usum rationis? Et an in dubio, (non loquor in casu opinionis,) si morbus sit de se, vel in hoc individuo periculosus, possit extrema-Vnctio ministrari. tom. 2. tract. 4. res. 43. 45. & 38. pag. 264. & 261

Quid est sentiendum, quando dubium est, an inter volentes contrahere matrimonium adsit aliquod impedimentum dirimens? Et in dubio an res egeat dispensatione, an Episcopus possit declarare, vel ad cautelam dispensare? Et an dubius de valore matrimonij post bimestre tempus, si illud non consummavit quid facere debeat? Et an possit uxor in tali casu, vel teneatur reddere debitum? Et an conjux dubitans de valore matrimonij petere, & reddere debitum, sive conjux bona fide, sive mala contraxerit? Etsi ante debitam diligentiam petat debitum, teneatur alter reddere? Et quid, si post debitam diligentiam non constet veritas? Et quid, quando dubium matrimonij oritur ex dubio impedimenti impotentiæ, an tunc uterque conjux possit petere, & reddere debitum? Et an dubitans

de valore matrimonij contrahendi, si illud ineat, possit adhuc petere, & reddere debitum? Et quid, si uterque mala fide contraxit? Et quid est faciendum, si conjuges habeant rationes probabiles matrimonium valere, quamvis probabilius judicent matrimonium non tenere? Et an dubius de valore matrimonij, quia dubitat de servitute alterius, possit, ac teneatur reddere debitum? Et docetur per Canones non esse prohibitum jure matrimonium cum dubietate impotentiæ ad coëundum. Et an ille, qui bona fide contraxit, possit libere petere, & reddere debitum, quando, novit alterum dubitare de valore matrimonij? Et an si matrimonium est contractum, sed non consummatum, & ante consummationem incidat dubium de impedimento, quid facere teneantur tales conjuges? Et an dubitante de jure suo, si post diligentem inquisitionem magis propendeat in eam partem sibi jus non assistere, quid facere debeat? Et an dubius de valore matrimonij, quod contraxerat, nondum habita certitudine conjugij prioris præmortuæ, debitum à conjuge sua iterum exigere possit? Et an pro valore matrimonij, & professionis sequi aliquis possit opinionem singularem contra communem, quando ipsa communis opinio est dubia, secus verò si esset clara? Et notatur, quod licet pro matrimonio præsumendum est, & judicandum, tamen hoc procedit, quando in matrimonio contrahendo, vel contracto datur paritas personarum, secus data imparitate. Etiamque docetur in foro conscientiæ tam quoad sponsalia, quam quoad matrimonium dubitantem liberandum esse in dubio æquali, cum melior sit conditio possidentis. t.2. tr.6. res.131.173.174.175. 132. & 135. p.409.438.439.440.410. & 412

An Pontifex possit præcipere, ut in articulo mortis, deficiente materia certa ministrentur Sacramenta cum materia, forma, & Ministro dubio? Et an in casu extremæ necessitatis, non solum possint adhiberi Sacramenta cum materia dubia, &c. sed etiam adesse obligationem charitatis sic ministrandi, secluso omni præcepto particulari Pontificio. tom.3. tract.1. resolut.3. pag.4

* Nota quod in tom.3. tr.2. de Dispensatione, sunt multæ, & diversæ difficultates omnes mistæ pro causa dubia in diversis dispensationibus, quas ibi reperies à resol.17. ad 22. & in r.49.72.78.86.87.88.89. & 142. & in hoc Indice in verbo *Dispensatio*.

An si quis petat in dubio dispensationem à Prælato, & & ipse concedat, licèt à meridie convaleat, & à febri liberetur, non tenetur Horas Canonicas persolvere? Et ad quid teneatur, si dubium est, an possit majorem partem Officij Divini recitare? Et quid etiam, si Medicus dubius sit an graviter sit nocitura recitatio, an æger illas persolvere obligatus sit? Vel in dicto casu an recurrendum sit ad Superiorem pro dispensatione? Et an dubius ob tenuitatem beneficij de onere recitandi Officium Divinum teneatur recitare? Et an dubius aliquem Psalmum vel Horam Canonicam omisisse teneatur repetere. t.3. tr.6. r.39.43.9.44. & 84.p.439. 441.423. & 468

An si sit purum dubium in materia justitiæ *sit melior conditio possidentis*, ita ut donec liberetur à dubio, nihil teneatur solvere? Et an in tali eventu secundum forum conscientiæ non erit obligatus ad satisfactionem ad quam jure naturali non est obligatus? Et an, quando quis emisit votum Virginitatis, & dubius est de intentione, an scilicet fuisset ad solam à primo actu venereo abstinentiam, an inquam, in tali casu nec Confessarius per Bullam Cruciatæ, nec Episcopus possit dispensare? Et an privilegium Bullæ cruciatæ edendi carnes ex licentia utriusque Medici deserviat, quando causa est dubia? Et an quando dubitatur probabiliter, an quædam excommunicatio comprehendat aliquem, possit Confessarius ad cautelam illum absolvere per Bullam Cruciatæ? Et notatur, quod commutatio fieri potest in materia, de cujus æqualitate dubitatur, quod est valde notandum. t.4. tr.3. r.39.105.171.66. & 79. p.85.110.138.100. & 103

Proponitur Regula generalis, videlicet, quod quando est dubium an pro aliqua re sit præceptum impositum, tunc judicandum est, non dari tale præceptum. Et an possit adduci consuetudo, ut in jejuniis ex Iubilæo extra tempus Quadragesimæ non possit quis comedere lacticinia sine Bulla Cruciatæ, & in dubio de tali consuetudine an fuerit introducta animo se obligandi, vel causa devotionis, & honestatis, præsumendum sit non obligare. tom.4. tract.4. resolut.65. & 27. pag.171. & 153

An dubius, si expleverit viginti, & unum annum, teneatur jejunare? Et si facta debita diligentia, quis dubitat, an hodie sit dies jejunij, teneatur jejunare? Idem est, quando est quis dubius, an hodie sit dies festus, an enim teneatur quis ab operibus abstinere, & Missam audire. Et quid est faciendum, quando quis dubitat, an habuerit legitimam ætatem ad ordines, vel beneficia, aut ad alium actum requisitum? Et quid agere debeat dubius, an teneatur ad jejunium, an in tali casu teneatur recurrere ad Superiorem? Et quid est faciendum, si Prælatus etiam dubitat de sufficientia causæ, aut judicet eam minus sufficientem, an debeat tunc jejunium in alia opera pia commutare? Et an quod Prælatus potest circa jejunia subditorum possit etiam circa sua, quod etiam procedit in reservatis? Et an sexagenarij dubitantes an in supradicta ætate sint robusti, & validi, teneantur ad jejunium? Et an prægnantes, & lactantes, dubitantes an sint robustæ & validæ, & virilis ætatis teneantur jejunare? Et an in dubio, si prohibeantur lacticinia in diebus jejuniorũ extra Quadragesimam ex consuetudine, & an talis consuetudo obliget ad mortale, necne, dicendum sit non obligare? Et an promittens jejunare in Quadragesima, dubius autem, an intenderit abstinere à lacticiniis, peccet, si illis vescatur? Et an quando causa fuerit dubia circa comestionem in jejunio, opus sit dispensatione, si ageretur de nocumento notabili? Et docetur Prælatos & Superiores, quando subditi proponunt causam dubiam ad obtinendum dispensationem non debere esse nimis scrupulosos, ac ambiguos, remittentes id conscientiæ subditi petentis, cum potius ad illos spectet dispensare causam dubiam per dispensationem faciendo illam justam. Et an Medicus in causa dubia possit dispensare in jejunio, imo dictis illorum acquiescere, dicendo se non posse jejunare absque alia veritatis indagatione, an vero solum posse declarare, si causa sit sufficiens, an non, non autem dispensare? Et an Medicus dubius, si cibi Quadragesimales afferant grave damnum petenti, possit concedere licentiam, ut comedat carnes in diebus jejuniorum. t.4. tr.6. r.1.2.3.6.10.51.56.57.73. 74. 4. & 78. pag.202.204.207. 226.230.240.203. & 243

Dubitans, an proximus sit in extrema necessitate, tenetur veritatem indagare. tom.4. tractat.7. resolution.7. pag.278

An in dubio, utrum censura sit lata, vel ferenda, censendum sit tantum ferenda? Et an dubius, utrum excommunicationem contraxerit, censendus sit excommunicatus? Idem est dicendum de dubio suspensionis, & interdicti. Et an dubius de alterius excommunicatione, & denunciatione, an debeat illum vitare? Et quid est dicendum, quando excommunicatio est conditionalis, & dubium est, an conditio fuerit impleta? Et dubius, an censuram incurrerit, quid facere debeat? Et an qui dubitat se esse excommunicatum, possit audire Missam? Et an similiter liceat aliis, simili dubio existente

existente cum eo communicare? Et an in casu dubij possit Princeps sine incursione censurarum Bullæ Cœnæ impedire, ne victualia extrahantur ab ejus Regnis ad Romanam Curiam? Et notatur, quod in foro externo in prædicto casu, si impedimentum præstetur à persona publica præsumitur, justo titulo appositum esse; secus verò, si à persona privata. t.5.tr.1.r.3.125.126. 134.& 42. p.179.82. & 28

An quando est dubium, an percussio Clerici sit levis, vel gravis, judicandum esse gravem? Et an dubius de percussione clerici notoriâ, teneatur vitare percussorem? Et docetur, ut teneamur vitare excommunicatum denunciatum non sufficere dubium adhuc prudens dictæ denunciationis, sed requiritur notitia illius moraliter certa, quod excommunicatio sit expresse denunciata. tom.5. tractat.2. resolutione 5. & 59. pagina 126. & 158

An si aliquis Superior præcipiat, ne quis tali hora ambulet tali loco sub pœna excommunicationis absolute, quia dubitat, quod aliquod grave malum sit eventurum, si aliquis transgrederetur hoc præceptum obedientiæ, licet sit de re levi, in se esset peccatum mortale, & per consequens excommunicatus esset excommunicatione majori. tom.5. tractat. 1. resolution. 13. pag.10

An quando dubium est de jure, idest, an sit pro aliquo delicto imposita aliqua irregularitas, tunc judicandum sit non esse irregularitatem in eo casu constitutam? Et an in dubio, si incurrerit excommunicationem, ministrando quis Sacramenta efficiatur quis irregularis? Et an dubius, si quis sit illegitimus debeat censeri irregularis? Et an, qui pugnat in bello injusto, si dubitat, an occiderit, vel mutilaverit, sit irregularis? Et an in dubio facti circa homicidium, & in aliis casibus censendus sit quis irregularis? Et an hoc extendatur ad dubium mutilationis, vel homicidij juste commissi, ut in bello justo, & quid in aliis casibus dubiis juris, vel facti, an nunquam incurratur irregularitas, nisi in dubio facti homicidij prohibiti? Et si quis manet dubius, an suum consilium influxerit ad homicidium factum, debeat se reputare irregularem & in dicto casu an standum sit dictis ipsius consulti? Et an, si inter multos sit dubium, quis ex illis occiderit, omnes remaneant irregulares. tom.5. tract.5. tes.8.33.44.100. 102.103.105.104. & 118.p.210.221.225.255.256. 258.257. & 265

An in dubio, an fœtus sit animatus, quis censendus est irregularis ex ejus abortu sequuto? Et an in dubio, utrum fœtus sit animatus procedat non solum quoad irregularitatem, sed etiam quoad alias pœnas? Et an si quis procuravit abortum fœtus animati, sed dubitat de effectu sequuto, vel an mulier sit mota ad abortum faciendum ex consilio præstito, vel à seipsa, censendus sit irregularis? Et an possit stare dicto personæ fide dignæ, cui datum est consilium? Et cum medicamentum prorsus dubium est, num auxilium, aut mortem sit illaturum matri prægnanti, si salus ejus omnino desperata est, possit adhuc adhiberi, si tenderet ad salutem matris, & ad fœtus abortum? Et an si mors certa immineat ab incendio excitato, vel à fera invadente, licitum sit detento, seu invaso, è loco alto se præcipitare cum dubio mortis periculo? Et an fœmina, quæ post coïtum mingit, vel semen digitis ejicit, non peccet mortaliter de se, sed solum ex conscientia erronea, quatenus putat hoc conducere ad non concipiendum? t.5. tr.6. r.20.21.22.23.40. & 32. p.292. 293.301. & 297

An dubius in Fide sit Hæreticus? Et an, qui asserit de rebus Fidei se dubitasse, puniendus sit tanquam Hæreticus? Et an, qui dixit hæresim externam, sed postea dubitatur, an dum illam protulit, ita mente senserit, vel illam affirmaverit causa loci, quæritur, an talis hæresis sit reservata? Et an si propter illud dubium inferior absolvat ab hæresi, vel ab alio peccato reservato, & postea pœnitens re melius examinata, deponat dubium, & recordetur certo peccati commissi, quod erat reservatum, censeatur jam legitime absolutus, an vero debeat recurrere ad superiorem pro absolutione. t.5.tr.8.r.1.2. & 3. p.351. & 352

An si dubum sit, utrum in peccatis pertinentibus ad Tribunal S.Inquisitionis correctio profutura sit, necne, sit etiam præmittenda correctio, vel facienda sit denunciatio? Et an dubius de emendatione alicujus rei, & præsertim de Hæretico formali, quia semper dubitari potest, an re vera sit emendatus, teneatur illum denunciare? Et an, cum Confessarius cum verbis dubiis sollicitat fœminam in confessione, teneatur pœnitens illum denunciare. t.5.tr.9.r.3.6.8. & 54. p.376.381. 382. & 400

An Inquisitores verba dubia debeant interpretare in sensu Catholico? Et an hoc non solum procedat in dubio rei, sed etiam in dubia testium depositione? Et an quando datur æquale dubium, absolvendus sit reus? Et an Inquisitores possint punire reum, quando dubitatur, an sit baptizatus? Et an in dubio, si sapiat ne Sortilegium hæresim manifeste, possint Inquisitores se intromittere. t.5.tr.10.r.27.58.104. & 86.p.427. 438.453. & 448

An in crimine hæresis pro absente citato si Procurator compareat admittatur, ut defensor innocentiæ, dummodo res sit dubia, & reus sit tantum de hæresi suspectus. t.5.tr.12.r.27. p.525

An quando dubium est, an lex excommunicationis, suspensionis, & irregularitatis sit usu recepta, necne, præsumendum sit esse aceptatam, verbi gratia, de Bulla Clement. VIII. de Largitione munerum, & de Extravagant. Ambitiosæ Pauli II. contra alienantes bona Ecclesiastica, & similibus? Et an quando existit æquale dubium, an detur consuetudo sufficiens ad obligationem in foro conscientiæ, partem negantem sequi possimus? Et an, quando constat de lege, dubium est, an in aliquo casu obliget, liceat contra illam facere? Et an in casu dubio legis, detur locus Epykeiæ? Et quid, si dubitetur alteri legi graviori contrariari? Et an in casu dubio legis, quando dubitatur, an lex obliget ad mortale, vel ad veniale, judicandum sit obligare ad mortale? Et an, quando quis dubitat de justitia tributi, teneatur illud solvere. t.6.tr.1.r.40.41.66.67. & 68. p.32.33.50. & 51

An peccet mortaliter, qui in casu dubij in principio legem non acceptat, & recipit illam? Et an reus, & testis teneantur respondere, si dubitant, utrum judex juridice illos interroget? Et an si in re dubia judex inquirat, peccet; & testis, si obsequatur, sit injustus? Et an quando judex, & Superior generaliter inquirit super aliquo delicto notorio, cujus author ignoratur, tunc subditus, qui dubitat, an infamia, vel indicia sint contra illum, quem ipse scit commisisse delictum, an teneatur prodere delinquentem occultum, vel debeat respondere se nescire quis commisit delictum? Et an testis falsus teneatur revocare dictum suum, cujus ratione mors, aut mutilatio est inferenda alicui, quamvis ipsi similis pœnæ periculum immineat, imo licet ex revocatione majus damnum immineat ipsi, si dubitat, an talis revocatio sit profutura, necne? Et an quando minor pars in aliqua Civitate est dubia, de indignitate personæ eligendæ, possit concurrere ad talem eligendum? Et an in dubio actus interpretandus sit validus. t.6.tr.1.r.60.96.93.136.& 138.p.48.63.62.95.& 96

An in dubio, si consuetudo sit introducta animo obligandi, obliget? Et utrum, quando dubitatur, an consuetudo fuerit introducta animo devotionis, vel ex animo se obligandi, sit præsumendum inductam fuisse animo obligandi? Et an dubius de præcepti obligatione

tione per consuetudinem introductam, teneatur illam observare? Et an postquam consuetudo est approbata tacite, vel expresse à Superiore, absque dubio cæteri tenentur observare illam? Et an in dubio, si consuetudo contraria legi sit rationabilis, id est expediens communi bono, præsumenda sit rationabilis & communi bono expediens. t.6. tract.2. resol.19. 21. 18. 20. & 1. p.111. 110. 111. & 100

An dubius de malo usu ementis excusetur vendens res indifferentes nulla causa justa concurrente? Et an dubitans si res sit furtiva, possit illam emere, & ut postea à vero Domino tantum pretium accipiat? Et in dicto casu, si Dominus non comparuerit, an emptor rem illam teneatur in pios usus convertere, deducto tamen pretio, maxime si illam emit modico pretio? Et an si quis studio venditionis, vel donationis, qui rem furtivam sub dubio possidet, & facta diligentia, dubium autem persistit, ad quid teneatur? Et qui emit rem aliquam bona fide, & postea dubitat rem esse alienam, nec res opposita, facta debita diligentia scire potuit, quæritur, an qui illam vendidit, teneatur paratum esse ad illum pretium, quo vendidit, restituendum Domino, quoties comparuerit? Et an, qui certus de debito, dubius autem an solverit, teneatur solvere? Et an, quando non solum debitor, sed creditor etiam dubius est, num debitum sit satisfactum, teneatur adhuc solvere illud? Et in dictis casibus an ad integram solutionem, vel ad partem secundum dubii proportionem debitor teneatur? Et an commodatarius dubius, an sua culpa commodatum perierit, teneatur ad restitutionem? Idem est dicendum de depositario, locatore, seu conductore. tom.6. tract.3. resol.111. 126. 127. 128. 139. 143. & 140. pag.176. 186. 187. 190. & 193

An si adulter dubitet, an filius sit suus, vel mariti, si nihil possit deprehendi, diligentia facta, ad quid teneatur? Et quid est faciendum, si mater affirmat cum juramento esse filium adulteri, prolesque sit similis adultero? Et quis filium illegitimum alere teneatur, quando dubitatur, quis sit Pater illius, quia nimirum plures matrem cognoverunt? Et an quilibet, Patre deficiente, vel nolente filium alere, alius sit obligatus in integrum, ne proles alimento destituatur? tom.6. tr.3. r.138. p.190

Petrus, v. g. dubitabat, utrum Paulum, cum quo lusit, esset lucraturus si ipse fraudes non adhibuisset, an teneatur ex hoc ad aliquam restitutionem? Et si dubius est, an ipse ob fraudem acquisierit aliquod lucrum, teneatur ex dubio perseverante ad aliquam restitutionem ejus? Et ad quid teneatur, si quis ante admonitionem alicujus de ludo, & punctis collusoris dubius erat, an acceptaret auctionem factam à collusore, ex eo quod admonitus fuit ex amico videnti collusorem? Et an cum quis certo sciret rem, si incipit postea dubitare, an possit adhuc spondere super re. t.6.tr.4.r.39. 47. 49. & 76. p.261. 263. 264. & 274

An in dubio, si donatio sit remuneratoria, aut mere gratuita, & liberalis, censendum esse remuneratoriam? Et an donator in dubio præsumatur cogitasse de liberis? Et an in dubio ea est tenenda sententia, & interpretatio, quæ humanior, & benignior est? Et an in dubio si expresse non constat qualem donationem conjuges, vel alii facere voluerunt, donatio præsumatur causa mortis, & non inter vivos? Et an si in foro, vel interno dubium sit, an contrahentes matrimonium conditionem turpem serio, vel joco adjecerint, præsumendum sit, quod joco adjecta sit? Et an, si Petrus dedit uxori suæ aliquas gemmas, & ipsa subscrupulosa dubitat, an in proprietate illas ei dederit, an vero in usum, quid est faciendum? t.6. tr.7.res.18. 51. 49. 71. 141. & 69. p.317. 337. 335. 348. 387. & 346

An si dubium sit, qua mente testator reliquerit legatum, an præsumatur in dubio ad piam causam, id est pro Deo, & animæ salute reliquisse, & non pro persona? Et an Miles in dubio præsumatur jure communi, & non militari testatus? Et an, qui dubius est, de suo statu possit testari ad pias causas? t.6. tr.8. res.49. 81. & 12. p.414. 432. & 396

An in eventibus, in quibus testator ad res dubias, quæ ex oneratione suæ conscientiæ concernunt, teneatur consilium petere, & post consultationem illud sequi? Idem est, de executore, & Commissario testamenti. t.6. tr.9. r.22. p.462

Docetur, quod quando præceptum est dubium, non obligat. Et quæritur an subditus dubius de legitima Superioris potestate, teneatur illi obedire? Et an subditus dubitans, an res præcepta sit licita, teneatur obedire? Etsi Superior præcipiat aliquid sub conditione, de qua dubium est, an sit impleta, an subditus teneatur obedire? Et quid, si Prælatus præcipiat sub pœna excommunicationis latæ sententiæ? Et notatur, quod si Prælatus dubius de honestate præcepti, vel de excessu suæ jurisdictionis imperet, subditus, si etiam dubitet, non tenetur obedire? Et an dubius, utrum Parentum necessitas sit gravis, possit ingredi Religionem? Et in dubio, an metus justus incussus fuerit, & an professio sit valida, pro quo sit præsumendum? Idem est, quando dubium est de animo se obligandi ratione metus. Et dubius, an ante quinquennium elapsum ratificaverit professionem nullam, an maneat obligatus? Et an si professus dubitet, an priorem invalidam professionem ratificaverit, teneatur stare professioni? Et aliquis dubitans, si Monasterio expediat admittere Novitium ad professionem, possit illum reprobare? Et an in tali casu dubitans adstringatur ad veritatem inquirendam, antequam suffragium ferat? Et an privilegia dubia Regularium, dubietate orta ex ambiguitate verborum, & ex Juristarum interpretatione, in favorem Religionum sint intelligenda? t.7. tr.1. r.106. 133. 134. 139. 182. 183. 175. & 287. p.78. 91. 92. 94. 117. 114. & 191

An quando dubium est, an forma alicujus actus inducta sit substantialis, vel accidentalis, præsumi debeat substantialis? t.7. tr.1. res. unic. §.38. p.248

An in dubio quis teneatur adhibere correctionem, maximè quando dubium est, an correctio nocitura, vel profutura sit? Et quid, si peccatum dubium sit? Et an in Prælatis sufficiat suspicio, vel dubia cognitio, ut teneatur sub mortali inquirere peccata subditorum ad correctionem faciendam? t.7. tr.4.r.15. 16. 14. & 17. p.287. 286. & 288

An Princeps dubius de justitia belli possit bellum movere? Et quid in casu, si Rex licet dubitet de possessione belli, habet tamen majorem propensionem, ut Regnum sit, v. g. Regis Galliæ, an in tali casu debeat restituere saltem partem Regni? Et an Milites extranei, dubitantes de justitia belli possint sine peccato militare? Et quid de Militibus non extraneis, sed subditis? Et si postea cognoscant iniustitiam belli, quid teneantur restituere? Et an subditus indoctus, qui non potest discernere, quando sit iusta causa, aut dubia, teneatur semper obedire Superiori præcipienti? Et quid, si dubium est de iustitia belli pure negativum? Et quid est agendum, si amicus, à quo Rex petit auxilium, dubitet de iustitia belli, possitne illum adiuvare. t.7. tr.7. res.5. 40. 39. & 36. p.386. 411. & 407

An Medicus possit adhibere morituro medicamentum dubium, & sequi opinionem probabilem, relicta probabiliori. t.8. tr.1. r.27. & 28. p.19

* Nota, quod in tom.8. tr.4. de Voto, & Juramento sunt plures difficultates, omnes mistæ pro dubio Voti, & Juramenti, & de eorum obligatione in prædicto dubio; ideo require ibi, quidquid ita mistum tibi occurrerit, à res. 17. ad 27. & in res.40.41.42. & 74. & in hoc indice in verbo *Votum*, vel *Iuramentum*.

An

An in dubio quis privandus sit Ecclesiastica sepultura? Et an consulens furtum, homicidium, &c. dubitat tamen, an ex tali consilio motus ille fuerit ad faciendum, teneatur ad restitutionem totius damni, ratione cujus mors, furtum, &c. sequutum est? Vel partem pro ratione dubii? tom.8. tract.5. resolution.50. & 88. pagina 114. & 131

An si dubium sit, an in quantitate, an in qualitate semen peccaret, liceat juvare naturam confricationibus ad expellendam quantitatem seminis morbidam? tom.8. tr.6. r.14. p.143

Quidam vir Nobilis possidebat multa bona dubitans esse sua, quæsivit an teneatur illa restituere? Et difficultas est, quando quis inæqualiter dubitat, & magis inclinat in eam partem, ut res aliena sit, quid in hoc casu faciendum sit? Et an, si præmissa debita diligentia adhuc dubius sis, propendas tamen rem esse alienam, tenearis illam restituere vel dividere? Et an durante investigatione Domini, possis uti re, quæ usu non consumitur, ut equus, mancipium, &c. Et an in supradictis casibus si manserit quis adhuc dubius, teneatur in posterum, vero Domino comparente, restituere? Et quid est facturus ita dubius, si spes moralis non est, ut verus Dominus compareat? Et quid, quando probabilis spes est, Dominum compariturum? Et an possessor bonæ fidei, qui dubitans rem esse alienam, & neglexerit investigare verum Dominum, unde impotens effectus est ad eum sciendum, teneatur ad restitutionem? tom.8. tr.7. resol.40. usque ad 44. inclusive, p.172. ad 174

An quando dubitatur, sitne infans baptizatus, sepeliendus sit in loco sacro, ut si infans sit baptizatus in *Secundina*, pede, &c. sive dubium sit in susciente, sive in conferente; sive in materia, sive in forma. t.8. tr.8. r.7. p.191

In dubio an reus gaudeat Immunitate Ecclesiæ, an spectet ad judicem sæcularem, an vero ad Ecclesiasticum definire controversiam? tom.9. tract.1. res.118. pag.71

An in dubiis opinionibus in consulendo, & judicando illa est tenenda, quæ favet Ecclesiæ? Etsi dubium est an statutum sit contra Immunitatem Ecclesiasticam, debemus opinionem, quæ favet Immunitati Ecclesiasticæ amplecti, vel consulendus sit primus Summus Pontifex? tom.9. tract.2. resolut.201. & 207. p.197. & 199

Docetur, quod in dubiis opinionibus Summus Pontifex discernere potest, quæ est verior & sequenda. tom.9. tr.8. r.4. p.443

Vbi, quod quando obligatio tegendi est tantum secreti naturalis, & non sigilli sacramentalis, tenebitur Consiliarius manifestare rem sibi revelatam, & consultam, si Prælatus sub excommunicatione manifestare præcipiat. ibid.
Si consulat Paulus, quod homicidium, quod Petrus vult hodie committere, cras committat, an sit irregularis? t. 5. tr. 5. r. 109. §. 1. p. 260
Et sequitur, quod in omnibus eventibus, quibus non pecco suadendo, neque teneor ad restitutionem. ibid. §. 5
Quomodo consulendi sunt Theologi à Proregibus, & intrantibus in Parlamentum pro solutione justitiæ donativi. t. 7. tr. 6. r. 15. per totam. p. 376
Consulendus an sit Summus Pontifex, quando est dubium an statutum sit, vel non sit contra immunitatem Ecclesiæ? t. 9. tr. 2. r. 207. §. 7. p. 200
Consulere. Vide verb. *Consilium.* tom. 1
Item verb. *Distractio, Pollutio.* tom. 2
Consulere percussionem tantum, vel mutilationem an quis possit Patri, Filio, Fratri, marito, &c. volenti interficere Clericum in flagranti repertum cum filia, matre, sorore, vel uxore quando alia via non possit illum avertere absque incursione censuræ? t. 5. tr. 2. r. 17. §. 5. p. 133
Et si supradictis personis consulat occisionem Clerici in flagranti reperti, vel injustè invadentis, an sequuto homicidio in personam ipsius Clerici, talis consulens incidat in censuram. t. 5. tr. 2. r. 21. §. 3. ante medium. pag. 137
Consulere. Vide verb. *Accusare, Appellare, Bona temporalia, Bulla Cœnæ, Caro, Clericus, Confessarius, Consilium, Secretum.* tom. 5
Consulere an quis possit reum, ut fugiat? tom. 6. tr. 1. r. 108. §. 2. p. 70
Consulere minus malum ei, qui paratus non erat illud efficere, an licitum sit sine scandali peccato? t. 7. tr. 5. r. 35. per totam p. 345
Consulere an licitum sit volenti subripere pauperi, ut à divite subripiat, determinando etiam personam? t. 7. tr. 5. r. 36. §. 1. ibid.
Consulere uni juxta unam opinionem probabilem, est alteri juxta contrariam, an possint Confessarius, & Responsor casuum conscientiæ? tom. 7. tract. 6. r. 22. §. 1. p. 378
Consulere an possit responsor casus conscientiæ in his, quæ pertinent ad utilitatem pœnitentis, & interrogantis juxta aliorum opinionem, contra propriam, quando petentem consilium eximit v. g. ab obligatione restitutionis, & alia quacunque? t. 8. tr. 1. res. 12. §. 1. pag. 8
Et quid, quando ipsum ad quidpiam obligat? ibidem. §. 3
Quando responsor casuum interrogatur, quid ipse sentiat esse verius, & probabilius, an tunc debeat consulere, quod ipse judicat esse verius, & probabilius? ibid. §. 2
Qui vovit aliquid facturum, si alius sibi consuluerit, quæritur an teneatur ad votum, si imprudenter talis, qui consulitur rem promissam consulat? t. 8. tr. 4. r. 16. §. 1. p. 53
Consulere. Vide verb. *Advocatus, Consilium.* tom. 8
Consuluerat quidam vir nobilis alteri, ut homicidium committeret, sed postea ante perpetratum facinus consilium revocavit, an teneatur ad restitutionem damni sequuti ex illo homicidio? tom. 8. tract. 5. r. 85. §. 1. pag. 130
Et distinguitur inter consulentem, & mandantem homicidium. ibid. §. 2
Sed in supradicto casu postquam revocavit consilium, an teneatur non solum ex charitate, sed etiam ex justitia monere secretò contra quem hujusmodi consilium datum fuit ad effectum se tuendi, & aliter faciendo an teneatur ad restitutionem? tom. 8. tr. 5. res. 86. & 87. pag. 130
Quis consuluerat furtum minus à Petro, ut averteret furem à furto majori à Paulo, an teneatur restituere Petro? t. 8. tr. 7. r. 30. §. 1. p. 164
Et quid, si fur erat determinatus ad furandum æqualem à Petro, vel Paulo, indeterminatus autem à quo velit, an amicus Pauli possit consulere, ut furetur potius à Petro? ibid. §. 2
Qui consuluit homicidium cujusdam Clerici, & postea seriò consilium revocavit, an ex homicidio sequuto incurrat irregularitatem, excommunicationem, & obligationem restituendi? tom. 5. tract. 2. res. 27. per totam. pag. 141
Qui consuluit notoriè percussionem Clerici, an sit vitandus sicut notorius percussor? tom. 5. tract. 2. r. 57. §. 2. pag. 158

Quis consuluit Petro, ut ad duellum vocaret Paulum, si Paulus postea interfecit in duello Petrum, an consulens incurrat irregularitatem? tom.5. tr.5. r.111. & 112. p.262. & 263
Idem est, si quis alteri consulat, ut occidat inimicum, & is cui dedit consilium occisus, vel mutilatus est. t.5. tr.5. r.112. §.1. p.263

Consultores S. Inquisitionis.

Consultores S. Officii immunes sunt ab omni irregularitate propter sententiam latam contra hæreticos. t.5. tr.10. r.17. §.4. paulo ante finem. p.424
Dum Consultores de causis fidei auditis inter se discurrunt, non audientibus aliis, qui non sunt Consultores, quamvis de his discurrant extra Congregationem, non incurrunt pœnas violati secreti. Imo postquam publicatus est processus, & lata sententia, possunt dicere votum, quod in dicta causa dederunt, quia agitur de re jam publicata. Potest tamen esse peccatum, quando alii devenerunt in cognitionem illorum, qui contra delinquentes vota emiserunt. t.5. tr.12. r.38. §.ult. ad medium. p.536
Consultorum vota an teneantur sequi Inquisitores in imponendis pœnis? t.5. tr.12. r.38 §.1. p.535
Ubi aliqua alia contingentia inter Consultores, & Inquisitores. ibid.

Consummare.

Vide verb. *Denunciationes.* tom.2

Consummatio.

In consummatione matrimonii, an requiratur etiam seminatio fœminæ? t.2. tr.6. r.238. §.2. p.481

Consummatum.

Consummatum quando dicatur matrimonium. t.2. tr.6. r.216. §.3. in fin. p.465
Vide verb. *Denunciationes.* tom.2
Item verb. *Copula, Lapsus, Sodomia.* tom.7

Consumens.

Consumens rem furatam in extrema necessitate, an illa transacta teneatur restituere, si ad pinguiorem fortunam pervenerit? t.8. tr.7. r.13. & 14. p.153. & 155
Et quid, si ante extremam necessitatem quis acceperat rem per contractum translativum dominii, ut per mutuum, vel emptionem, quia re sua providit, nec tunc erat in extrema necessitate rei alienæ si illam consumpsit in necessitate extrema. t.8. tr.7. r.13. §.2. p.153
Et quid, si rem acceperat commodatam, conductam, depositam, vel per delictum, si rem consumpsit in extrema necessitate. ibid. §.2
Ubi, quod non solum in extrema, sed in gravi necessitate tui, vel proximi (quale est periculum mortis, magnæ famis, nuditatis, captivitatis, diuturni, ac tetri carceris, vel similium afflictionum) excusant à restitutione rei ablatæ, quamdiu hæc durant.
An verò creditori existenti in similibus necessitatibus morbi, famis, &c. debeat fieri restitutio? ibid. §.6. p.154
Consumens bona fide res consumptibiles unico usu, an teneatur vero Domino restituere, quatenus locupletior evasit, & fur non impotens ad restituendum? t.8. tr.7. r.16. §.1. p.156

Consumere.

Consumere vigesimam partem redditus in usus honestos, an possit uxor sine licentia mariti? t.8. tr.7. r.2. §.2. p.147
Consumere. Vide verb. *Res.* tom.8
Qui consumpsit bona sua fastu, dolo malo, vel luxuriosè vivendo, aut partim fortunæ vitio, an gaudeat beneficio cessionis bonorum? t.6. tr.5. r.3. §.1. p.278. & r.11. §.1. p.281
Si consumpsit Religiosus aliqua bona sine licentia Prælati cum sæcularibus, meretricibus, ludis, &c. quo pacto debet restituere? t.7. tr.3. r.62. per totam. p.275

Consumptio.

Consumptio an sit de substantia sacrificii Missæ? tom.2. tr.3. r.24. §.1. p.235
Consumptio. Vide verb. *Adesse, Interesse.* tom.2
Item verb. *Pars.* tom.9

Consumptum.

Vide verb. *Dominus, Religiosus.* tom.9

Contactus.

Contactus exterior, Aræ, Patenæ, & Calicis an sit licitum laicis? t.2. tr.1. r.182. §.2. p.106
Contactus physicus, & non moralis instrumentorum an sit de necessitate Sacramenti Ordinis, vel tantum de necessitate præcepti? t.2. tr.5. r.7. §.6. p.271
Contactus. Vide verb. *Tangere.* tom.2
Ne contactus physicus instrumentorum adhibeatur in sacramento Ordinis, an Pontifex dispensare possit? t.3. tr.1. r.66. §.1. p.86
Contactus instrumentorum in sumendis Ordinibus, an sit de necessitate Sacramenti? ibid.
Sine porrectione instrumentorum an Pontifex possit permittere, ut Græci ministrent sacerdotium? tom.3. tr.1. r.67. §.1. & seqq. p.87. Vbi multa alia circa materias Ordinum.
Contactus physicus instrumentorum in sacramento Ordinis an sit de necessitate sacramenti? tom.4. tr.8. r.19. §. ult. p.324

Contemptus.

Qui ex contemptu transgreditur legem, an peccet mortaliter? t.6. tr.1. r.56. §.1. & seqq. p.44
Quando ex contemptu legis Ecclesiasticæ sit mortale per se loquendo. t.6. tr.1. r.57. §.9. p.46
Contemptu secluso an sit peccatum mortale non parere legibus civilibus? ibid.
Contemptus formalis in re levi, videlicet legislatoris humani, legis, præcepti, & consilii an sit solum peccatum veniale? Et quid, si contemptus sit de legislatore, & præcepto divino? t.8. tr.3. r.9. §.1. p.34

Contentiosum.

Vide verb. *Forum.* tom.7

Conterere.

Si Conterat Sacerdos ante absolutionem, quamvis incipiat in peccato audire confessionem, non peccat mortaliter. t.1. tr.3. r.158. §.6. p.196
Conterere de peccato tenetur, qui ad limen altaris recordatur alicujus peccati, si antea non præmisit confessionem, si autem confessus est, & oblitus est alicujus peccati, tunc non tenetur conteri de illo, sed proponere confiteri illud suo tempore. tom.1. tr.3. r.185. §.3. pag.213
Conteri non tenetur, qui non habet copiam confessarii in Paschate, quamvis tunc confiteri teneatur. t.1. tr.3. r.164. §.4. p.201
Conteri peccator statim ac peccat non tenetur, nisi cum aliqua latitudine temporis, & in articulo mortis? t.7. tr.4. r.56. §.5. ad medium. p.314

Conteſtari.

Qui conteſtatur ſe certò ſcire, & alter contendit, & adhuc vult ſpondere, an teneatur reſtituere? tom. 6. tr. 2. r. 74. §. 1. p. 273

Continentia.

Vide verb. *Caſtitas.* tom. 1
Item verb. *Metus, Pubertas, Vis.* tom. 2

Continere.

Vide verb. *Metus, Pubertas, Vis.* tom. 2
Item verb. *Forma.* tom. 7.

Contingere.

Vide verb. *Homicidium.* tom. 9

Continuare.

Vide verb. *Interruptio, Viſitatio.* tom. 7
Item verb. *Inſtantia.* tom. 9
Vt continuari poſſit annus Novitiatus interruptus, an privilegium Julii II. conceſſum minoribus ſit revocatum? t. 7. tr. 1. r. 156. per totam. p. 103

Continuatio.

In continuatione omni novitiatus an detur parvitas materiæ? t. 7. tr. 1. r. 155. per totam. p. 103
Vide verb. *Interruptio, Viſitatio.* tom. 7

Continuatum.

Qui continuato uno ſermone in eadem re ter perjurat, an ſufficiat in confeſſione dicere ſe falſum juraſſe? t. 1. tr. 7. r. 29. §. 1. p. 363
Continuatus. Vide verb. *Actus, Impetus, Succeſſivè, Voicus.* tom. 1
Item verb. *Annus.* tom. 3

Contractus.

Vide Verbum *Cambium Campſor.*
An contractus Maſſarii ad Mercatorem, qui vulgo dicitur *Allameta*, ſit licitus, qui contractus paſſim celebratur in hoc Regno Siciliæ? tom. 6. tr. 3. reſ. 17. p. 127
Et an quis licite poſſit vendere frumentum alienum, quod non habet, nec habere poteſt? Vbi aliqua alia circa hoc. ibidem à §. 3. & ſeqq.
An in ſupradicto contractu, ſi venditor non tradat frumentum tempore præfixo, poſſit emptor petere, & accipere ſummum in illo anno frumentorum valorem, qui dicitur, *le maggiore Valute*? t. 6. tr. 3. r. 18. p. 128
Et notatur, quod debitor in tali caſu tenetur tantum ex mora culpabili, non autem, ſi inculpabiliter rem venditam non tradidit, niſi pactum in contractu poſitum non obſtet. t. 6. tr. 3. r. 19. ſub finem.
Olim fuit inter me, & Religioſum Dominicanum orta hæcquæſtio. An debitor moroſus inculpabiliter teneatur ſuo creditori ad intereſſe damni emergentis, ſeu lucri ceſſantis? Et pro deciſione hujus quæſtionis primo ſupponuntur aliqua alia intelligenda pro ſupradicto caſu. t. 6. tr. 3. r. 20. p. 128
An debitor moroſus ſit monendus à creditore antequam accipiat pecuniam cum intereſſe propter ejus moram? t. 6. tr. 3. r. 21. p. 129
Aliqua notabilia circa debitores moroſos. t. 6. t. 3. r. 22. p. 129
Et quid eſt dicendum, quando in contractu apponitur pœna conventionalis, non ut ſatisfactio pro intereſſe, ſed quatenus ad ſolvendum in termino debitor adigatur? tom. 6. tr. 3. reſ. 23. poſt medium §. 2. p. 129
An pœna conventionalis ſolvenda ſit ante judicis ſententiam? t. 6. tr. 3. r. 25. p. 130
Et an dicta pœna debeatur in conſcientia, ſi debitor non ſit in mora culpabili, vel ſi non ſit moderata? Ibid. §. 3. &c.
Et an dicta pœna conventionalis intra contrahentes ſit licita? ibid. §. 4
Cum lucrum ceſſans debeatur mutuanti, quæritur modo, an totum vel in qua quantitate? t. 6. tr. 3. r. 26. p. 136
Et proponitur Regula, ſecundum quam Confeſſarii poſſint ſine ſcrupulo taxare quantitatem ſupra dicti lucri ceſſantis. ibi. §. 2. p. 131
An in mutuo pro incerto lucro, probabili tamen, poſſit quis promittere certam aliquam ſummam pecuniæ? tom. 6. tr. 3. r. 27. p. 131
Et notatur poſſe exigi lucrum ceſſans, etiam ſi ego non liberaveram negotiari, ſed anceps eram ea ratione, quia mutuans in gratiam mutuatarii ſe privat hac poteſtate deliberandi, & deſtinandi ſuam pecuniam negotiationi, quæ libertas pretio æſtimabilis eſt, neque tenetur gratis eam ſpem, & poteſtatem à ſe abdicare. ib. §. 5
Et an mutuatarius debens ſolvere decem pro mutuo, poſſit dare alteri mutuo dimidiam partem pro quinque? ibid. §. 7. p. 132
An quando quis ex juſta cauſa excuſatur à reſtitutione, vel ſolutione, teneatur ſaltem damnum emergens, ac lucrum ceſſans creditori compenſare? tom. 6. tr. 3. r. 28. p. 132
Et diſtinguntur debita ex contractu, & debita ex debito. ibidem.
Et notatur duodecim eſſe cauſas excuſantes à reſtitutione, quæ deſumuntur ex parte creditoris, & ex parte debitoris, & ex parte creditoris, & debitoris ſimul, ex parte rei reſtituendæ, ex parte legis, & ex parte legiſlatoris. ibid. §. 5. p. 135
Et aliæ quinque cauſæ adducuntur in dicto §. 5. quæ licet videantur excuſare à reſtitutione non excuſant, &c.
An licitum ſit tradere pecuniam alteri ſibi aliam rem tradenti, verb. gr. domum hoc pacto, ut ipſe utatur re, alter vero pecunia, qui contractus dicitur *Agodere*? tom. 6. tr. 3. reſ. 29. p. 133
An contractus, qui vulgo dicitur *Godere, Agodere*, ſit licitus? t. 6. tr. 3. r. 30. p. 133
An fructus ex pignore perceptos teneatur mutuator in ſortem computare? Et an ratione lucri ceſſantis, damni emergentis, vel alterius juſti tituli ex pacto eos ſibi poſſit reſervare? t. 6. tr. 3. r. 31. p. 134
Et alii duo caſus excipiuntur in §. 4. & 5. hujus reſ.
Sed difficultas eſt, quo titulo poſſit mutuator in tali caſu fructus feudi, vel rei Emphyteuticæ ſibi in pignus creditæ ſine uſura percipere, & in ſortem non computare? ibid. ad medium. §. 4
Et an Princeps Supremus, ſive tempore belli, ſive in alia Reipublicæ neceſſitate, accepit à ſubditis magnam pecuniæ ſummam, & interim dum differt ſolutionem dat in pignus Civitatem, vel dominium fructiferum, Nobiles illi, qui talia pignora accipiunt, non ſolent in ſortem computare fructus, quos ex pignore accipiunt, quæritur, an hoc licite fiat? ibid. §. 6
Et alius longus caſus adducitur circa hoc in §. ult. dictæ reſ.
Cuinam competat fructus rei venditæ. tom. 6. tr. 3. r. 32. pag. 135
Et difficultas eſt, quando nihil de fructuum conventione actum eſt? ibid. §. 2
Pro quibus proponitur primo, ad quem pertineant fructus venientes quidem poſt rei traditionem, ſed ante pretii ſolutionem, vel antequam habitum ſit pro ſoluto. ibid.
Secundo, ad quem pertineant fructus apparentes rei venditæ, & nondum traditæ, & ante ſolutionem pretii? ibid.
Tertio, ad quem pertineant fructus rei venditæ, & traditæ ſoluto pretio, vel data fide de pretio, & conceſſa dilatione ad ſolvendum? ibid.

Sed in ſupradictis caſibus ſunt etiam aliquæ diſtinctiones. ibid.
Ad quem periculum rei venditæ ante traditionem pertineat, emptori, vel venditori? t. 6. tr. 3. r. 33. p. 136
Et notatur, quod ſi vendita res ſub condicione, pendente conditione, venditoris eſt commodum, vel incommodum, & idem eſt, ſi res menſuranda vel guſtanda ſit. ibid. §. 2. p. 137
Et difficultas eſt, ſi res vendatur ſub indeterminatione. ibid. §. 3
Et ſi vendentes decem modios tritici, duplicem ſervum, &c. abſque ulla deſignatione loci, ex quo deberent extrahi, ob cujuſcunque tritici, à te poſſeſſi abſumptionem, vel ſervi interitum, non excuſaris; ſi autem ſub determinatione venditio inſtituta eſt, ut ſi venderes decem modios tritici ex his, quos habes congregatos, debent, ut ab hac obligatione excuſeris, omnes abſumi? ibid. §. 4
An ſupradictus contractus *Allameta*, poſſit ſæpius renovari? t. 6. tr. 3. r. 34. p. 137
An ſupradictus contractus, dum renovatur, licite poſtea in illo adjiciatur intereſſe ſorti principali? t. 6. tr. 3. r. 35. pag. 138
Et notatur intereſſe pœnarum nullo modo peti poſſe, ut, v. g. aliquis nomine pœnæ tenetur aliquid ſolvere, ſi pœnam in tempore non ſolvit, non tenetur intereſſe dictæ pœnæ ſolvere. ibid. §. 4
An ſi venditor tradit rem emptori, & ipſe non ſolvit pretium, poſſit recipere uſuras pretii pro ratione fructuum? Et quid pro ratione damni emergentis, & lucri ceſſantis? Et aliqua alia circa hoc advertuntur. tom. 6. tr. 3. r. 36. p. 138
Pluries quæſitum à me fuit, an contractus, qui vulgo dicitur *Apagare*, & *Conſignare*, in hoc Regno Siciliæ frequenter celebratus, ſit licitus, & non uſurarius? Et pro praxi, & intelligentia hujus contractus prius aliqua notantur. t. 6. tr. 3. reſ. 37. p. 138
An liceat vendere pretio currenti tempore ſolutionis? t. 6. tr. 3. r. 38. p. 139
Et notatur non eſſe licitum vendere triticum, vel aliquid aliud pretio præſenti cum pacto, ut cum ſolutio fiat, tempore præfixo, ſit in ipſa ſpecie tritici, vel in pecunia ad electionem venditoris? ibid. §. 3
Utrum licitum ſit percipere lucrum ceſſans ex mutuo, ſi compenſetur alio lucro, quo caret mutuans, ſi non mutuaret? t. 6. tr. 3. r. 39. p. 139
Olim hac quæſtione tentatus ſum: Utrum ſit licitum exigere aliquid ſupra juſtum pretium ratione periculi ſortis, cui interdum vendens credito exponitur, & hoc ſine onere reſtitutionis? tom. 6. tr. 3. r. 40. & 41. p. 139. & 140
Idem eſt, ſi aliqua res ad creditum vendatur. ibid. in dicta. reſ. 41. p. 140
An quis poſſit vendere equum, torquem auream, vel aliquid aliud ultra juſtum pretium, & hoc cum conditione, ut emptor illud ſolvat, cum uxorem ducat? t. 6. tr. 3. r. 42. p. 140
An contractus innominati pariant obligationem in foro conſcientiæ, vel detur eis locus pœnitentiæ, ut diſponunt jura Civilia? t. 6. tr. 3. r. 43. p. 140
Petrus mutuo dedit Ioanni Vnctias centum per duos annos, ita ut intra id tempus repetere non poſſet dictas uncias 100. Quæritur modo, an Petrus poſſit aliquid accipere, non pro mutuo; nam eſſet uſura, ſed pro illa privatione non repetendi dictas pecunias per illud tempus duorum annorum? t. 6. tr. 3. reſ. 44. & in multis aliis ejus not. p. 141
Petrus mutuavit centum Joanni, quæritur, utrum poſſit cum eo paciſci, ut ſibi ſtatim reddantur quinque ratione lucri ceſſantis? Et advertitur dupliciter poſſe fieri pactum de lucro ceſſante in mutuatione. t. 6. tr. 3. r. 47. & 48. p. 143. & 144
Et notatur, quod ut lucrum ceſſans ſit licitum præter dictam conditionem quod non ſtatim quod mutuo reciatur, requiruntur aliæ duæ poſitæ in §. 9. & 10. dictæ r. 48. p. 144
Sed alia Regula ſtatuitur, nempe, ut qui mutuat tantum remittat de lucro ſperato, quantum ipſe daret ob contractum aſſecurationis, ideſt, quantum daret illi, qui ipſum ſecurum redderet de toto lucro ſperato, in ſe ipſo recipiens totum periculum. ibid. §. 11
Et an ex lucro certo vel probabiliter ſperato teneatur mutuans deducere laborem, quem in eo comparando apponeret? ibid. in dicto §.
An quis poteſt dare Titio mercatori magnam ſummam pecuniarum, cum pacto, ut pro tali pecunia accipiat ab ipſo Titio in fine anni, v. g. quinque pro centenario? t. 6. tr. 3. r. 49. p. 145
Petrus mutuavit Ioanni magnam pecuniarum quantitatem, putans ſe poſſe ex mutuo aliquid accipere; quod ſi ſciviſſet ſe licite non poſſe, alium non injuſtum contractum celebraſſet; quæritur modo, utrum poſſet lucrum retinere, quod acquiſiviſſet celebrando contractum juſtum, v. g. Societatis, Cambii, &c. t. 6. tr. 3. r. 50. 51. p. 145
An ſit uſura mutuare, ut mihi, cum opus habebo, remutues, vel juſto pretio à me emas, vel in meo molendino molas; quod eſt quærere, an mutuator licite poſſit deducere in pactum eam juris naturalis obligationem, qua ex honeſtate tenemur benefacere noſtris benefactoribus, & hoc totum intelligendum eſt ſine incommodo mutuatarii? tom. 6. tract. 3. reſolution. 51. pag. 146
Rogatus, an mutuanti liceat in pactum deducere, ut mutuatarius ſtatim emat, vendat, remutuet, &c. tom. 6. tr. 3. r. 53. p. 146
An ſit uſura mutuare cum conditione, quod pro futuro det mutuatarius aliquid ex gratitudine? Et pro praxi hujus quæſtionis aliqui caſus ſupponuntur, & inferuntur à §. 1. ad 9. hujus reſ. t. 6. tr. 3. reſol. 54. & in aliis ejus not. 1. 2. & 3. p. 147
Et an ſit ſufficiens ſignum uſurariæ mentis, quod non mutuares, ſi crederes illum fuiſſe ingratum? ibidem. §. 9. &c.
Et an ſit licitum non mutuare, donec mutuatarius ab eo excitatus dicat ſe daturum auctarium ex gratitudine, ac proinde ex veritate, & fidelitate, licet non ex juſtitia, maneat obligatus? ibid. in fine dicti §. &c.
Et an ſi quis mutuum daret, non ut pretium beneficii Eccleſiaſtici, ſed ut provocet amicitiam Collatoris, aut gratum præſtet, quam non vult præſtare, niſi alter ſtatim gratificetur conferendo beneficium, ſit probabile, quod non ſit uſura, nec ſymonia? ibidem. §. 10
Et tandem docetur pactum juſtitiæ inducere uſuram, & ſymoniam, non autem pactum amicitiæ, & gratitudinis, ex qua multa inferuntur pro praxi. ibid. §. 12. & in aliis ejus not. p. 148
Petrus mutuans magnam pecuniarum ſummam excitavit mutuatarium ad mutui beneficium remunerandum, & mutuatarius ſic excitatus miſit illi aliqua dona, quæritur, an iſta dona extra ſortem accipiens ſit uſurarius? t. 6. tr. 3. r. 55. p. 148
An ſit contractus uſurarius vendere fundum alicui, vel domum, & reſervare ſibi fructus annuales, vel reditus, donec ſolvatur pretium? tom. 6. tract. 3. reſol. 56. pag. 148
An qui emit fundum, vel domum ad plura debita hypotecatum, teneatur dicta debita in conſcientia ſolvere? t. 6. tr. 3. r. 57. p. 149
An pactum de retrovendendo appoſitum in favorem emptoris cenſus ſit licitum? tom. 6. tract. 3. reſolut. 58. pag. 149
An de pecunia ante debita poſſit cenſus conſtitui, vel tempore

tempore contractus tradendo aliquas merces in pretium census? t.6. tr.3. r.59. p.150
Ex quo sequitur, quod ex pensionibus non solutis, ubi Bulla Pii V. non est usu recepta possit quis redditum, & censum antiquum augere, vel novum constituere. ibid. §.5
Et notatur, quod potest census institui in re, quæ non reddit tantam utilitatem, quantam habet census. ibidem. §.6
An stante Bulla Pii V. de censibus sit licitus census irredimibilis? t.6. tr.3. r.60. p.150
De quodam locationis contractu in praxi frequentissimo v. g. Aromatarius quidam locavit omnia vasa, & medicamenta suæ tabernæ ad decem annos, &c. t.6. tr.3. r.61. p.151
An sit licitum Mercatoribus dicere petenti mutuo centum: Nolumus tibi dare tantam pecuniam, sed mutuabimus 50. & si volueris totidem dabimus in mercibus, vel etiam totum, quod mutuo petis ad summum pretium ad creditum? tom.6. tract.3. resolution.62. pagina 152
Utrum sit licitum res vendere credita pecunia pretio rigoroso, & postea illas statim emere numerata pecunia pretio infimo, vel medio? tom.6. tract.3. resolut.63. pag.152
Et quid, si venditor iniret pactum cum emptore, ut rem emptam iterum sibi vendat infimo, vel medio pretio? ibid. §.2. &c.
Solent Mercatores aliquando non mutuare indigenti, sed credito merces offerre, & vendere summo pretio, ut eas vendat numerata pecunia, cui voluerit, sed emptor statim illas offert ipsis Mercatoribus, qui easdem merces emunt pecunia numerata pretio medio, vel infimo, qui contractus Hispane vocatur *Mohatra*, Italice *Stocco*, quæritur, an sit licitus? tom.6. tract.3. resol.64. pag.152
Et deducitur, quod Mercator non potest ad hoc cogere illum nec pactum explicitum, aut implicitum adhibere. ibid. in fine §.3. &c.
An Mercator, vel quivis alius, qui non exercuit *Monopolium*, possit juste suas merces vendere pretio illo quod *Monopolium*, creavit? tom.6. tract.3. resol.65. pag.153
Et an *Monopolium*, sit contra justitiam, quando Mercatores conspirant, ut nullus eorum vendat nisi pretio supremo, vel medio? ibid. §.3. &c.
An licite possit quis pluris vendere res illas, quæ communiter credito pluris venduntur? tom.6. tr.3. resol.66. pag.153
An merces, quæ solent frequentius vendi pecunia credita, quam numerata, possint carius vendi? Idem est dicendum de mercibus, quæ solent in magna quantitate è mari asportari, & vendi pecunia majori pretio, quam tunc pecunia numerata venderentur. t.6. tract.3. r.67. p.153
An liceat minoris emere, anticipata solutione, cum aliquæ res eo modo solent, ut lanæ, &c. t.6. tr.3. r.68. pag.154
De emptione *Zuccharorum*, in hoc Regno Siciliæ fieri solita? t.6. tr.3. r.69. p.154
Et difficultas est, quanto merces ultroneæ vilescant, & emptor rogatus à venditore, quanto minus à pretio ordinario possit in emenda merce minuere, an vilescant supradictæ merces pro tertia parte, an pro medietate? ibid. §.2. & in multis aliis ejus not.
Dubitare aliquis fortasse posset, an qui ob fervorem contra licitantium vendidit sub hasta rem plus duplo, quam valebat, teneatur aliquid restituere? t.6. tr.3. r.70. & in aliis ejus not. p.155
Quidam vir Nobilis olim in quadam subhastatione, seu licitatione rogavit amicos volentes emere, ne plus offerrent, certa quantitate, & hoc ut ipse postea, (ut in facto contingit,) emere rem illam pretio infimo, secundum modum illum vendendi, quæsivit, an peccaverit contra justitiam & teneatur ad aliquam restitutionem? t.6. tr.3. r.73. p.156
Idem quæritur de illis, qui hoc pacto emerunt aliquod officium vel vestigalia, aut proventus. ibid.
Et docetur, quod non quodcumque Monopolium mercatorum est iniquum, ut non nisi certo pretio emant, si re vera illud est justum pretium, ibidem. ad medium resol.
Quanta sit latitudo trium pretiorum, Infimi, Medii, & Supremi? t.6. tr.3. r.74. p.156
Quæ sit læsio ultra dimidium justi pretii? Et an sit consideranda & in emptore, & in venditore, & quomodo? t.6. tr.3. r.75. p.157
Et notatur, quod in foro conscientiæ non licet contrahentibus se invicem decipere usque ad dimidium justi pretii? Et cur igitur jura permittant hanc deceptionem usque ad dimidium justi pretii? ibid. §.8. p.158
Et an læsus usque ad dimidium justi pretii possit recurrere ad judicem Ecclesiasticum, ut ratione peccati compellat adversarium ad restitutionem, etiam per censuras? ibid. §.10
Quandonam præsumatur donatio in emptoribus, & venditoribus circa excessum, vel defectum justi pretii. t.6. tr.3. r.76. p.158
In quibus casibus res aliquando possit vendi carius, quam alioquin venderetur? tom.6. tract.3. resolution.77. pag.158
Ex quo etiam deducitur multas esse causas propter quas licet aliquando rem minoris pretii emere, quam alioquin emeretur, & quod necessitas facit, ut quod venditor offerat merces ultroneas, quæ vilescunt non solum pro tertia parte, sed etiam pro medietate. ibidem. &c.
Quidam vir emerat vestem quadraginta, quæ valebat sexaginta aureos, sed emerat rogatus à venditore, consultus fui, an emptor teneatur aliquid restituere? t.6. tr.3. r.78. p.158
Quis pro censu imposito ad rationem quinque pro centenario, dedit tantum unctias octoginta, rogatus tamen enixe à venditore, quæsivit, an teneatur ad restitutionem? t.6. tr.3. r.79. p.159
An Chirographa seu credita immatura emi, & extingui possint minori pretio non solum à tertia persona, sed etiam ab ipsomet debitore? Quod est dicere, an jus, v. g. ad centum aureos solvendos intra annum, possint modo emi ab aliquo, vel ab ipso debitore minoris, ut 96. vel 97. t.6. tr.3. r.80. p.159
Hic Panormi à Thesaurario Regni expediuntur militibus quædam libranciæ, quæritur, an emi possint dimidio pretio si difficilis est solutio? Item quæritur de omnibus aliis Chirographis. t.6. tr.3. r.81. p.159
An gemmas insignes, Canes, falcones, picturas antiquas, & similia, quæ non habent pretium taxatum à Principe, vel à communi hominum æstimatione, possit venditor vendere eo pretio, quo voluerit. t.6. tr.3. r.82. p.160
An si in fasce herbarum, olerum, vel lignorum, quæ ad cibum hominum, vel ad pabulum animalium, vel ignem venduntur, inveniatur herba magnæ virtutis ignoratæ possit emi pretio currenti? t.6. tr.3. r.83. p.160
Et infertur, quod si quis sciret in alterius fundo latere Thesaurum, vel venam pretiosi metalli, vel fontem delitescentem, possit illum emere non majori pretio sed pretio currenti. Idem dicendum est de lapidibus pretiosis gemmis, & similibus. ibid. à lin.5. §.2. &c.
An qui vulgo vocantur, *Recatones*, sint obligati ad restitutionem? t.6. tr.3. r.84. p.161
Et infertur primo Mercatores, sive alios posse sine onere restitutionis impedire, ne aliunde ab aliis merces in Civitatem portentur, dummodo non efficiant fraude, minis, &c. sed ex sua industria, & bonis artibus. ib. §.3. &c.

Secundo posse quemlibet supprimere merces suas usque ad tempus opportunum, quo eis majori pretio vendant. ibid. in dicto §.3

Tertio excusantur transferentes triticum extra territorium, etiam si ob id pretium notabiliter augeatur. ibid.

Solent aliqui merces certo pretio vendere, quæritur, an hoc sit licitum? t.6. tr.2. res.85. p.161

Celebris, & difficilis est ista quæstio: An tempore magnæ sterilitatis, & inopiæ, Pragmatica frumenti, & aliarum rerum servanda sit in conscientia, vel liceat vendere frumentum secundum pretium commune, & vulgare? tom. 6. tractat. 3. resol. 86. à §. 2. pag.161

Et supponitur duplex esse rerum pretium, aliud legitimum, seu legale, aliud naturale, aut vulgare. ibid. §. 1

An Victualia debeant à Republica taxari, seu potius arbitrio vendentium relinqui? t.6. tr.3. r.87. p.162

Et quid est faciendum tempore necessitatis, & penuriæ? ibid. §.7. &c.

An qui vendit fructus meliores pretio majori, deteriores pretio taxato, peccet, & teneatur ad restitutionem. Et aliqua alia notantur quoad peccatum mortale, tam emptorum, quam venditorum in dicto casu. t.6. tr.3. r.88. p.163

Cum in hoc Regno Siciliæ pretium, quo venduntur boves, sit à Regia pragmata taxatum, quæritur modo, an Petrus, qui habet aliquos boves in bovitate excedentes alios, possit illos vendere ultra taxam dictæ pragmaticæ? t.6. tr.3. r.89. p.163

Idem dicendum est de vino, tritico, &c. & de cæteris mercibus, quarum pretium fuerit à lege taxatum. ibid. à lin.5. §.2. &c.

Quidam habebat multa dolia vini generosi, cui apponebat magnam quantitatem aquæ, sed ex illa mistione non efficitur deterius eo, quod passim venditur, ab aliis; quæritur modo, an possit tuta conscientia sine onere restitutionis in venditione talis vini exigere totum pretium à lege taxatum? Idem potest quæri de tritico, & aliis. t.6. tr.3. r.90. p.164

An Cives Panormitani possint vendere vinum ex eorum vineis, & prædiis collectum ultra pretium à lege positum, & ut vulgo dicitur, *Acannetela*? Non autem si vinum ex aliis vineis emant, ut vendant, quia tunc peccant, & tenentur ad restitutionem. t.6. tr.3. r.91. p.164

Votum pro Illustrissimo Senatu Panormitano circa moderationem privilegii, seu consuetudinis permittentis Civibus hujus Vrbis non vendere vinum ultra taxam. t.6. tr.3. r.92. p.164

Et inter alia, quæ pro elucidanda doctrina dictæ quæstionis latè docentur, adducitur, quod privilegium, quod transiit in vim contractus est ultro, citroque obligatorium, nec potest sine causa revocari. ibid. §.2

Et quod taxa frumenti in anno magnæ sterilitatis non est mutanda, sed servanda. ibid. §. 22. ad medium. pagina 166

An qui vendit vinum aquæ dilutum descendendo tamen in pretio tantum quantum cum eo vitio valet, quod emptori non manifestat, an peccet & teneatur ad restitutionem? tom.6. tr.3. res.93. p.166

An si quis tradat aliquibus vinum, ut nomine suo vendatur, si cognoscat illos minuendo mensuram, & admiscendo aquam vendituros, peccet? tom.6. tr.3. res.94. p.166

Ex quo infertur posse quemquam pecuniam apud usurarium apponere etiam si sciat fore illi materiam exercendæ usuræ. ibid. §.2. ad medium. p.167

Et quid, si in nomine ipsius Domini tabernarii venderent vinum, & sciente Domino illud corrupissent, secus si Dominus vini id nesciret, qua vis timeretur talis admistio? t.6. tr.3. r.95. ad medium, §.1. p.167

An si aliquis sciat rem brevi minus valituram possit vendere pretio currenti? Et quid si cognoscat emptorem emere ad revendendum? t.6. tr.3. r.96. p.167

An Senatus Civitatis vel Consiliarii Regis possint vendere res suas, quando agnoscunt brevi diminuendum earum pretium ex lege, vel mandato Principis? tom.6. tr.3. r.97. p.167

Et notatur quod non possint tamen differre manifestationem eam, & promulgationem solum eo fine, ut prius vendant suas merces. ibid. sub fin. res.

Quonam tempore Senatus Civitatum, & præcipue hujus Urbis Panormi provisionem frumentorum facere debeant? t.6. tr.3. r.98. p.168

Et an postea dictum frumentum possint vilius populo vendere, quam emerant? ibid. §.3

An si quis vendat librum, quem scit brevi prohibendum, possit illud vendere pretio currenti? Idem est de rebus aliis. t.6. tr.3. r.99. p.169

An si quis rogatus de futura copia mercium, vel tritici, aut monetæ diminutione, vel de discessu Proregis, & Aulæ, dicat se nescire, vel respondeat negative, aut æquivoce, vel amphibologice, peccet contra justitiam & teneatur restituere? t.6. tr.3. r.100. p.169

An si quis sciat Aulam, & Proregem cito Messanam discessurum possit domum locare pretio currenti? t.6.tr.3. r.101. p.170

Et infertur, quid si sciam pretium mercis, mox minuendum, possim eam vendere pretio currenti, etiamsi sciam Magistratum condidisse Decretum de illis minuendis, si tamen tale Decretum non sit promulgatum. ibid. in fine resol.

An si quis sciat brevi valorem monetæ diminuendum esse, possit illam alicui mutuare cum pacto, ut eam sibi restituat juxta valorem, quem dicta pecunia habet, non eo quem habebit tempore, quo restituendum erit mutuum? t.6. tr.3. r.102.103. p.170

Olim in hoc Regno propter monetæ tunsionem promulgatum fuit Edictum ab Excellentissimo Prorege Marchione Villenæ, ut in posterum omnia genera monetarum secundum pondus valerent, & expenderentur; cum hoc scirent multi ante Edicti promulgationem omnem pecuniam vel mutuo dederunt, vel ex ea res emerunt. Quæsitum fuit à multis, an hoc cum crimine, & onere restitutionis factum fuerit? t.6. tr.3. r.104. p.172

Et an Princeps, & ejus Consiliarii teneantur ad restitutionem, si ex eorum negligentia illa notitia legis promulgandæ pervenit ad aures subditorum; unde illi postea ex tali sententia merces vendiderunt cum aliorum detrimento? ibid. §.3

An pro nummis aureis simpliciter, sive generaliter datis, debitor possit alterius generis nummos argenteos, æreosque, invito creditore solvere? tom.6. tr.3. r.105. pag.172

An aliquid pro alio, invito creditore, solvi possit? tom.6. tr.3. r.106. p.173

An quod debetur, statuto tempore, solvi possit ante diem invito creditore? t.6. tr.3. r.107. p.174

Petrus debebat Ioanni centum nummos solvendos post annum, sed nunc vult solvere quinquaginta hoc pacto, ut Ioannes spectet per biennium alios quinquaginta, quæritur, an hæc solutio sit usuraria? t.6. tr.3. r.108. & 109. p.175

An quis possit vendere res indifferentes, si sciam emptores abusuros in damnum alicujus tertii innocentis, v. g. ornamentum meretrici, fucos, monialia, taxillos, aleas, &c. tom.6. tract.3. r.110. & in aliis ejus not. pag.176

Et an quis possit deponere pecunias apud usurarium, qui illis exercebit usuras; & domos locare meretricibus, etiamsi honestas vicinas perversuræ sint? Ibid. in fine §.2. & seq. & in aliis ejus not.

An dubius de malo usu ementis excusetur vendens res indifferentes,

differentes, nulla causa justa concurrente ? tom.6. tr.3. r.111. p.176
An quis possit vendere aliqui ' cum vitio occulto, quod si emptor sciret, non esset rem empturus saltem eodem pretio? Et quid, si venditor probabiliter intelligit emptorem emere rem illam ad revendendum ; an tunc venditor debeat manifestare occultum vitium ? tom.6. tr.3. r.112. §.1.2. & 3. p.176
Et in §. ult. aliqui alii casus explanantur circa Pharmacopolas, sutores, & galeros vendentes, & alios similes. ibidem.
An contractus factus ex metu levi valeant in conscientia? t.6.tr.3.r.113. p.177
Et ex doctrina dictæ quæstionis decidi possunt alii multi casus facti ex prædicto metu levi, & tandem quæritur in §. ult hujus res. an contractus matrimonii factus ex metu levi sit irritus, vel irritari possit ? ibid. &c.
An contractus lucrativi & promissorii ex metu injusto celebrati jure naturali sint validi, & quid de jure Civili? Et an supradicti contractus ex metu gravi celebrati sint juris positivi dispositivi ipso jure irriti, vel rescindendi? t.6 tr.3.r.114. à §.1. ad ult. exclusive. p.177.& 178
Et in §. ult. hujus res. inferuntur alii octo casus, pro metu injusto in illis contracto. &c.
An contractus onerosi celebrati ex metu gravi sint validi jure naturali, & quid de jure civili, exceptis matrimonio, ludo, & alienatione rerum Ecclesiasticarum ? t.6. tr.3.r.115. p.178
Utrum prodigus ex contractu juramento confirmato ? t.6. tr.3.res.116. p.178
Sed difficultas est, an dictum juramentum non solum obliget ex Religione, sed etiam confirmet contractum alias nullum, efficiendo validum, & consequenter dantem jus justitiæ ad rem, vel in re ? ibid. §.5. p.179
Ex quo deducitur, contractus non transire ad hæredes suorum bonorum, & quod dictum juramentum possit relaxari à Superiore. ibid. §.7
An juramentum metu, aut dolo adjectum contractibus invalidis, & de jure reprobatis, obliget in conscientia? Et an prædictum juramentum non indigeat relaxatione? t.6. tr.3. r.117. p.179
An solus metus reverentialis sine minis, aut alicujus gravis mali timore censeatur cadere in virum constantem? Idem quæritur de precibus importunis, etiam si cum ipsis non sit metus reverentialis? t.6. tr.3.r.118.p.180
Et quæstio hujus r. deserviet ad rescindendos contractus uxorum, & filiorum familias, maxime si sint lucrativi, & quia liberalitate proficiscuntur. ibid. §.4
An conductor teneatur de culpa levissima ? Et doctrina hujus quæstionis deserviet in empto, locato, in dote, in pignore, & in societate. tom.6.tr.3.r.119. & in multis aliis ejus notationum. p.181
Si domus conducta comburatur, an damnum sit locatoris, vel potius conductoris ? Et quid, si nesciatur, utrum culpa, vel casu ortum fuerit incendium. t.6. tr.3. r.120. p.182
Et an Dominus, seu Pater familias ex incendio familiæ, seu domesticorum teneatur ? ibid. §.4. p.183
Et notatur res quæ in incendio versantur, non haberi pro derelictis. ibid. §.5
An in contractibus gratia utriusque contrahentis celebratis, si aliquod damnum contingat sine culpa illius, dividatur inter utrumque ? tom.6. tract.3. resolut.121. p.183
An ob sterilitatem agri fortuitam sit aliquid remittendum de pensione agri ? tom.6.tract.3. resolution.122. pag.183
Sed difficultas est, quando conductor renunciavit omni casui fortuito. ibid. §.2. &c.
Et quid in foro judiciali, & quid in foro conscientiæ ? ibidem. §.3
An casus fortuitos in se recipiens, vel eis generaliter renuncians, de insolitis etiam sentire intelligatur ? t.6. tr.3. r.123. p.184
An qui periculum alicujus rei in se recepit, casum etiam fortuitum in se recepisse intelligatur? t.6.tr.3.r.124. pag.185
An contractus ille, qui vulgo dicitur *Beneficiata, seu lotto*, sit licitus ? t.6. tr.3. r.125. p.185
Et notatur, quod res quæ ibi venduntur, non possunt vendi nisi justo pretio, quo res ipsæ valent, & aliter facientes peccant mortaliter, & tenentur ad restitutionem pauperibus, si veri Domini nesciuntur. ibid. §.2.p.186
An dubitans, si res sit furtiva, possit eam emere, ut postea à vero Domino totum pretium recipiat ? t.6.tr.3. r.126. p.186
Et in prædicto casu, si Dominus non comparuerit, an emptor teneatur rem illam in pios usus convertere, deducto tamen pretio, maxime si illam emerit modico pretio ? ibid. ad medium. §.1. & seq.
An si quis studio emptionis, vel donationis rem furtivam sub dubio possidet, & facta diligentia, dubium adhuc persistit, ad quid teneatur? Ubi aliqua alia circa hoc advertuntur ? t.6. tr.3. r.127. p.186
Quis emit rem aliquam bona fide, & postea dubitat rem esse alienam, nec veritas opposita, debita diligentia facta, sciri potuit, quæritur, an qui illam vendidit, teneatur paratum esse ad illud pretium, quo vendidit, restituendum Domino quoties comparuerit ? t.6. tr.3. r.128. p.187
Et supponitur, quod qui rem per viam emptionis, seu permutationis, etiam bona fide de manu latronis accipit, sed deinde incipit dubitare probabiliter quod sit furtiva, si facta diligentia sit dubius, possit illam tuta conscientia retinere, & vendere. ibid. à lin.1. §.1
Petrus bona fide rem emit à latrone, quam postea, durante bona fide, vendidit Ioanni, & deinde cognoscit rem illam esse alienam, quæritur, an licitè possit sibi pretium retinere, & non rescindere contractum cum Ioanne, dummodo rem illam vendiderit eo pretio, quo emerat ? t.6. tr.3. r.129. p.187.
An vendens bona fide rem alienam eodem pretio, quo emerat, teneatur pretium vero Domino restituere? t.6. tr.3. r.130. p.187
An si quis rem alienam à fure, bona fide, emptam majori deinde pretio vendidisset, teneatur restituere Domino illud plus, in quo locupletior factus est ? tom.6. tr.3. r.131. p.188
Et notatur furem vendentem rem furtivam, & postea juste minori pretio redimentem, non teneri excessum illum pretii Domino restituere, sed satisfacere reddendo ei rem suam non deterioratam, & fructus ex ea debitos. ibidem. §.3
Petrus emit bona fide equum à latrone, postea de hoc certior factus est, quæritur, an possit tuta conscientia rescindere contractum, & latroni equum illum reddere, ut pretium pro eo datum recuperet ?t.6. tr.3.r.132.p.188
Et si equum recepit à latrone gratis, an possit eum ei tradere, vel teneatur tradere Domino ? ibid. §. ult.
An si quis à fure emente pecunias furtivas bona fide accepit, easque cum propriis commiscuit, teneatur ad restitutionem dictarum pecuniarum, Domino comparente ? t.6. tr.3. r.133. & 134. p.189
Et docetur, quod si aliquis ludendo falsis aleis, pecuniam lucratus est, quam cum propriis miscuerat, ejusque partem socio, vel amico suo donavit, quamvis scienti, tamen non operante ad fraudem committendam, recte dici possit dictum socium, vel amicum ad nullam restitutionem obligari. ibid. sub finem res.
Petrus emit rem furtivam mala fide, postea comperto vero Domino, quæritur, an teneatur eam illi restituere, & non furi ad repetendum pretium, quod pro ea dedit? t.6. tr.3. r.135. à §.2. & r.136. p.189
Ex quo deducitur, qui furatus est a fure, potest reddere rem

rem furtivam eidem furi. ibid. in fine dictæ resol. 136. pag. 190
Quis vendit scapham frumenti, v. g. furatam, cujus pretium postea decrevit, quæritur, an teneatur restituere pretium frumenti secundum quod venditum fuit, an secundum taxationem temporis, in quo restitutionem facit? t. 6. tr. 3. r. 137. p. 190
Et quid est dicendum, quando res apud furem melior facta est augmento intrinseco, veluti si pullus equinus furatus adolevit, an in tali casu semper restitutio fieri debeat rei spectatæ secundum optimum statum, quem in manu furis habet? Et quid quando prædictus pullus equinus deterior factus est, &c. ibid. §. 2
An non solum quando debitor, sed etiam creditor dubius est de solutione debiti, sit illud restituendum? t. 6. tr. 3. r. 138. & 139. p. 190. & 191
Et in dicto casu an ad integram solutionem vel ad partem secundum dubii proportionem debitor teneatur? ibid. post medium. §. 3. r. 139
Et quid, quando solum debitor certus est de debito, sed dubius de solutione? ibid. in §. 1. dictæ res. 139. & in r. 140. p. 192
Sæpius in praxi occurrit ista quæstio. Ex quanam culpa teneatur depositarius quando perijt penes ipsum res deposita? t. 6. tr. 3. r. 141. p. 192
Et quid in foro conscientiæ in ordine ad restitutionem, an requiratur lata culpa theologica & mortalis, vel levis, & levissima? ibid. §. 3. & 4. &c.
Ex quo infertur, quid est dicendum de Bullariis, Cauponibus nautis, fattoribus, fullonibus, & habentibus curam molendinii & domorum publicarum, & aliis similibus? ibid. §. 2. & in r. 142. p. 193
An quando commendatarius, vel depositarius est dubius, utrum res sit sua culpa amissa, teneatur illam restituere? Et an ad hoc requiratur lata culpa Theologica, & mortalis? Idem est de locatore, & conductore. tom. 6. tr. 3. r. 143. p. 193
Et notatur, quod in foro externo, si res depositarii appareant incolumes, præsumitur in dolo, &c. ibidem. §. 3
An depositarius possit uti re deposita usu consumptibili, v. g. frumento, oleo, &c. dummodo certus sit se tantumdem ejusdem generis, & bonitatis pretio habiturum cum Dominus repetiverit? t. 6. tr. 3. r. 144. p. 193
An Thesaurarius alicujus Principis, vel Procurator, seu famulus alicujus Domini, inscio ipso, possit cum Domini pecuniis, quas ad expendendas, vel conservandas habet, negotiari, & lucrum in suam utilitatem vertere? t. 6. tr. 3. r. 145. p. 194
Et asseritur, quod si quis tradat famulo, vel negotiatorum gestor mille aureos in auro, ut solvat suo creditori, non curans qua specie id fiat, & ille eos commutet in monetam argenteam cum lucro, eamque solvat creditori, retento lucro, non tenetur restituere illud lucrum neque creditori, neque Domino, sed posset illud sibi retinere. ibid. in fine res.
Solent Mercatores in suis libris scribere rationem dati, & accepti, & quid ipsis debeatur, quæritur, an possit postea debitor eligere, in quo debito pecunia sibi debita compensetur. Et aliqua alia notantur circa debita, & solutiones pro diversis causis, & debitis eidem creditori. t. 6. tr. 3. r. 146. p. 194
Quidam creditor Principis vel civitatis frangendo gabellam volebat sibi compensare debitum, quæsivit, an hoc, servatis legibus compensationis, esset licitum? t. 6. tr. 3. r. 147. p. 194
Et quid, si Princeps locaverit aliis subditis vectigal, & gabellas alias justas, an tunc liceat creditori facere compensationem: & quid, si Princeps illud vendiderit? ibid. prope finem. §. 2
Quænam conditiones sint necessariæ ad justam compensationem faciendam? t. 6. tr. 3. r. 148. p. 195
An in compensatione occulta facienda, debitum debeat esse liquidum, & certum? tom. 6. tract. 3. resol. 149. pag. 195
Et an infamia compensanda sit pecunia, quando non potest in proprio genere restitui? Ibidem. à lin. 4. §. 1. &c.
Et an, qui ex testamento minus solenni legatum debet habere, possit legatum detinere, vel de novo accipere, aut occulte sibi compensare? ibid. §. 3. &c.
Et an hæres ab intestato possit etiam uti compensatione occulta contra eum, qui bona defuncti possidet ex testamento minus solenni? ibid. in fine dicti §.
Et an debitor, ex debito liberetur à restitutione, si rem vel pretium restituat per Confessarium, si Confessarius vere non restituat, sed sibi retineat? ibidem. §. 7. pag. 196
An si quis occulte utatur compensatione, peccet mortaliter, si rem debitam poterat in judicio absque gravi incommodo repetere? tom. 6. tract. 3. resolution. 150. pag. 196
Et an quis possit compensatione uti, etiam si sub juramento promiserit, debitum solvere? ibidem. §. 3. pag. 197
Et an quis possit compensatione uti ex re, quam debitor mittit dono ad alium, dum donatio est acceptata? Et quid, si eam mittat non dono sed in solutionem debiti? ibid. §. 4
Et an compensatio sit licita, quando debitum actu non debeatur, &c. ibid. §. 5. &c.
An in foro conscientiæ privata compensatio fieri possit ex re deposita apud tuum debitorem? tom. 6. tract. 3. r. 151. §. 7. ante medium, à vers. Item, & in multis aliis ejus not. p. 198
An in debitis ex justitia dari possit compensatio cum bonis, vel obsequiis gratuitis? Et difficultas est, quando præbui donum, & obsequium ignorabam debitum ex justitia, an possim postea facere compensationem? tom. 6. tract. 3. resol. 152. & in aliis ejus not. pag. 198
Et notatur, quod compensatio non est facienda, si aliquis tibi debeat ex sola charitate, vel titulo gratitudinis. ibid. §. ult. &c.
An compensatio in foro conscientiæ sit valida, etiamsi adsint alii creditores anteriores? tom. 6. tract. 3. resol. 153. pag. 198
Et notatur, quod quando debitor solvit debitum posteriori creditori, cum solvi deberet priori, in tali casu creditor non tenetur ad restitutionem, sed potest retinere pecuniam illam contra ordinem restitutionis sibi solutam. ibid. §. 5. p. 199
Et quid est agendum, si qui utitur compensatione quando adsunt creditores anteriores rogatur denunciare debitum sub pœna excommunicationis? tom. 6. tract. 3. resol. 154. ante medium, à vers. At multi, & melius in r. 155. p. 199
An depositum compensationem admittat? t. 6. tr. 3. r. 157. & in aliis ejus not.
An uxores, & filii aliquando post mortem viri, vel Parentum possint occultare bona creditorum? tom. 6. tr. 3. r. 158. p. 200
Et an in judicio vocati, si compellerentur sub juramento aperire, si nihil abstulerint ex bonis mariti, vel Parentum teneantur in conscientia veritatem dicere? ibid. à lin. 7. res. &c.
Et quid, si obligantur ex vi, & virtute excommunicationis, an teneantur revelare, si aliquid occultaverint vel abstulerint ex supradictis creditorum? ibidem ad medium res.
Et notatur filium succedentem Patri, avo, vel matri in bonis acquisitis per usuram, sive per alios contractus illicitos, vel delictum non tenentur restituere cum gravi detrimento sui status, &c. ibid. An

An si minor 25. annorum curatorem habens sine ejus consensu obligetur? t.6. tr.3. ref.159. & in aliis ejus not. p.200
Et docetur, quod prædicti minores possunt facere contractum matrimonii, & testamentum sine consensu curatoris. ibid. §.3. & seqq. p.201
An in foro conscientiæ minor 25. annis sine curatorum consensu pacisci, & ex pacto obligari possit. t.6. tr.3. ref.160. p.201
Et an hoc procedat, non solum quando pupillus factus est locupletior, sed etiam quando locupletior non est factus, quia quando locupletior est factus, non solum naturaliter, sed etiam civiliter obligatur. ibidem §.18. pag.202
Quomodo probetur ætas minorum ad gaudendum beneficio restitutionis in integrum? Pro quo primo aliquid supponitur, & in textu hujus resol. demonstratur qui sunt, qui privilegio restitutionis in integrum gaudere possunt. t.6. tr.3. r.161. ubi latè. p.203
An restitutio in integrum competat minoribus etiam post annum 25. t.6. tr.3. r.162. p.204
Et quæritur, quando dispensatio est debita, & quando est gratia? Et deducitur, quod in quatuor casibus dispensatio est debita, extra quos non erit debita, sed gratia. ibid. §. 2

Et infertur, quod tenetur Episcopus dispensare cum Clerico, ne resideat ratione studii, & in denunciationibus matrimonii, & in interstitiis & aliis similibus? ibidem §. 6

An saltem delegatus teneatur dispensare, si adsit causa sufficiens. t. 3. tr. 2. r. 16. p. 184

Et an excusentur Regulares nolentes dispensationes votorum concedere pœnitentibus virtute suorum privilegiorum? Et quid, si privilegium sit concessum in favorem pœnitentis, ut est privilegium Bullæ Cruciatæ, & Jubilæi? ibid. §. 1

An causa dispensationis debeat esse manifestè justa, an vero sufficiat causa justa dubia? tom. 3. tr. 2. resol. 17. pag. 184

Et an idem dici potest, quando Superior dispensat in causa tantum probabili? Et quid, quando dubium est, an causa aliqua dispensandi existat? ibid.

An Superior possit dispensare in dubio, si causa sit justa. t. 3. tr. 2. r. 18. p. 185

Et docetur pro praxi, cum dubitatur, an sine dispensatione teneatur quis jejunare, vel aliam legem servare, eo ipso esse sufficientem causam ad dispensandum, nec opus esse aliqua commutatione. ibid. in fine res.

Inferior an possit in lege Superioris dispensare, quando dubitat, an casus egeat dispensatione. t. 3. tr. 2. res. 20. & in aliis ejus not. 1. p. 185

An Episcopus, v. g. quando dubitat, an res egeat dispensatione, possit in lege Superioris dispensare. t. 3. tr. 2. res. 21. p. 185

Quando casus dubius egeat dispensatione? Et an Prælatus inferior possit dispensare in legibus Superioris, si ei interdictum non sit? t. 3. tr. 2. r. 22. à princ. & in §. 3. & in aliis ejus not. 1. 2. & 3. p. 186

An possit Episcopus dispensare in lege Pontificia, quando in ea dispensare posse conceditur, non tamen cui concedatur? Et aliqua alia circa hoc in textu hujus resolutionis explanantur. t. 3. tr. 2. r. 23. & in multis aliis ejus not. p. 186

An Episcopus jure Ordinario possit dispensare in lege Concilii, seu Summi Pontificis, quoties facultas dispensandi non adimitur? t. 3. tr. 2. r. 24. p. 187

Et notatur Parochos non posse dispensare in legibus, si attendatur ius præcisè, sed ex consuetudine tamen dispensat in ieiuniis, & observatione festorum etiamsi aditi possit Episcopus. ibid. §. 12

An sint aliqui casus, in quibus Episcopi possint dispensare in legibus Pontificiis, etiamsi non habeant expressam potestatem? Et pro praxi huius quæstionis enumerantur aliqui casus, in quibus potestas dispensandi debet dici ordinaria potius quam delegata. t. 3. tr. 2. r. 26. p. 189

Et notatur potestatem, quam habet Legatus ad dispensandum in legibus, & votis esse ordinariam. ibid. ante medium. §. 10

Et advertitur potestatem, quam Superiores Religionum habent ad dispensandum cum Religiosis, & ad illos absolvendum esse etiam ordinariam, & non delegatam. Ex quo infertur posse hanc potestatem delegare. ibid. post med. dicti §. 10

An Episcopus habeat tantam potestatem in suis Diœcesibus, quantum habet Summus Pontifex in toto Orbe, ubi agitur, an possit dispensare in legibus Pontificiis? t. 3. tract. 2. resolut. 27. & in aliis quam plurimis eius not. p. 190

An Episcopus possit dispensare, non admonito Summo Pontifice, quem in casu pauperum suis sumptibus admonere potest? t. 3. tr. 2. r. 28. p. 191

An Metropolitani possint dispensare cum Episcopis suffraganeis? t. 3. tr. 2. r. 29 p. 191

An Metropolitanus possit dispensare cum subditis suorum suffraganeorum? tomo tertio, tract. 2. resolut. 30 pag. 192

Et an saltem, si Episcopus suffraganeus dispensationem petitam deneget, quando dispensare tenetur, possit Archiepiscopus per appellationem aditus dispensare? ibidem §. 2

Et quid, si adsit causa iusta, sed non tenetur Episcopus dispensare, vel non sit subditis debita, sed meregratuita, aut partim gratuita, & partim debita? ibidem §. 5. & 6

An Metropolitanus extra casus supradictos possit saltem tempore visitationis dispensare cum subditis suffraganeorum, sicut potest Confessiones audire, & absolvere pœnitentes. t. 3. tr. 2. r. 31. p. 192

An in extraordinario aliquo eventu possint inferiores dispensare in legibus Superiorum, sive lex sit de matrimonio impediendo, vel de aliqua irregularitate, aut de reservatione voti, aut similium. t. 3. tract. 2. resol. 32. pag. 193

Et an quoties Episcopus potest certiorem facere Pontificem, & pauperiem eorum cum quibus dispensandum est, supplere, ut negotium ad Pontificem deferatur, dispensare Episcopus non possit? ibid. §. 2

An sit valida dispensatio facta ab inferiori in lege Superioris, non præcognita prius causa, quando re vera causa erat iusta, & legitima? Et si subditus utatur tali dispensatione, neque peccet venialiter? Et in dicto casu, quamvis dispensatio valida sit, an ita dispensans peccet mortaliter. t. 3. tr. 2. res. 33. & 34. p. 193

An inferior possit dispensare sine cognitione causæ, sub potestate dispensandi exprimantur nomina, nulla facta mentione cognitionis causæ? tom. 3. tract. 2. resol. 35. pag. 194

An

An valida sit dispensatio à Prælato inferiori, bona fide dispensante, in causa non justa, & ideo in tali casu, an tutus sit subditus, quamvis postea constet causam non fuisse sufficientem. tom. 3. tract. 2. resolut. 36. & 37. pag. 195

An quando inferior dispensat in lege Superioris, possit imponere aliquod onus ei, cui dispensatur. tom. 3. tr. 2. res. 38. p. 196

Et quid, si Episcopus super aliqua irregularitate orta ex delicto. ibid. §. 4

Et an, quando ipsemet Legislator dispensat in lege sua, tunc, si dispensatio non est debita, sed grata, possit imponere aliquod onus ei, cum quo dispensat. ibid. ante medium dicti §. 4

An dispensatio inferioris in propriis legibus absque causa sit valida. t. 3. tr. 2. r. 39. p. 196

Idem dicendum est, quando Superior, vel æqualis Successor dispensat absque causa in lege inferioris, vel æqualis prædecessoris. ibid. in fine §. 1

Et quid, si Episcopus in Synodo Diœcesana, & Archiepiscopi in Synodo Provinciali dispensant sine causa. ibid. §. 4. & 5. p. 195

Et quid de Legato Apostolico, qui plenam habet à Pontifice potestatem an proinde ejus dispensatio sine causa etiam data sit valida. ibid. §. 3

Et additur Episcopum regulariter loquendo non posse dispensare sine causa in sua lege, quando illa transisset in contractum. ibidem prope finem §. 2. à vers. Addit. &c.

An Episcopus possit dispensare in suis Constitutionibus à Papa confirmatis. tom. 3. tractat. 2. resolution. 40. pag. 197

An in aliquo casu dispensatio Episcopi in suis legibus sine causa sit valida. t. 3. tr. 2. r. 41. p. 198

Et quid, si Constitutiones Episcopi fuerint iuramento confirmatæ. ibid. §. 2

An Episcopus possit dispensare, quamvis petens prius adierit Pontificem, qui dispensationem negavit, judicans causam propositam non esse justam. tom. 3. tr. 2. res. 42. pag. 198

Et notatur eum, qui impetravit dispensationem à Pontifice voti, in quo poterat Episcopus dispensare, posse ad eum confugere, ut dispenset, & etiam posse confugere ad potentem ex privilegio. ibid. §. ult.

An Episcopus possit cum Regularibus exemptis dispensare, si ipsi cedant exemptioni. tom. 3. tr. 2. res. 43. & in aliis ejus not. p. 199

Et an hoc intelligatur casu, quo in Prælato Superiore non esset potestas absolvendi, vel dispensandi. ibid. §. 3. pag. 200

Et an in nomine Episcopi in præsenti intelligatur tantum Episcopus loci, in quo Religiosus ortus est vel habet domicilium, aut saltem commoratur. ibid. §. 5

An sola patientia Prælati sufficiat pro dispensatione. t. 3. tr. 2. r. 44. p. 200

Et an si ex pacto dederit Papæ pecuniam pro aliquo beneficio, eo ipso quod in eum ipsum contulerit dispensasse super symoniam. ibid. §. 6

Idem dicendum est de aliis inferioribus Papæ, quoad dispensandum in eorum statuta. ibid. in fine Res.

An verbi gratia, Prælatus Superior possit dispensare circa pœnas impositas à Prælato inferiori, ipso renuente. t. 3. tr. 2. r. 45. p. 201

Et advertitur, si condemnans finierit officium suum, posse nunc Provincialem, aut Generalem subditum condemnatum à Rectore absolvere, nulla requisita licentia à Rectore moderno, seu ab eo, qui reum condemnavit. ibid. prope finem Res. 201

An in dispensationibus locum habeat argumentum ab identitate rationis à majori ad minus? Et pro praxi hujus difficultatis in textu hujus Resolutionis multi explanantur casus sæpius contingentes in facto, & tota doctrina est valde notanda. tom. 3. tract. 2. resolut. 46. pag. 201

An dispensatio respuat extensionem, & argumentum ex identitate rationis. t. 3. tr. 2. r. 47. p. 203

Et notatur certum esse dispensationem extendi ad annexos, & accessorios, & inclusos sub dispensatis, ideo dispensatus ad duo beneficia curata, censetur dispensatus super residentia alterius, &c. ibidem §. 6. per totum, &c.

An dispensatio sit strictè interpretanda? Ex quo deducitur resolutio aliquorum casuum in particulari. tom. 3. tr. 2. r. 48. p. 204

An potestas dispensandi sit late, vel stricte interpretanda? Et ex doctrina hujus quæstionis resolvendi erunt varij casus. t. 3. tr. 2. r. 49. p. 204

Et in dubio, an dispensatio extendatur ad aliquem casum interpretandum est, eam non extendi? Ita in dubio, an potestas dispensandi extendatur, ut virtute illius possit dispensari in aliquo casu, interpretandum esse extendi. ibid. §. ult. p. 205

An privilegia Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi quatenus continent potestatem sint stricte, vel latè interpretanda. t. 3. tr. 2. r. 50. p. 205

Et quid est dicendum de facultate concessa alicui eligendi Confessarium, qui eum absolvat à peccatis, & censuris, (loquor extra Iubilæum, & Bullam Cruciatæ) an sit strictè, vel latè interpretanda. ibid. §. 3

An Pontifex possit dispensare in recitatione Horarum Canonicarum? Et an recitatio Horarum Canonicarum sit de jure divino, vel etiam de jure naturali, & qualitas officij sit de jure positivo Ecclesiastico. t. 3. tr. 2. res. 51. §. 1. & 2. p. 206

Et an Papa possit dispensare cum quocumque Clerico, vel Regulari ut licite possit uti Breviario, cui voluerit. ibid. §. 3

Et è contra, an non possint Episcopi, & Prælati Regulares cum suis subditis dispensare, ut non recitent Officium juxta Ritum Breviarij Pij V. ad quod tenentur, sed juxta alium Breviarium approbatum. ibidem §. 4

Et an ex rationabili causa in hoc possint dispensare, ut aliquando, non tamen in perpetuum, nec per modum Constitutionis recitent de Sancto die, qua essent recitaturi de Feria. ibid. §. 3

An dispensatio concessa Subdiacono, ut possit uxorem ducere, liberet eum à recitatione Officij Divini? Et quid, si fingamus Titium matrimonium ratum contraxisse cum Catharina, & deinde clam ad Diaconi, vel Subdiaconi ordinem, & gradum esse promotum. t. 3. tr. 2. r. 52. p. 207

Et circa supradicta aliqua alia notabilia explanantur. ibidem.

An illegitimus dispensatus, ut possit recipere ordines censeatur dispensatus etiam ad ordines sacros. tom. 2. tr. 2. res. 53. p. 207

An illegitimus dispensatus, ut Clericus fiat, censeatur dispensatus ad omnes minores ordines; vel tantum ad primam Tonsuram. t. 3. tr. 2. r. 54. p. 208

Et an dispensatus ad ordines, censeatur dispensatus ad ordines sacros. ibid. §. 3

Et quid, si Pontifex diceret, dispenso tecum ad omnes Ordines. ibid. §. 4

Et notatur dispensatum ad ordines recipiendos non extendi ad beneficium obtinendum. ibidem §. 5. & in aliis ejus notat.

Et deducitur dispensatum ad Sacerdotium non censeri dispensatum ad beneficium Curatum, vel Episcopatum; & dispensatum ad beneficium Curatum, non censeri dispensatum ad Canonicatum; & ideo Regularis admissus ad ordines non potest sine speciali, Summi Pontificis

tificis dispensatione admitti ad Prioratum, vel ad aliam Dignitatem. ibidem §. 6. per totum, & in multis aliis ejus not.

An dispensatus, ut intelligitimus, vel irregularis possit sumere minores Ordines sit extendenda, ut beneficij simplicis capax sit. tom. 3. tractat. 2. resolution. 55. pagina 208

An illegitimus, vel irregularis dispensatus ad ordines sacros, censeatur dispensatus ut possit obtinere beneficium simplex. t. 3. tr. 2. r. 56. p. 209

Ex quo infertur privilegium seu dispensationem, quantum odiosa sit, extendi debere ad ea, quæ illi sunt necessario connexa, & sine quibus effectum habere non possit, & pro praxi explanantur aliqui casus. ibidem paulo post initium. §. 1. à vers. Ex quo, &c.

Et an dicta in hac, & superiori Resolutione non procedant, quando cum illegitimo dispensaretur absolute in irregularitate, quia tunc extenderetur dispensatio non solum ad beneficia simplicia, sed ad curata. ibidem. §. 3

An illegitimus dispensatus ad ordines sit capax pensionis? Et an illegitimus dispensatus ad beneficia, non censeatur dispensatus ad pensionem. tom. 3. tract. 2. resol. 57. pag. 209

An dispensatio cum illegitimo ad beneficium arctanda sit ad primum beneficium. tom. 3. tract. 2. resolut. 58. pag. 210

Et notatur dispensationem simpliciter concessam illegitimo, vel irregulari, ut possit obtinere beneficia, intelligendum esse de beneficiis simplicibus, & non extendi ad Curata & dignitates. ibid. §. 3

Et an dispensatus ad beneficium Curatum, non egeat nova dispensatione pro Episcopatu. ibid. in dicto §. 3

Et homicida, si per dispensationem legitimam sit habilis ad omnes ordines sacros, & illorum usum, an videatur factus habilis ad beneficium Curatum, & Pontificale. ibid. in fine dicti §. 3

An valida sit dispensatio circa irregularitatem homicidij, si non fuisset explicata Circunstantia Sacerdotij, si occisus erat Sacerdos? Et an hoc etiam procedat, si Pontifex non esset dispensationem concessurus, si sciret dictam Circunstantiam Sacerdotij. t. 3. tr. 2. res. 59. 60. pag. 210

An impedimentum plurium irregularitatum sufficiat separatim exprimere, & de illis dispensationem obtinere? Idem dicendum est de aliis similibus pœnis. t. 3. tract. 2. res. 61. 62. p. 211

Et an qui plura homicidia commisit, si uno tantum narrato, velit unius irregularitatis dispensationem obtinere, nihil fiat. ibid. in utraque Res. &c.

Et pro firmanda doctrina dictarum quæstionum alij diversi casus adducuntur pro praxi. ibid.

De dispensatione cujusdam irregularitatis homicidii voluntarii casus curiosus, & novus, & positus in principio textus hujus Resolutionis. Et quæritur, an fuerit in eo quis dispensatus, & an dicta dispensatio prosit ei pro foro externo. t. 3. tr. 2. r. 64. p. 213

Ubi etiam agitur de dispensatione cujusdam irregularitatis in causa Toletana.

Quando Pontifex dispensat, ut ante Novitiatus annum emittatur professio, quomodo facienda sit renunciatio bonorum juxta Concilium Tridentinum sess. 25. c. 16. de Regularibus? Idem dicendum est, si minor sit sexdecim annis, atque ita abbreviaretur tempus professionis à jure præscriptum. tom. 3. tractat. 2. resolut. 65. pag. 218

An Pontifex possit dispensare in voto solemni paupertatis, & obedientiæ? Et quid de Religioso facto Episcopo. tom. 3. tract. 2. resolut. 66. & in aliis ejus notat. pag. 218

An si quis habeat votum Castitatis, & Religionis, & petat à Pontifice dispensationem unius, teneatur alterum narrare. t. 3. tr. 2. r. 67. p. 219

An qui vovit se perseveraturum in Religione, & explicet se vovisse Religionem, dispensatio sit valida. t. 3. tr. 2. res. 68. p. 220

Et an si voto Religionis superaddas votum illius perseverantiæ, ad amplius obligeris. ibid. §. 2. & in multis aliis ejus not.

An quando falso exprimitur substantia voti corruat dispensatio. t. 3. tr. 2. r. 69. p. 220

An facultas delegata dispensandi vota, extendatur etiam ad ea commutanda. tom. 3. tractat. 2. resolution. 70. pagina 220

An quando adsunt expresse simul votum, & juramentum soli Deo factum, & non explicetur utrumque vinculum, dispensatio sit invalida. tom. 3. tract. 2. resol. 71. pag. 221

An facultas concessa ad dispensanda vota, & commutanda, extendatur ad vota, & juramenta ejusdem rei, cum simul duo vincula concurrant. tom. 3. tract. 2. res. 72. pag. 221

Et pro explanatione prædictæ difficultatis aliqua alia notabilia supponuntur, quæ contingere possunt in dicto casu, videlicet, quid dicendum sit, si non præstetur juramentum in voti confirmatione, sed independenter ab illo; ut si quis prius juravit jejunium, & postea vovit illud, vel si prius vovit, & postea juravit, non quasi votum confirmans, sed vel ejus immemor, vel omnino independenter? Et quid in dubio, an juramentum posterius emissum sit præstitum ad solum confirmandum votum. ibid. à §. 3. ad 8. p. 222

Et an facultas delegata ad dispensanda, vel commutanda vota virtute Cruciatæ, & Jubilæi, extendenda sit ad vota emissa post publicationem dicti privilegij. ibid. §. 8. &c.

An potestas delegata dispensandi, vel commutandi extendatur ad relaxanda juramenta soli Deo facta? Et quid è contra? Et an hoc procedat etiam quamvis juramentum non habeat inclusam promissionem, sed absque ea soli Deo faciat. tom. 3. tract. 2. resolut. 73. à §. 1. ad 7. p. 222. & 223

Et an ea facultas delegata ad vota, extendatur ad juramenta adjecta contractui, in quo est turpitudo, & injustitia in creditore, ut juramentum factum homini solvendi usuras, aut metu extortum. ibid. §. 7

Quidam dispensatus à Summo Pontifice in voto Religionis ratione infirmitatis post multos annos convaluit, quæritur, an ad ingressum Religionis sub mortali teneretur. t. 3. tr. 2. r. 74. p. 223

Et an Sacerdos Beneficiarius dispensatus ab onere recitandi Horas Canonicas ex infirmitate oculorum, si postea convaluerit, teneatur sub mortali Officium Divinum recitare vel fructus restituere. ibidem §. 2. pagina 224

Ex quibus infertur, quod cessante causa finali dispensationis, adhuc valet dispensatio. ibid. à linea 5. §. 1

An aliquando Episcopus possit dispensare in voto Castitatis absoluto, & in aliis votis Papæ reservatis? Et in hoc casu quis censebitur difficilis ad Pontificem aditus, & quæ causa legitima. t. 3. tr. 2. res. 75. & in multis aliis ejus not. p. 224

Et an si occurrat prædicta necessitas, & aditus neque ad Episcopum pateat possit Parochus dispensare, ex præsumpta Pontificis voluntate. ibid. §. 3

An Episcopus valeat dispensare, ut contrahens cum voto Castitatis possit petere debitum. tom. 3. tr. 2. r. 76. & in aliis ejus not. p. 224

Et quid circa hoc de Regularibus, virtute privilegiorum, assignatos tamen per Provinciales, vel etiam non assignatos virtute alterius privilegij Julij II. ib. §. 3. & 4. & in plurimis aliis eorum notat. p. 225

Et

Et quid de Confessario virtute Bullæ Cruciatæ? Et notatur, quod si supradictus vovens castitatem, vel cum voto Religionis facto ante matrimonium, vel post matrimonium ratum, facto, nondum consummavit matrimonium in istis casibus neque Episcopus, neque Regularis, neque Confessarius virtute Cruciatæ potest dispensare. ibid. §. 5

De quodam voto conditionali, postea confirmato, an possit per Episcopum dispensare, verbi gratia, N. febri acuta correptus, magno cum vitæ discrimine, ad hoc ut pristinam recuperaret sanitatem, vovit ingredi Religionem quod votum postea confirmavit, an, &c. t. 3. tr. 2. r. 77. p. 225

An in dubio de valore voti reservati possit Episcopus dispensare? Ex quo colligitur posse Episcopum dispensare in ejusmodi votis reservatis, quando emissa sunt ex metu cadenti in virum constantem. tom. 3. tract. 2. res. 78. p. 225

Unde cum dubium sit, an vota pœnalia, & conditionalia sint reservata sequitur ratione ejus dubii posse Episcopum in eis dispensare, etiam purificata conditione, & commisso delicto. ibidem in fine resolutionis.

An bona fide dispensatus in voto, existimans adesse causam, cum tamen non sit, valeat dispensatio. t. 3. tr. 2. res. 79. p. 226

Ubi aliqua alia explanantur pro intelligentia dictæ difficultatis.

An levitas in vovendo præstet sufficientem causam dispensandi, etiam si vovens non habeat difficultatem exequendi votum? tomo tertio, tractat. 2. resolut. 80. pag. 226

Et pro intelligentia hujus quæstionis adducitur, quod si in tenera ætate votum emisisti, vel intervenientе metu, vel in tristitia, aliave passione, vel errore circa causam impulsivam, vel quia causa, qua motus fuisti ad vovendum cessavit; in his casibus justam habes dispensandi causam in voto, etiamsi difficultatem illud exequendi non habeas. Sed in prædictis casibus semper cum dispensatione admiscenda sit aliqua commutatio. ibid. §. 2. 3. & 4. p. 226

An sit credendum dicenti se habere potestatem delegatam dispensandi? tomo tertio, tractat. 2. resolut. 81. pag. 227

Et infertur credi posse literis Summi Pœnitentiariæ asserentis, sibi vocis oraculo commissum esse ut dispenset in aliquo casu Pontifici reservato? ibidem §. sexto.

An dispensatio in votis, vel aliquo alio impedimento possit fieri, invito eo, cum quo dispensatur? tom. 3. tr. 2. res. 82. p. 227

An dispensatio impetrata pro aliquo prosit, si eo ignorante impetrata est? tomo tertio, tract. 2. resolut. 83. pag. 228

Et an dispensatio impetrata ab altero volentium matrimonium inire, vel qui irritum injerunt, prosit utrique, quamvis alter prorsus impedimentum, ac dispensationem ignoret? ibid. §. 10. & seqq.

An in dispensatione subreptio circa unam partem vitiet alteram partem, si partes rescripti sint omnino separatæ? t. 3. tr. 2. r. 84. p. 229

Ex quo sequitur, quod si in eodem rescripto impetret quis dispensationem voti castitatis, ac peregrinationis Jerosolymitanæ, allegata scienter falsa causa circa alterum votum, vera autem circa alterum, non vitiatur dispensatio circa utrumque, sed tantum circa illud, in quo causa falsa fuit; secus vero si duplicis impedimenti ad matrimonium contrahendum dispensatio in eodem rescripto obtineretur, ut voti castitatis, & consanguinitatis, &c. ibid. §. 4

An subreptio dolosa, ut totum rescriptum vitiet, sufficiat, ut sit circa causam etiam impulsivam? Et quid, si subreptio sit circa causam finalem? tom. 3. tract. 2. res. 85. p. 230

An in dubio, utrum causa expressa in narrativa alicujus rescripti sit finalis, vel impulsiva, censenda sit impulsiva, & non finalis? tom. 3. tractat. 2. resolut. 86. pag. 230

Idem dicendum est, quando dubium est, an satis probetur veritas narratorum, vel quia est dubium, an causa falsa allegata sit finalis? ibid. in fine res.

An in dubio, si causa tacita in dispensatione sit finalis, vel impulsiva, dispensatio sit invalida? t. 3. tract. 2. res. 87. p. 230

An qui dubitat, num dispensatio obtenta sit valida, possit ea uti? t. 3. tr. 2. r. 88. p. 231

Idem est, quando dubium est, an satis probetur veritas narratorum in supplicatione. t. 3. tr. 2. res. 89. à lin. 4. §. 1. p. 231

An taciturnitas veri reddat subreptitiam dispensationem, quando tacetur aliquid, quod secundum stylum Curiæ est necessario declarandum? tom. 3. tractat. 2. resolution. 90. & 91. & in aliis earum notationum. p. 231. & 232

Et docetur, quæ sit causa finalis, & quæ vero impulsiva. ibid. §. 1. dictæ res. 91

An taciturnitas dispensationis prius petitæ, & non obtentæ, vitiet sequentem dispensationem postea ab eodem Superiore obtentam? tomo tertio, tract. 2. res. 92. pag. 233

Eadem ratio erit, si negata ab uno Superiore, obtineatur ab alio, nulla facta mentione negationis ab alio Superiore datæ? ibid. ante med. res.

Et quid, si Prælatus, qui modo dispensat, sit inferior illi, qui dispensare noluit? Imo quid, si qui dispensat, habeat potestatem delegatam, qui vero dispensare noluit, habeat potestatem ordinariam? ibid. propè finem resolut.

An taciturnitas prius dispensationis obtentæ reddat posteriorem invalidam? tomo tertio, tract. 2. resol. 93. pag. 233

Et an, si quis obtineat unam dispensationem cum una cognata, & illa mortua, secundam petat pro alia in eodem gradu, vel diverso conjuncta, sit valida secunda, licet obtineatur sine mentione primæ? ibidem §. 3. pag. 234

Et quid, si talis persona non fuerit usa priori dispensatione, quacumque ex causa, & petat secundam, non facta mentione prioris? ibidem in fine dicti §. & in resol. 94

Et an idem sit dicendum, licet fœmina resideat nolens primo consanguineo nubere, ac impetrat posteriorem dispensationem ad nubendum aliis, &c. ibid. à lin. 7. §. 2. dictæ res. 94. p. 234

An si quis obtinuit dispensationem cum consanguinea, & postea actu contrahat cum alia, dispensatio illa censeatur renunciata? tomo tertio, tract. 2. resolut. 95. pag. 234

An qui obtinuit dispensationem contrahendi cum consanguinea, si alteri copuletur, possit, ista mortua, uti priori dispensatione? tomo tertio, tract. 2. resolut. 96. pag. 235

An quando prima dispensatio matrimonii fuit irrita: necessarium sit in secundo mentionem facere de nullitate primæ. t. 3. tr. 2. r. 97. p. 235

An quando contrahentes sunt in eodem gradu duplicato, v. g. tam ex parte matris, quam patris, teneantur in petitione dispensationis illum gradum in eodem genere explicare. t. 3. tr. 2. r. 98. p. 235

An possit peti dispensatio super aliquo impedimento matrimonii, tacito alio in posterum dispensando. t. 3. tr. 2. res. 99. 100. p. 236

Sed difficultas major est; quando in eadem persona duo sunt impedimenta, quorum alterum occultissimum est, ex

ex cujus revelatione si sciatur, sequitur personæ eo laboranti magnum detrimentum, & alia gravissima damna, quid in tali casu faciendum est? ibid. post medium §. 3. res. 100. ad vers. Difficultas major. p. 237

Quo tempore dispensationis debeat verificari causa finalis, an sufficiat causam subfuisse, cum dispensatur, an vero requiratur etiam, ut perseveret, quando initur matrimonium? Et quid, quando committitur inferiori. tom. 3. tract. 2. resol. 110. & in aliis ejus notationum. pag. 236

Quæ falsitas vitiet rescriptum in quacumque dispensatione? Et hic apponuntur aliquæ Regulæ, ex quibus Confessarij, & Responsores casus conscientiæ multos casus extricare poterunt. tom. 3. tr. 2. r. 102. & in aliis ejus not. p. 238

An expressio falsi vitiet dispensationem? Et pro praxi explanantur, aliqui casus particulares, & alij deducuntur, & annotantur. tom. 3. tr. 2. res. 103. p. 238

An si per ignorantiam, vel simplicitatem quis expressit causam falsam, & dispensatus fuit, valide contraxerit. t. 3. tr. 2. r. 104. p. 239

Et notatur, quod dispensatio variis modis potest cessare. Primo per renunciationem, &c. ibidem §. 3. & sequent. &c.

Quid operatur in dispensatione clausula, *Motu proprio*, quando adest vitium subreptionis. tom. 3. tr. 2. res. 105. pag 240

An si dispensatus ex falso nomine in rescripto appositio intelligat personam sibi notam, vitietur dispensatio. t. 3. tr. 2. r. 106. p. 240

An dispensatio sit subreptitia, quando erratur nomine personæ. t. 3. tr. 2. r. 107. p. 241

An dispensatio sit subreptitia, quando erratur nomine Diœcesis. t. 3. tr. 2. r. 108. p. 241

Et notatur, quod rescriptum non vitiatur, ut à Commissario mandari non possit, si error aliquis ex incuria scriptoris irrepserit, ut si pro tertio gradu affinitatis positus sit tertius gradus consanguinitatis. t. 3. tr. 2. r. 109. §. 3. p. 242

An error commissus circa personam, cui committitur rescriptum expediendum, vitiet illud. tom. 3. tr. 2. r. 109. & 110. p. 242

An dispensatio inter consanguineos, vel affines sit subreptitia, non facta mentione de copula habita inter eos? Et an in tali casu, quid est dicendum si Pontifex dispensaverit cum conditione, dummodo copula non intervenerit. tom. 3. tractat. 2. resolution. 111. 112. 113. pag. 243

Et an in supradicto casu non teneantur, qui dispensationem petunt ad interrogationem Ordinarij de copula respondere, sed possint sine peccato negare, quamvis in rescripto dicatur, si copula non fuerit, dummodo copula sit occulta, & secus si fuerit publica. ibid.

Et explanatur, quod incestus cum consanguinea non est impedimentum proveniens ex jure naturæ, neque ex jure divino positivo, nec denique ex jure humano inductum. ibid. à linea 12. §. 6. resol. 113. à vers. Quod vero. p. 244

An saltem copula sit exprimenda, quando habita fuit ad facilius obtinendam dispensationem. t. 3. tr. 2. res. 114. 115. 116. p. 245. & 246

Et quid, si illa intentio tantum interius concepta fuerit, & non manifestata? Et quid, quando ita facta copula fuit ex parte unius tantum. ibid.

Et notatur, quod quando copula fuit habita post concessionem dispensationis per Pontificem factam, ante tamen quam ordinarius exequatur, dispensatio valida fuit circa impedimentum supra narratum, sed tenentur in hoc casu contrahentes dispensationem ab Episcopo obtinere. ibid. §. 6. dictæ Res. 115

Et an contrahentes non teneantur copulam fateri Ordinario nisi casu quod interrogarentur ab Ordinario præcedentibus indiciis, aut infamia? Imo quamvis infamia in dicto casu, aut semiplena probatio copulæ sit, & quamvis contrahentes interrogati negent illicite, dispensatio ab Ordinario facta erit valida. ibid. prope finem. §. 2. dictæ Res. 116. à vers. unde contrahentes. pag. 247

Et asseritur, quod non est necessarium in eadem supplica omnia impedimenta ejusdem qualitatis explicare, sed sufficere unum post alterum in diversis supplicationibus, & temporibus explicare, & de illis dispensationem obtinere. ibid. §. ult. dictæ Res. 116. &c.

Solet Pontifex dispensare, vel ratione jacturæ famæ, vel ratione copulæ, sed in hac sola existente, ut facilius dispensatio impetraretur, quidam apposuerunt in petitione quod adfuit copula, & quod adest jactura famæ, quæritur, an talis dispensatio sit valida. t. 3. tr. 2. r. 117. & in aliis ejus not. p. 247

An si allegata copula, & exinde jactura famæ, & scandali, si vere justa adsint, Papa dispensaverit, dispensatio sit irrita, copula non sequuta. tom. 3. tr. 2. res. 118. pag. 248

Et an si in ipsa petitione dispensationis plures proponantur causæ, debeant omnes ad hoc, ut dispensatio valida sit, verificari. ibid. §. 3. p. 249

Et an sola expressio causæ falsæ finalis, quæ si vere exprimeretur, non concederetur dispensatio, dispensationem irritet. ibid. §. 6

Et in §. ultimo hujus Resolutionis alius valde notandus adducitur, qui sæpius contingit in praxi, & ex quo etiam deducuntur alij casus lege illos. ibid. &c.

An dispensatio super impedimento cognationis, vel publicæ honestatis, non facta mentione de copula, sit subrepetitia. t. 3. tr. 2. r. 119. 120. & 121. pag. 249. & 250

Et advertitur, quod etiam quando incestus cum consanguinea est impedimentum, oportet, quod copula sit perfecta, effuso semine viri intra vas, & non sufficit, quod fœmina seminet. ibid. in fine §. 2. & seq. res. 120

Et additur non esse copulam narrandam, quando fuit incestuosa ex parte alterius tantum, nempe, quando alter ignorabat consanguinitatis, vel affinitatis nexum. ibid. ad medium. §. 3. dictæ Res. 120

An dispensationes possint revocari ad libitum concedentes? Et quid, si gratis dispenset Pontifex, & non per modum contractus. t. 3. tr. 2. r. 122. p. 251

Et docetur in duobus casibus peccare mortaliter Pontificem, si dispensationem revocaret, maxime absque causa sufficienti. ibid.

De causis, per quas Pontifex solet in matrimoniis dispensare. t. 3. tr. 2. r. 123. p. 251

An si aliqua fœmina remaneret innupta propter deformitatem, v. g. sed in dispensationis petitione ponitur, quod remaneret innupta ex defectu dotis, quæritur, an talis dispensatio sit valida. t. 3. tr. 2. r. 124. p. 253

Idem est si alios defectus notabiles fœmina patiatur, pro quibus innupta remanebit, si ita non impetrat dispensationem talem cum prædicta narrativa. ibid. §. 2

An dispensatio in causa matrimoniali sit late, vel stricte interpretanda. t. 3. tr. 2. r. 125. p. 253

An in secundo gradu sit dispensandum solum inter Magnos Principes, & pro causa publica. tom. 3. tr. 2. r. 126. pag. 253

Et an Summus Pontifex in omnibus gradibus consanguinitatis lineæ transversæ excepto primo gradu dispensare possit, ac proinde soleat. ibid. §. 6. & seqq.

An Summus Pontifex possit licite acquiescere petitioni cujusdam Oratoris volentis contrahere cum muliere sibi conjuncta in secundo gradu affinitatis. t. 3. tr. 2. r. 128. pag. 255

An Episcopus in casu valde raro possit aliquando dispensare in impedimentis matrimonij? Et pro praxi prædictæ difficultas explanantur aliqui casus in quibus Episcopus potest dispensare. t. 3. tr. 2. r. 129. p. 255

Et

Et quid est dicendum in casibus prædictis in textu hujus ref. quando non est facilis recursus ad Pontificem, est tamen facilis ad Apostolicum Legatum? ibid. §. 10. &c.
An in casibus supradictis, ut Episcopus possit dispensare, requiratur, ut matrimonium sit contractum bona fide, saltem ex parte unius? Et quid, si cum mala fide ambo contraxerint? tom. 3. tr. 2. ref. 130. p. 256
Et an non sit mala fides, quamvis procedat ex lata culpa, & ignorantia crassa, & culpabili, sed requiratur, ut scienter præsumatur? ibid. §. ult. p. 257
Et an in quibus vero casibus potest Episcopus dispensare, non ideo possit ejus Vicarius Generalis, nisi specialiter ab Episcopo id ei committatur? ibid. §. 4
An Episcopus ex urgentissima causa, & necessitate possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium, ante contractum ipsum matrimonium? tom. 3. tr. 2. ref. 132. à §. 2. & in aliis ejus not. pag. 258
Et quid in prædictis impedimentis post contractum matrimonium? ibid. §. 1. &c.
An Episcopus post matrimonium contractum, dispensatione impedimenti subreptitie obtenta, possit dispensare in eo impedimento confirmando dispensationem Pontificis? t. 3. tr. 2. r. 133. §. 4. p. 259
Et an Episcopus possit dispensare in impedimentis dirimentibus supervenientibus matrimoniis jam contractis impedientibus petitionem debiti? ibid. §. 5
Et an Episcopus possit dispensare cum his, qui cum voto Castitatis simpliciter contraxerunt matrimonium, ut possint licite petere? ibid. ad lin. 5. dicti §. &c.
An detur casus, ut Episcopus possit dispensare cum divitibus super impedimento aliquo dirimente ex illo capite, quod non pateat aditus ad Pontificem? tom. 3. tract. 2. r. 137. p. 263
An si quis matrimonium contrahat ante dispensationis notitiam sit validum? Ex quo docetur, quando nempe dispensatio censetur suum effectum operari, an à die suæ concessionis, vel à die notitiæ, & receptionis & acceptationis? tom. 3. tr. 2. r. 138. per totam. p. 263
An dispensationes valeant ante literarum expeditionem? tom. 3. tr. 2. ref. 139. p. 263
Et infertur dispensationes, & alias gratias non expirare mortuo Pontifice ante earum expeditionem. ibid. §. 3. & seqq. p. 264
Et an sola probabilis conjectura de obtenta dispensatione sufficiat ad validitatem actus & ejus honestatem? ib. §. 9
An dispensatio à Pontifice concessa, & signata valeat in foro conscientiæ? tom. 3. tract. 2. ref. 140. p. 264
An sit valida dispensatio, si fœmina repudiavit legatum ad finem obtinendi dispensationem ob paupertatem? tom. 3. tr. 2. ref. 141. p. 265
Et quid est sentiendum, si antequam mitteret Romam, vel postquam misit antequam Pontifex dispensaret, instituta sit in prædicta hæreditate, vel legato? ibid. §. 2
Et an valida sit dispensatio, si fœmina, quæ sufficienti dote caret, ut nubat extraneo, ad obtinendam dispensationem alleget, se innuptam remansuram ob defectum dotis, si non nubat consanguineo, &c. ibid. §. 6. pag. 266
An quis possit libere contrahere, si dubitet de impedimento ante matrimonium contractum? tom. 3. tr. 2. r. 142. pag. 266
Et quid, si autem dubites, an impedimentum habeas, eo quod scias habuisse verum impedimentum, & nescias tamen an obtinueris veram dispensationem? ibid. in fine §. 1
An dispensatio prima vice, qua illa utimur, extinguatur? t. 3. tr. 2. r. 143. p. 266
An Commissio dispensandi in impedimentis matrimonii, vel irregularitate, & aliis, quæ in foro externo, vel interno committuntur cum Clausula, *Si preces veritate nitantur*, expiret morte concedentis, re integra? t. 3. tr. 2. r. 144. p. 267
An dispensatio, seu potius facultas testandi concessa Episcopis, Monachis, vel aliis, quibus testandi interdictum est, expiret morte concedentis? Ubi aliæ curiosæ quæstiones resolvuntur sæpius contingentes in praxi pro licentiis, gratiis, & privilegiis, an expirent, morte concedentis, necne. tom. 3. tr. 2. ref. 145. p. 269
Et advertitur, quod testamentum factum sine licentia convalidatur, supervenienti facultate testandi. ibid. §. 3. &c.
Idem dicendum est, si Princeps alicui indulserit licentiam ad dedicandum molendinum illicite jam factum. ibid. §. 5. &c.
Idem etiam infertur pro aliis similibus casibus. ibid. à §. 6. usque in finem ref. ubi late, & curiosi, & valde notandi casus in praxi demonstrantur.
An cessante causa dispensationis, cesset ipsa dispensatio, post integre, & perfecte obtentam dispensationem? tom. 3. tr. 2. r. 146. 147. p. 271
Vbi in exemplum dictæ difficultatis diversi casus adducuntur, & tota doctrina prædictarum Resolutionum est valde notanda. ibid.
An si dispensatus circa aliquod impedimentum criminis, postea incidat in aliud simile crimen, teneatur mentionem facere de priori dispensatione, & quid de criminibus diversi generis? tom. 3. tr. 2. r. 148. p. 273
An dispensatio obtenta per vim, & metum sit valida? t. 3. tr. 2. r. 149. p. 274
An si quis petat facultatem à Superiore ad dispensandum in quodam casu, quem data opera, non explicat, quia timet de exclusiva Episcopi, impetratio sit valida? t. 3. tr. 2. r. 150. p. 274
An Forenses, & Peregrini possint dispensari ab Episcopis, etiam si brevi tempore in eorum Diœcesi commorentur? t. 3. tr. 2. r. 151. p. 214
Et quid de Scholaribus, Prætoribus, Medicis, Officialibus, &c. ibid. in fine ref. &c.
An Clericus in Minoribus constitutus possit exercere medicinam sine alia Pontificia dispensatione? Et quid, si sit Clericus in Sacris, aut Beneficiatus? t. 3. tr. 2. r. 152. & in aliis ejus notationum. pag. 276
Ex pluribus rescriptis à Pontifice impetratis, quodnam sit præferendum. t. 3. tr. 2. r. 153. p. 276
De clausulis dispensationum, quæ apponuntur in litteris Pœnitentiariæ, & primo, de prima Clausula. *Discreto viro Magistro in Theologia, &c. & Confessori ex approbatis, &c.* t. 3. tr. 2. r. 154. p. 277
Et advertitur errorem esse vulgi literas dispensationis frustrari suo effectu, si aperiantur à non habente dictas qualitates. ibid. à lin. 2. §. 1. &c.
Sed difficultas est de Confessore, qui fuit approbatus ab Ordinario ad audiendas sacramentales Confessiones, videlicet virorum dumtaxat, & non mulierum, vel econtra, non tamen ex defectu scientiæ, sed ratione juvenilis ætatis, an iste possit exequi literas in forma Brevis Sacræ Pœnitentiariæ ad favorem mulieris obtentas, vel econtra? ibidem §. 2. &c.
An semel Confessarius electus ex virtute litterarum dispensationis possit vigore ejusdem Bullæ, inconsulto Majori Pœnitentiario variari? tom. 3. tract. 2. ref. 155. pag. 278
Et an peccet prædictas literas aperiens, si illis qualitatibus Bullæ præditus non fuerit? ibid. §. 8
An Confessarius habens facultatem dispensandi super certam materiam, dispensatio sit valida, si in confessione Sacramentali interne illam fecerit, putando tam ipse, quam pœnitens non esse necessarium verbis expressis facere? Vel an sit necessarium iterum expresse dispensare, & proferre verba dispensationis, dicendo, *Dispenso tecum, &c.* t. 3. tr. 2. ref. 156. & in multis aliis ejus not. p. 279
Et an hæc dispensatio possit fieri à Sacerdote, etiam si dispensans sit absens? ibid. ad medium ref.

An dispensatio in literis Pœnitentiariis fieri debeat in confessione Sacramentali? t.3. tr.2. r.157. p.279
Et an ad valorem confessionis sufficiat, si confessio sit invalida? ibid. §.4. &c.
Et an opus sit, ut talis Delegatus sit Doctor juris Canonici, vel Magister in Theologia, in Academia approbata, & non Licentiatus, nec cæteri alii? ibid. § 7. p.280
Et notatur, quod Regulares, quibus Superiores permiserint, habent privilegium expendendi has literas, etiamsi non sint Doctores, vel Magistri. ibid. §.6. &c.
Et alii casus circa supradicta explanantur, & pro cæteris aliis clausulis prædictarum literarum. ibid.
De clausula dispensationum propter periculum incontinentiæ. tom.3. tr.2. r.160.p.281
De clausula dispensationum in ordine ad diligentem Oratoris examinationem. tom.3. tractat. 2. resolut. 161. pagina 282
De clausula dispensationum in Ordine ad confessiones, & alias pœnitentias injungendas. Et adducuntur diversi casus contingentes in praxi pro adimplendis supradictis pœnitentiis. t.3. tr.2. r.162. p.282
De clausula apponi solita in dispensationibus. *Dummodo copula non intervenerit.* tom. 3. tr.2. r.163. p.283
Et quid de alia clausula. *Dummodo copula interfuerit sub spe facilioris dispensationis*, an in tali casu si spes non fuerit exterius significata, sed tantum interius concepta, an in tali casu, si copula taceatur, dispensatio sit valida? ibid. §. 5. &c.
De clausula dispensationum. *Dummodo impedimentum inde proveniens occultum sit.* tom. 3. tract. 2. resolut. 164. pag.284
Et notantur, & explanantur illa, quæ in literis Pœnitentiariæ aliquando apponuntur, ut conjux impedimenti ignarus certior fiat de prioris consensu nullitatis. ibidem. §. 2. &c.
De clausula litterarum dispensationum Sacræ Pœnitentiariæ, nempe *Gratis Vbique.* tom. 3. tractat. 2. resolut. 165. pag.284
An pro expediendis dispensationibus recipere quis aliquid possit? t.3. tr.2. r.166. p.285
An si Curialis, qui ut facilius dispensationem impetret, mutet narrationis substantiam, incurrat in excommunicationem? t.3. tr.2. r.167. p.285
An beneficii titulus revalidetur per regulam Cancellariæ de triennali possessione, aut aliam præscriptionem, non obstante pœna inhabilitatis, aut privationis imposita proviso, nec alia opus sit dispensatione, aut tituli habilitatione? t.3. tr.2. r.168. p.286
Et quid de possidente beneficium pacifice per triennium, sed mala fide, ut si quis simoniace sit institutus in beneficium per ignorantiam? ibid. §.4. & 5. &c.
Et an pensio revalidetur per regulam de triennali? ibid. §.6.
Et an obligatio restituendi fructus, v. g. beneficiorum non tollatur per regulam de triennali. ibid. §.7. p.287
Si quis per triennium possidet pacifice beneficium, sed à principio cum mala fide, an juvetur per regulam Cancellariæ de triennali, & quid, si à principio possedit bona fide? t.3. tr.2. r.169. p.287
Et notatur triennalem possessionem juvare, quando provisus beneficiis est capax. ibid. §.9. p.288
Alia dubia excutiuntur circa Regulam Cancellariæ de triennali possessione. Primo, an irregularis possit adjuvari hac triennali possessione? t.3. tract.2. r.170. p.288
Secundo an hæc regula de triennali possessione habeat locum in conscientia? ibid. § 9. &c.
Tertio, an hæc regula de triennali suffragetur in gratia subreptitia? ibid. §.16.p.289
Et tandem notatur collationem beneficii factam invalido, vel suspenso, non esse ipso jure invalidam, sed irritandam. ibid. §. 18. &c.
Ex quibus aliqua alia inferuntur circa supradicta. ibid.
Plura dubia elucidantur ad praxim conducentia pro ornatu Regulæ 33. Cancellariæ, de possessione triennali. Primo, an dicta Regula procedat in foro interno, & externo? tom.3. tr.2.r.171. à lin 8.§.1. p.290
Secundo, an hæc Regula defendat possessores triennales pacificos aliàs inhabiles modo non sint Hæretici, intrusi, &c. ibid. §.3. &c.
Tertio, an defendat possessores beneficii malæ fidei? ibid. §.7. p.291
Quarto an si aliquis, v.g. te ignorante, simoniace procuravit tibi beneficium? ibid. §.9. &c.
Quinto, an tempus possessionis triennalis, sit computandus ultimus dies de momento ad momentum, vel sufficiat, ut sit inceptus? ibid. §.11. p.292
Multa de pluralitate beneficiorum scitu digna adnotantur. Et inter alia, quæ dicuntur in textu hujus res. pro prædicta materia, tandem deducitur quod Papa licite dispensare potest in pluralitate beneficiorum, quando juxta subest causa, secus graviter delinquet. tom.3. tr.2. res.172.§.1. pag.293
Et quod nemini suffragatur dispensatio Pontificis ad possidendum simul plura beneficia, nisi ex justa causa fuerint obtenta, & aliter peccat mortaliter, neque tutus est in conscientia per hujusmodi dispensationem, sed tenetur alterum beneficium resignare. ibid.
Et an quando unum beneficium est sufficiens ad congruam sustentationem, licitum sit absque dispensatione Papæ, vel Episcopi, & nulla alia causa tenere plura beneficia simplicia, residentiam non requirentia, idque saltem ex consuetudine nota, & tolerata? ibid. §.3
Et in §. penultimo, & ultimo hujus res. datur gravis doctrina, & in promptu, & mente tenenda à Confessariis, quomodo se gerere debeant cum supradictis circa absolutionem, nisi superflua erogent in Ecclesiæ utilitatem, & opera pia, &c.
An in foro conscientiæ sit licita, & possit retinere pensio obtenta à Pontifice absque justa causa sine obreptione aut subreptione? Et prius aliqua supponuntur pro intelligentia hujus quæstionis. t.3. tr.2. r.173. p.295
Et an sit tutus in foro conscientiæ resignans beneficium, si omnes fructus beneficii, (ut sæpe fit,) assignentur in pensionem ipsi resignanti, vel tanta pars, ut resignatarius non possit commode sustentari. ibid. prope finem. §.2
Vide verb. *Pontifex, Episcopus, Prælatus Regularis.* In quibus alia quamplura.

Dispensatus.

Dispensatus illegitimus à Papa, ut possit obtinere beneficium Curatum, si postea efficiatur Religiosus, an possit sine nova dispensatione fieri Prælatus Regularis? tom.5. tr.5. r.143. §.ult. p.281
Qui dispensatus est, ut beneficium simplex obtineat, non censetur dispensatus ad Canonicatum, & dignitates Ecclesiæ Cathedralis, & principales Ecclesiæ Collegiatæ. ibid. §.3. pag.280
Et quid, si talis dispensatus est ad beneficia Curata? t.5. tr.5. r.144. §.3. p.281
Dispensatus illegitimus ad Ordines, an intelligatur solum ad minores ordines dispensatus? ibidem in initio dicti §. pag.281
Dispensatus. Vide verb. *Dispensare*, *Dispensatio.* tom.2.3. 4.5.6.7.8. & 9

Displiciturum.

Vide verb. *Modus.* tom. 7

Disponere.

Vide verb. *Facultas*, *Pecunia*, *Schedula*, *Relinquere.* tomo 7.
Item verb. *Bona temporalia.* tom. 8
Item verb. *Exequiæ*, *Filia*, *Fructus*, *Funus*, *Lex.* tom.9

Dispositio.

Dispositio juris eadem debet esse, ubi est eadem ratio, & ubi est eadem ratio, dicitur adesse eadem legis dispositio non extensivè, sed comprehensivè. t.2.tr.1.r.179. §.2. pag.104

Eadem dispositio juris debet esse, ubi militat eadem ratio, & tunc non dicitur adesse eadem lex extensivè, sed comprehensivè. t.7. tr.1. r.3. §.1. ante finem p.4

Disputantes.

Disputantes de fide in casu de jure prohibito, an Inquisitores possint punire, & contra illos procedere? t. 5. tr.10. r.77. §.1. p.445

Et in dicto casu an includatur Clericus, quamvis indoctus, &c. ibid. §.3

Ubi quod in dicto casu excommunicatio non incurritur à laïcis ipso facto, sed per judicem Ecclesiasticum est infligenda.

Disputare.

Disputare an possit laïcus doctus cum Hæretico? Vbi explanatur quid in cap. *Inhibemus*, significent illa verba, Inhibemus, ne cuique laïcæ personæ, &c. t.5.tr.8. res.10. §.3. p.356

Vbi, an comprehendantur sub dictis verbis Religiosi laïci, seu Conversi, Donati, & Sanctimoniales? ibid. §.3.

Vide verb. *Laicus.* tom. 6

Dissensio.

Vide verb. *Controversia, Discordia, Quæstio.* tom. 9

Dissentire.

Quando dissentiunt duo, vel plures executores testamenti, quid est agendum? t.6. tr.9. res.34. & 35. per totam pag.472

Vide verb. *Cogitatio.* tom. 8

Dissipare.

Si non dissiparet Religiosus in aliquo speciali casu largiendo munera bona Religionis, an incidat in pœnas Bullæ Clement. VIII. de largitione munerum? tom.7. tr.3.r.33. §.1. p.263

Vide verb. *Bona temporalia.* tom. 9

Dissolvere.

An dissolvantur sponsalia ex matrimonio valido? t.2.tr.6. r.27. §.1. p.345

An dissolvantur sponsalia per solum ingressum Religionis, vel sit expectanda professio? t.2. tr.6. resol.29. §.1. pag.346

Vt dissolvatur matrimonium ratum per subsequens consummatum, an possit Pontifex legem ferre? t.3. tr.1. r.96. §.7. p.128

Vt dissolvatur à maleficio maleficium, an licitum sit petere hoc ei, si dubitas, an absque novo maleficio id facere possit? t.8. tr.2. r.7. §.1. p.24

Ad dissolvendum matrimonium, posita gravi causa, Pontifex non requirit necessario consensum partium, sed id facere potest etiam eis invitis. t.3. tr.1. res.96. §.3. pag.127

Dissolvere. Vide verb. *Consensus, Copula, Infidelis, Ius, Ordinis Sacramentum, Professio.* tom.2

Dissolvere an possit Pontifex matrimonium ratum, & non consummatum? t.3. t.1. r.95. §.1. p.126

Et quid de Episcopo circa hoc? ibid. §.5

Et quid sine causa? t.3. tr.1. r.96. §.1. p.127

Dissolvere matrimonia si verata, sive consummata Infidelium Pontifex dispensando non potest. ibid. §.8

Et an sit circa hoc alia ratio Hæreticorum? ibid.

Et quid, si Pontifex habeat supremam jurisdictionem temporalem in quosdam infideles? ibid. §.9

Dissolvere matrimonium ratum, & non consummatum, an possit Pontifex solum inter magnos Principes? t. 3. tr.1. r.97. §.1. p.128

Dissolvere dictum matrimonium an possit Episcopus in casu valdè raro? t.3. tr.1. r.98. §.1. p.129

Dissolvere matrimonium spirituale Episcopi cum Ecclesia per consecrationem consummatum, cur magis Pontifex possit, quàm carnale consummatum? t.3. tract.1. resol. 100. §.2. pag. 131

Dissolutus.

Dissoluto matrimonio valido, an teneatur qui ita contraxit prima sponsalia implere? t.2. tr.6. res.27. §.2. pag.345

Distantia.

Distantia ab Ecclesia quænam excuset à peccato, ut quis non teneatur illam adire ad audiendam Missam in die Festo? t.2. tr.3. r.6. §.1. p.225

Vbi advertitur, quod si in urbe contigerit templa omnia & loca esse interdicta, longiusque distare Ecclesiam aliquam extra, vel intra muros liberam ab interdicto, omnes secluſa gravis temporis intemperie ad illam confluere tenentur, etiam fœminæ delicatæ, alicujus authoritatis, ut in die festo audiant missam. ibid. in res. 6. ad medium.

Distantia unius Leucæ an sufficiat, ut quis excusetur ab audienda Missa in die festo? t.2. tr.3. r.7. §.1. p.225

Et quid, si iter sine equo minimè fieri possit, & alia hujusmodi impedimenta occurrant? ibid.

Vbi docetur milliarium sufficere ad excusandum quemlibet ab audienda Missa, sed præcipuè delicatas fœminas, & alicujus authoritatis. ibid. §.2

Distare.

Si ita distant Cardinales à Romana curia, ut omnino inter decem dies post mortem Pontificis accedere non possint, an teneantur præsentes illos expectare? t.9. tr.7. r.14. §.1. p.381

Distillatio.

Vide verb. *Conjugatus.* tom. 2

Distinctio.

An ratione distinctionis numericæ objectorum peccata numero distinguantur? t.1. tr.7. r.22. §.1. p.357. Vbi pro praxi aliqui casus.

Distinguere.

Et an Examinatores Synodales possint ex consuetudine aliquod stipendium intuitu sui Officij accipere absque Symonia, tam accipientis, quam dantis? Et notatur Episcopum de suo posse dare aliquid Examinatoribus. ibid. à §. 5. usque ad fin. Res.

An si eo tempore, quo fieri debet provisio per Concursum non adsint Examinatores Synodales, de quibus loquitur Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 18. possit Episcopus deputare alios absque Synodi celebratione. tom. 3. tr. 3. r. 97. p. 362

Et an beneficium sic collatum possit ab alio impetrari. ibidem prope fin. §. 2

Et an existentibus in Synodo Doctoribus, Clerici non Doctores possint eligi in Examinatores Synodales. ibid. §. 3. pag. 363

Et quid, si quotannis Synodus non fiat, an Examinatores deputati munus suum debeant exercere, donec nova Synodus habeatur? Et an si anno autem elapso, aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expiret. ibidem §. 4

An concursus alicujus beneficij vitietur ex eo, quod cum Examinatoribus Synodalibus adhibeantur alij Examinatores non Synodales. tom. 3. tr. 3. r. 98. p. 363

An quando examinandi ob timorem Examinatorum turbarentur, si vere sint idonei, licitum sit eos præmonere de punctis, de quibus erunt interrogandi. t. 3. t. 3. r. 99. pag. 363

Et an hoc locum habeat tantum in examine Episcoporum, v. g. coram Pontifice; & in examine Confessariorum coram Episcopo, & secus autem in examine ad aliquod beneficium, quod fieret per oppositionem, & Concursum. ibid. §. 2

An Examinatores Synodales teneantur indicare Episcopo digniorem, licet ipse præcipiat solum, ut ei dicant, qui, & quot sint idonei, & digni. t. 3. tr. 3. r. 110. p. 364

An in Canonicatibus, Personatibus, Dignitatibus, & cæteris Præbendis, & dimidiis Præbendis Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, & in Præstimoniis, & aliis simplicibus beneficiis Curam animarum non habentibus licitum sit eligere dignum prætermisso digniori. t. 3. tr. 3. r. 101. p. 364

Et quid, si ad Episcopatum, Cardinalatum, Decanatum eligatur minus dignus. ibid. à linea 4. §. 2

An beneficia Ecclesiastica possint ex natura rei dari dignis, omissis dignioribus. t. 3. tr. 3. r. 102. p. 365

Et doctrina hujus Res. procedit etiam quoad Dominos Proreges, & quoad suprema Consilia Regum, quando proponunt Regi, *nella nomina*, ut vulgo dicitur, aliquem ad Episcopatum, &c. nam in tali casu tenentur proponere digniores. ibid. §. 15. p. 366

An aliquando sit licitum eligere indignum ad beneficium. t. 3. tr. 3. r. 103. p. 366

Et major difficultas est. An sit licitum aliquando eligere in Parochum, vel Episcopum hominem improbum, & pravis moribus notorie indignum, & diffatum concubinarium, si alias non reperiatur alius idoneus ad ministranda Sacramenta. ibid. §. 5. p. 365

Diximus supra in beneficiis simplicibus non teneri Electores eligere digniores, sed tantum dignos; quæritur modo, an hæc sententia procedat etiam in beneficiis Curatis, ut sunt Episcopatus, &c. quæ conferunt Pontifices, & Reges. t. 3. tr. 3. r. 104. p. 367

Et an hoc non procedat, quando beneficia per Concursum competentium, & oppositorum conferuntur. ibidem in fine.

An Summus Pontifex, vel Reges teneantur ad beneficia eligere digniores. t. 3. tr. 3. r. 105. p. 367

An Proreges debeant ad Episcopatum nominare Dignores, dignis postpositis, in *Nomina*, ut vulgo dicitur, quam mittunt ad Regem. t. 3. tr. 3. r. 106. p. 368

Quænam sint causæ excusantes à peccato eligentes minus dignum, relicto digniori. t. 3. tr. 3. r. 107. p. 368

Et an in concursu beneficiorum, & Cathedrarum eligentes dignum, prætermissio digniori, teneantur ad restitutionem. ibid. §. 3

Et notatur in dicto casu minus dignum, etiamsi sibi, & Electoribus votum sit digniorem in electione esse prætermissum, posse, hoc non obstante, sine peccato beneficium, & Cathedram acceptare. ibid. §. 4

Et an minus dignus possit se offerre ad obtinendum beneficium, &c. ibid. §. ult.

Idem est de electione ad Canonicatum Ecclesiarum, si fiat per concursum. t. 3. tr. 3. r. 108. §. 7. p. 369

An præsentatus à Patrono laico ad Ecclesiam Parochialem possit ab Episcopo examinari coram Examinatoribus non constitutis in Synodo. t. 3. tr. 3. r. 109. p. 370

Et an Parochialibus juris Patronatus requiratur examen per Concursum. ibid. ad linea 9. §. 2

Et quid, si Patronus laicus præsentet plures Clericos ad Parochialem. ibid. §. 4. prope finem.

Et quid, si Parochialis esset juris Patronatus mixti, partim Ecclesiæ, & partim laici? Et quid, si pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro una tantum ad Ecclesiasticum. ibidem §. 5

Quidam Patronus, qui non erat primus fundator beneficij quæsivit à me, an sub peccato mortali deberet præsentare

tare digniorem? Et quid etiam ad beneficia Curata. t.3. tr.3. r.110. p.371
An Archiepiscopus Panormitanus peccet confirmando præsentationem digni, omisso digniore, factam ab illustrissimo Senatu hujus urbis ad aliquam Parochiam? t.3. tr.3. r.111. p.371
Et an Senatus eligendo indignum, amittat pro illa vice jus eligendi? ibid. §.4
An minor quatuordecim annorum possit præsentari ad beneficium Jurispatronatus? Et an sufficiat annum 14. esse cœptum? t.3. tr.3. r.112. p.371
An si testator dicat, ut Capellania conferatur Sacerdoti, possit conferri Clerico minorum Ordinum? t.3. tr.3. res.113. p.372
Et an saltem pro una, vel altera vice possit Episcopus dispensare supra dictam qualitatem? ibid. §.4
An obligatio eligendi digniorem extendatur etiam ad resignantem beneficium suum in favorem alterius? t.3. tr.3.r.114. p.372
Et an Collator peccet acquiescendo resignationi minus digno, relicto digniori? ibid. in fin. res.
An Episcopi post resignationem alicujus beneficii factam in eorum manibus, possint illud conferre suis, vel resignantis familiaribus, affinibus, &c. Ubi aliqua notabilia circa intelligentiam Bullæ Pii V. de Resignatione beneficiorum. t.3. tr.3.r.115. p.373
Et an ubi prædicta Bulla est usu recepta, Patroni possint præsentare, ad beneficia hæc resignata consanguineos resignantis? ibid. §.3. in initio. p.374
Et an resignanti liceat nominare successorem, non deducendo in pactum ut ipsi dentur, sed significando Collatori, ut si velit, det ipsi? ibid. in dicto §.
An Episcopus ex justa causa possit imponere pensiones super beneficia pinguia suæ Diœcesis? t.3. tract.3. res.116. p.373
* Vide verb. *Ecclesia.*

Appendix ad alias quamplurimas quæstiones missas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Resol. quæ simul pertinent ad hæc verba, Episcopatus, Episcopus, &c.

Ad Episcopatum non censetur dispensatus, qui ad omnes, seu quascumque dignitates dispensatus est. t.7. tract.1. res.287. §.11. p.193
Episcopi judicium interius in approbatione Confessariorum, an requiratur de eorum sufficientia? t.1.tr.3.r.7. §.1. & seqq. p.87
Absque Episcopi Diœcesani licentia Regulares etiam Societatis Jesv non possunt audire Confessiones, etiamsi in alia Diœcesi approbati sint. t.1.tr.3.r.14.§.6. p.93
Absque Episcopi approbatione an possit superior Regularis designare Vicarium, quando habet Parochiam annexam? t.1.tr.3.r.20. §.16. p.97
Episcopi an possint eligere Confessarium virtute Cap. fin. intra, & extra Diœcesim? t.1.tr.3. resol.23.§.13. & seqq. p.99
Et quid de Regularibus Episcopis. ibid.
Episcopi in tempore pestis, & simili an debeant concedere omnem suam authoritatem omnibus Confessariis à se approbatis, & etiam pro se, & omnibus aliis Confessariis obtinere à Papa facultatem absolvendi à casibus, & censuris Papalibus pro præsenti casu, & similibus. t.1. tr.5. r.12. §.4. p.270
Episcopi statutum, vel sententiam violantes in Monasterio exempto, an incurrant excommunicationem ab eo latam? t.1. tr.5. r.51.§.3. p.296
Episcopi an possint reducere Missas in fundatione appositas vigore Concilii Trid. t.2.tr.1.r.1.§.1. pag.1
Episcopi an possint Missas, quæ post Concil. Trident. rectæ fuerunt, ad minorem summam reducere. t.2. tr.1. res.2. §.1. ibid.
Et quid, si ante Concilium fuerint impositæ? §.2
Episcopi possunt moderare Missas alicui Ecclesiæ, sive ante, sive post Concilium relictas, sive ob tenuitatem eleemosynæ, sive ob aliam causam ab eadem Ecclesia non acceptatas. tom. 2. tract. 1. resolution. 13. §.5. pag.6
Absque Episcopi authoritate Oratorium privatum fundatum non ut ibi celebretur, sed ut ibi oretur, non est sub potestate Episcopi quoad jus visitandi. t.4.tr.2. res.4. §.2. p.29
In Episcopi Oratorio non possunt familiares audire sacrum eo mortuo, vel absente. t.4. tract.2. res.7. & 8. pag.30. & 31
Episcopi Titulares extra Urbem possunt in domo sua erigere Oratorium. tomo quarto, tract. 2. resolut. 9. §.1. pag.31
Et an exercere omnia Pontificalia possit? Episcopo titulari debetur locus inter cæteros Episcopos in Capellis, & in Consistoriis publicis, & Semipublicis, aliisque sessionibus juxta Ordinem suæ promotionis, etsi est Regularis, non est subjectus jurisdictioni Ordinarii, neque Superiori suæ Religionis, sed immediatè Summo Pontifici. Et ejus familia gaudet privilegio fori, ut sacra Congregatio immunitatis declaravit. ibid. §.1. per totum.
Non obstante Episcopi prohibitione an Regulares possint ministrare Eucharistiam in privatis Oratoriis? t.4. tr.2. r.44. §.1. p.54
Et quid, si ad hoc Sacerdotes tam sæculares, quam Regulares virtute Cruciatæ eligantur? ibid. §.3
Episcopi an possint prohibere Regularibus, ne ministrent Eucharistiam in Oratoriis privatis? t.4. tr.2. res.45. §.6. pag.56
Episcopi licentia an sit omnino necessaria, ut tempore interdicti quis possit celebrare domi in Oratorio privato virtute Cruciatæ? tom.4. tract.2. resolution.52. §.1. pag.60
Episcopi Diœcesani non expectata promulgatione Jubilæi, an superiores Regulares possint pro suis subditis Jubilæum promulgare? t.4. tract.4. resolut.12. §.1. pag.146
Et quid si non mittit copiam Episcopus, vel Breviarium Bullæ Jubilæi? ibid. §.2. p.147
Episcopi quo ordine teneantur superflua bonorum Ecclesiasticorum erogare in opera pia? t.4. tract.7. res.21. §.1. pag.287
Episcopi possunt de patrimonialibus distributionibus visitando Episcopatum, & de acquisitis quovis alio titulo distincto à titulo beneficii Episcopatus ad libitum disponere. t.4. tr.7. r.23.§.3. p.290
Episcopi, id quod retrahunt de necessariis ad decentiam status, viventes parcè, an teneantur pauperibus erogare, sicut superflua? ibidem §.4. & in resolut.28. §.1. pag.293
Episcopi an teneantur erogare in usus pios omne id, quod supereſt ex congrua, & decenti sustentatione? t.4. tr.7. r.24. §.1. p.290
Episcopi manuum impositio an pertineat ad essentiam Ordinis, itaut si Episcopus moriatur, postquam contulit Sacerdoti potestatem consecrandi, an verè manebit integrè ordinatus, & poterit à peccatis absolvere? t.3. tr.1. r.12. §.6. p.19
Episcopi an possint reservare peccata venialia? t.3. tr.1. res.31.§.1. p.39
Et an peccata mortalia interna? §.7. p.41
Quando Episcopi confessiones Sacerdos excipit, unde habeat jurisdictionem? tom. 3. tractat. 1. resolut.38. §.1. pag.47. Ubi an Pontifex tribuat jurisdictionem sacerdotibus, ut possint eligi ab Episcopis extra suam Diœcesim in Confessoribus, non obstante, quod

non sint approbati ? tom. 3. tract. 1. resolut. 35. §. Sed difficultas. pag. 42
In Episcopi legibus an Pontifex dispensare possit ? tom. 3. tr. 2. r. 3. §. 1. p. 174
Episcopi an aliquo jure excipiantur ab incurrendo excommunicationem, quamvis excipiantur ab incurrendo suspensionem, & interdictum, quæ jure generali feruntur, quæ sunt distincta ab irregularitate, & excommunicatione. t. 5. tr. 5. r. 10. §. 1. p. 210
Episcopi an possint cognoscere de crimine solicitationis, itaut qui penes ipsos possit Confessarios solicitantes denunciare ? tom. 5. tractat. 9. resolut. 95. per totam. pag. 416
Pro quo apponuntur aliquæ distinctiones. Ubi adest Inquisitio Hispanica, & ubi non adest. t. 5. tr. 9. res. 96. §. 1. ibid.
Episcopi ubi non est Inquisitio Hispanica an possint separatim ab Inquisitoribus proferre sententiam contra Confessarios solicitantes, & è contra etiamsi sola abjuratio eis adjungatur ? t. 5. tract. 9. resolut. 97. §. 1. pag. 417
Et quid de sententia absolutoria ? ibid. §. 2
Episcopi in recipiendis testibus contra hæreticos, an adhibere debeant duas personas Religiosas ? t. 5. tr. 10. r. 42. §. 2. p. 432
Episcopi è suis Diœcesibus debent eliminare medicamentum, ut asserunt sympaticum, quod in absentia infirmi vulnerati applicatur ejus sanguini. t. 5. tract. 10. r. 109. p. 1. & 16. p. 455. & 456
Episcopi an possint libros hæreticos legere ? t. 5. tract. 10. r. 137. §. 3. p. 468
Episcopi an excusentur, si non curant, ut leges Pontificiæ promulgentur, & recipiantur ? t. 6. tr. 1. res. 16. §. 1. pag. 11
Episcopi, qui hoc tempore vivunt, & quorum antecessores non receperunt Concil. Trid. aut Bullam Cœnæ Domini, an liberi sint in conscientia, & multo magis eorum subditi ? ibid.
Episcopi an possint condere leges Ecclesiasticas in sua Diœcesi ? t. 6. tr. 1. r. 18. §. 1. p. 12
Episcopi an potestatem hanc condendi leges habeant immediatè à Christo, an vero à Pontifice ? ibidem §. 8. & seqq.
Et hoc pendet ex solutione illius quæstionis, quo jure Episcopi sint superiores sacerdotibus quoad jurisdictionem, &c. ibid.
Idem est de institutione festi. ibid. §. 6. p. 14
Qui juxta Episcopi mentem, & supplicationem factam illi literas corrigit, non incurrit excommunicationem. t. 6. tr. 1. r. 83. §. 3. p. 57
Episcopi an possint esse fidejussores ? t. 6. tract. 3. res. 189. §. 1. pag. 222
Episcopi an peccent mortaliter ludendo ludis prohibitis ? t. 6. tr. 4. r. 12. §. 1. p. 248
Episcopi an possint valide donare ? t. 6. tract. 7. resol. 3. §. 1. pag. 308
Et supponitur bona temporalia triplicis generis esse, quæ Episcopi habere possunt, scilicet patrimonialia, quasi patrimonialia, & merè Ecclesiastica. Et de quibus his Episcopus possit valide donare, agitur. ibidem §. 1. & seqq. p. 308
Et an licitè ? t. 6. tr. 7. r. 4. §. 1. ibid.
Episcopi Religiosi donatio ad usus prophanos non solum est illicita, sed etiam invalida, & accipientes tenentur ad restitutionem. t. 6. tr. 7. r. 9. §. 1. p. 311
Episcopi donatio intra 20. dies ante obitum an sit valida ? t. 6. tr. 7. r. 75. §. 1. p. 350
Et quid, si donatio fuerit facta extra infirmitatem, cum scilicet sanus esset Episcopus. Quare adhuc si publicetur excommunicatio contra non revelantes bona Episcopi defuncti, manet unus in conscientia donatarius. ibid.
Episcopi licentia an sit necessaria pro ingressu Religionis, quando uxor ex consensu viri vult in ea profiteri, & an saltem pro ingressu licito necessaria sit licentia Episcopi ? tom. 7. tract. 1. res. 323. per totam. pag. 224
Absque Episcopi interventu an Prælati Regulares possint dare licentiam Monialibus exeundi à Monasterio ex justa causa ? tom. 7. tract. 1. resol. 334. per totam. pag. 229
Episcopi an teneantur saltem in extrema necessitate proximi cum periculo vitæ correctionem adhibere ? t. 7. tr. 4. r. 20. §. 1. p. 290
Et quid, si proximus non sit in extrema necessitate, sed gravi ? ibid.
Episcopi an aliquando sub peccato mortali teneantur corrigere peccata venialia ? tom. 7. tract. 4. resolut. 21. §. 1. pag. 291
Episcopi an teneantur sub peccato mortali stirpare consuetudinem incedendi mulieres pectore nudato ? t. 7. tr. 5. r. 11. §. 2. p. 333
Episcopi aliqui prohibuerunt repræsentationes sacras nullibi posse fieri sine eorum licentia. t. 7. tr. 5. r. 25. §. 2. in fine. p. 340
Episcopi an teneantur vocati accedere ad Parlamentum, itaut contravenientes possint expelli à Regno tanquam inobedientes mandatis Regiis ? t. 7. tract. 6. res. 14. per totam. p. 375
Episcopi an includantur sub prohibitione ne Clerici præsint exercitibus ? tomo septimo, tract. 7. resol. 53. §. 1. pag. 419
Et quid de Germaniæ Episcopis, temporalem jurisdictionem obtinentibus, an possint bellum inire, exercitum scribere, Ducem belli præficere, & arma ad pugnandum militibus dare ? ibidem §. tertio, post medium.
Episcopi aliqui Hispani defenduntur, qui ad bella perrexerunt contra Cardinalem Baronium. t. 7. tr. 7. r. 56. §. 1. pag. 421
Ut Episcopi præsint exercitibus an Pontifex ex justa causa præbere licentiam possit, sine qua, quando, & quo pacto irregularitatem incurrant, demonstratur. t. 7. tr. 7. r. 57. §. 1. p. 422
An si Episcopi præessent exercitibus, non solum peccent mortaliter, sed incurrant irregularitatem, etiam si propria manu non occidant ? ibid. sub fin.
Episcopi an excusentur à residentia quando pro gubernatione alicujus Regni, vel Consilii detinentur ? tom. 9. tr. 2. r. 27. §. 3. p. 115
Et an hoc possint efficere Reges ex privilegio aliquo Pontificis ? Et si re vera tale privilegium existat, an modò sit revocatum ? ibid. §. 4
Et an in hoc Pontifex non possit dispensare, nisi adsit magna necessitas publica, & bonum commune ? ibid.
Episcopi residentia an sit de jure divino ? ibid.
Episcopi Cardinales, & alii Episcopi quomodo possint absolvere à censuris Pii IV. & Greg. XV. t. 9. tr. 7. r. 115. §. 1. p. 426
Ubi, quid operatur particula Concil. Trid. in sua Diœcesi ? ibid. §. 2
Episcopis facultas à jure permissa absolvendi subditos legitimè impeditos adire Romam pro absolutione, an in tali casu se extendat ad culpas, & censuras Sedi Apostolicæ reservatas ? tomo primo, tract. 5. resol. 16. §. 6. pag. 274
Et quid in casu hæresis ? ibid.
Et in tali casu an Episcopus possit absolvere subditos extra sacramentalem absolutionem, sive excommunicatio sit occulta, sive publica, & sive Episcopus, sive subditus sit extra Diœcesim ? ibid. §. 9
Episcopis est concessa potestas reservandi peccata à Summo Pontifice, & non à jure divino. t. 1. tract. 5. res. 22. §. 1. & seq. p. 279

Et hanc potestatem potest Pontifex restringere, & limitare tanquam supremus jurisdictionis collator. ibidem §. 5. pag. 280
Et supponitur posse Episcopum reservare aliqua peccata pro suo Episcopatu. ibid. §. 4
Episcopis prohibitio facta moderandi Missas, an comprehendat etiam anniversaria, & officia defunctorum? t. 2. tr. 1. r. 6. §. 1. p. 2
Episcopis quænam sublata sit facultas reducendi Missas ad minorem numerum? tom. 2. tract. 1. resol. 7. §. 1. ibidem.
Episcopis an possit Pontifex tollere potestatem circa sacramentalia? t. 3. tr. 1. r. 64. §. 1. p. 84
Et an illis possit Pontifex auferre potestatem conferendi Subdiaconatum, & minores Ordines? ibid.
Ab Episcopis excommunicatis, suspensis, &c. collationes minorum Ordinum factas, an possit Pontifex habere illas invalidas? tomo tertio, tractat. 1. resolut. 65. §. 1. ibidem.
Et quid quoad collationem primæ Tonsuræ? t. 3. tract. 1. r. 65. §. 5. p. 85
Episcopis an sit de jure divino continentia perpetua? t. 3. tr. 1. r. 77. §. 2. p. 98
Episcopis facultas testandi concessa, an expiret morte concedentis? t. 3. tr. 2. r. 145. §. 1. p. 269
Ab Episcopis an possint dispensari Forenses, Peregrini, Scholares, Prætores, Medici, Officiales, &c. etiamsi brevi tempore in eorum Diœcesim commorentur? t. 3. tr. 2. r. 151. §. 1. p. 274
Episcopis tantum, & non Summo Pontifici, an sint reservata juramenta pia Religionis, & perpetuæ castitatis? t. 4. tr. 4. r. 18. §. 2. p. 149
De quantitate eleemosynæ ab Episcopis expendendâ in pauperum necessitatibus. tomo quarto, tr. 7. resol. 23. §. 1. pag. 289
Et an hoc procedat quoad Episcopos regulares? ibidem §. 5. pag. 290
Episcopis an liceat esse Duces supremos in aliquo exercitu terrestri, vel maritimo? tom. 7. tractat. 7. resolut. 54. §. 1. pag. 420
Episcopis adoratio politica præbetur. tom. 9. tract. 4. res. 4. §. 1. pag. 324
Episcopo exercenti ordines in peccato mortali ministrare, an sit peccatum mortale? tom. 1. tract. 1. resolut. 18. §. 4. pag. 15
Ut ab Episcopo unctio in Confirmatione adhibeatur in fronte, & sub signo Crucis, an sit de necessitate Sacramenti? t. 1. tr. 2. r. 6. §. 1. & 4. p. 73
Ab Episcopo an possint confirmari infantes, filii Principum, vel si periculum mortis immineat, vel ob alias honestas causas ante septennium, & usum rationis? t. 1. tr. 2. r. 15. §. 1. p. 78
Ubi an sit peccatum mortale confirmare infantes ante septennium, & usum rationis? ibid. §. 2
An ab Episcopo possit admitti sine examine ad Confessiones audiendas notoriè sufficiens? t. 1. tr. 3. r. 3. §. 1. & seq. p. 86
Et an talis licentia possit revocari ad libitum sine causa? ibidem.
Ab Episcopo eodem an possint sacerdotes sæculares approbati vocari sine causa ad examen, sed non reprobari? t. 1. tr. 3. r. 6. §. 1. p. 87
Et quid de Regularibus circa hoc? ibid.
Ab Episcopo Neapolitano Confessarius etiam Regularis approbatus an possit excipere Confessiones Neapolitanorum in aliena Diœcesi? t. 1. tract. 3. r. 10. §. 1. & seqq. p. 90
Ab Episcopo quocumque approbatum an possit Parochus exponere ad Confessiones audiendas suorum subditorum? t. 1. tr. 3. r. 12. §. 1. & seqq. p. 91
Et quid, si hoc prohibeat Parochis, & superioribus Regularibus Episcopus? ibid. §. 3
Et an ipse possit punire contrarium facientes? ibidem §. quarto.
Et quid, si virtute Cruciatæ hoc faciunt absque novâ approbatione dicti Episcopi? ibid.
Si ab Episcopo Sacerdos simplex non est approbatus, an eum possit Parochus exponere ad audiendas Confessiones suorum subditorum? tom. 1. tract. 3. resol. 13. §. 1. pag. 91
Et an saltem in aliquo casu? Pro quo duo casus proponuntur in praxi. tomo primo, tract. 3. resolut. 14. §. 3. pag. 92
Et an talis opinio sit probabilis? ibid. in init.
Ab Episcopo casus reservati, si committantur in Monasteriis Regularium exemptis, an possint absolvi à quocumque Confessario? tom. 1. tract. 5. resolut. 51. §. 1. pag. 296
Unde puellæ manentes in educatione apud Moniales exemptas, an subjaceant supradictis casibus ab Episcopo reservatis? ibid. §. 3
Episcopo mortuo an casus reservati expirent, itaut possint absolvi à quocumque Confessario. t. 1. tr. 5. r. 68. §. 1. pag. 305
Et quid, si casus reservati sint per statum, vel legem synodalem Diœcesanam, aut qui jure, vel consuetudine ipsi Episcopo reservantur. ibid. §. 2
Et quid, si in mandatis Visitationum Episcopi reservent aliqua peccata, sive cum excommunicatione, sive sine illa, an expiret reservatio, mortuo Episcopo. t. 1. tr. 5. r. 69. §. 3. p. 306
Ubi quod supradicta intelliguntur quoad eos, qui in vita condentis Episcopi prædictam censuram, aut reservationem non incurrunt, nam si adhuc vivente Episcopo incursæ sunt, tunc quidem reservatio, & excommunicatio adhuc durat mortuo Episcopo. ibidem §. 3. pag. 306
Ab Episcopo an sint approbandi simplices sacerdotes ad hoc, ut possint absolvere à peccatis venialibus, & mortalibus jam ritè confessis? t. 3. tract. 1. res. 35. §. 1. & seqq. p. 42
Ab Episcopo an possit Pontifex auferre potestatem conferendi Subdiaconatum, & minores Ordines. t. 3. tr. 1. r. 64. §. 1. p. 84
Si ab Episcopo quis petat facultatem dispensandi, vel absolvendi in quodam casu, quem data opera non explicat, quia timet de exclusiva Episcopi, an tunc impetratio sit valida. t. 3. tract. 2. resolut. 150. §. 1. & 2. pag. 274
Episcopo alicui an possit Capitulum sede vacante licentiam concedere, ut conferat ordines Regularibus, & Clericis alterius Diœcesis? tom. 3. tract. 5. resol. 11. §. 1. pag. 386
Episcopo an sint subjecti Regulares quoad Ordines? ibid. §. 7
Ab Episcopo an possit compelli Vicarius Capituli sede vacante, & Vicarius debeat stare syndicatui. t. 3. tract. 5. res. 81. §. 1. & 2. p. 417
Ab Episcopo an possit compelli Sacerdos obligatus dicere Missam in Altari privilegiato, ut ipsemet celebret. t. 4. tr. 1. r. 21. §. 1. p. 15
Episcopo præsente potest quis in ejus Oratorio celebrare, non autem eo ablente. tomo quarto, tract. 2. resolut. 6. §. 3. pag. 30
Episcopo contradicente an possint Regulares constituere oratoria. t. 4. tr. 2. r. 12. §. 1. p. 34
Episcopo contradicente an possint Regulares in Grangiis, seu cellis particularibus celebrare cum Altari portatili. t. 4. tr. 2. r. 13. §. 1. ibid.
Episcopo an liceat procedere, & punire Sacerdotes tam sæculares, quam Regulares celebrantes in Oratoriis Palatii, Civitatis, & carcerum, &c. t. 4. tr. 2. res. 17. §. 4. pag. 37
Si ab Episcopo oratorium sit approbatum, & privilegiatus mutet

mutet domum, an denuo in alia domo ab Episcopo sit approbandum? tomo quarto, tract. 2. resolut. 26. §. 1. pag. 43
A quo Episcopo debeat esse approbatus Confessarius per Jubilæum eligibilis? Idem est ex vi Bullæ Cruciatæ. t. 4. tr. 4. r. 1. §. 1. & seqq. p. 141
Ab Episcopo non approbatus, sed à Parocho, an in aliquo casu sit eligibilis per Jubilæum? Et quid, si approbatus sit ab Episcopo alterius Diœcesis? t. 4. tr. 4. r. 3. §. 1. pag. 142
Ab Episcopo loci an debeat esse approbatus Confessarius eligendus virtute Jubilæi, vel Cruciatæ, etiam quoad Regulares, itaut non sufficiat esse approbatum à Prælato Regulari suæ Religionis; vel alterius. tom. 4. tr. 4. r. 7. §. 1. & 2. p. 144
A casibus Episcopo reservatis an Confessarius absolvere possit virtute Jubilæi? tom. 4. tract. 4. resolution. 21. §. 1. pag. 150
Et an à casibus, & censuris ab Episcopo reservatis post publicationem Jubilæi? ibid. §. 2
Si ab Episcopo sit indictum jejunium pro certo die, vel fixa lege, & constitutione etiam in Synodo, an obliget Regulares? t. 4. tr. 6. r. 40. & 41. p. 221
Ab Episcopo dies festi indicti obligant Regulares ex Concilio. t. 4. tr. 6. r. 40. §. 2. ibid.
Qui ab Episcopo schismatico ordinatur, an sit irregularis. t. 5. tr. 5. r. 16. §. 2. p. 213
Et quid, si Latinus ordinetur ab Episcopo Græco, & è contra? ibid. in init. §. 1
Sine Episcopo an Inquisitores possint proferre sententiam absolutoriam rei? tomo quinto, tract. 10. res. 59. §. 1. pag. 439
Ubi an sit usu receptum indicere abjurationem, & purgationem sine Episcopo? §. 6
Sine Episcopo an possint Inquisitores inferre torturam, & alios ad hoc subdelegare? tom. 5. tract. 11. res. 17. §. 1. pag. 487
Sine Episcopo an Inquisitores possint reconciliare eos, qui vulgò dicuntur Renegati, si spontè ad eos venerint, & pœnitentiam postulent. t. 5. tract. 12. res. 3. §. 11. pag. 503
Ab Episcopo an possint debitores petere absolutionem à juramento quando pactum, & juramentum cessionis bonorum in aliquo contractu juramento firmaverunt. t. 6. tr. 5. r. 15. §. 12. p. 283
Si Episcopo relinquitur aliquid à propinquo præsumitur esse relictum non intuitu Ecclesiæ, sed personæ. t. 6. tr. 8. r. 49. §. 2. p. 418
Episcopo excommunicato, si non est denunciatus, aut publicus Clerici percussor, an teneatur subditus illi obedire? t. 7. tr. 1. r. 138. §. 2. p. 94
Ab Episcopo latam suspensionem contra ludentes non incurrit Clericus ludens aleis in Monasterio exempto. t. 7. tr. 1. r. 197. §. 2. in fine. p. 125
Ab Episcopo an necessario sit faciendum examen pro professione puellæ, etiamsi ingressa fuerit in Monasteria Monialium exemptarum, & dicto Episcopo non subjecta? tom. 7. tract. 1. res. 325. §. 4. ad medium. pag. 225
Ab Episcopo an possit absolvi excommunicatio contracta in fractione Bullæ Pii IV. & Gregor. XV. de collocutionibus, & scriptionibus tempore Conclavis, si sit occulta, vigore Concilii Tridentini sess. 24. c. 6. tom. 9. tract. 7. res. 113. 114. 115. & 116. pag. 424. & seqq.
Et nova opinio circa intelligentiam dicti Concilii Tridentini affertur, sed non approbatur. t. 9. tr. 7. r. 114. §. 1. pag. 425
Et quando vero dicta excommunicatio dicenda sit occulta. ibid. §. 2
In Episcoporum Oratoriis si quis audiat Missam satisfacit præcepto. t. 4. tr. 2. r. 42. §. 4. p. 54
Episcoporum Indulgentiis an gaudeant peregrini, & homines externæ Diœcesis, & Regulares exempti. t. 4. tr. 5. r. 29. §. 1. pag. 193
De Episcoporum obligatione ad eleemosynas elargiendas. t. 4. tr. 7. r. 22. §. 1. & 2. p. 288
Episcoporum judices, & Officiales an ordinari possint? t. 5. tr. 5. r. 90. §. 2. p. 251
Episcoporum leges synodales an Regulares observare teneantur. t. 6. tr. 1. r. 44. §. 1. p. 34
Ubi, quod multi sunt casus, in quibus Religiosi etiam exempti tenentur legibus, & sententiis Episcoporum. ibid. §. 2
Et quid quoad festorum observationes, jejunia, interdicta, cæteraque censuras, pro quibus ferendis Episcopi facultatem habent à jure Tridentini? ibid.
Quod Episcoporum abusus procedendi ad bella in Gallia ortum habuerit ex Cardinali Baronio probatur. tom. 7. tr. 7. r. 55. per tot. ibid.
Episcoporum examinatores non possunt aliquid Episcopis examinandis manifestare, etiamsi sint doctissimi, & præ verecundia timeretur non bene responsuros, & hoc ratione juramenti, quod dicti examinatores faciunt. t. 8. tr. 3. r. 5. §. 4. p. 32
Quoad Episcopos Regulares an sit indicta quantitas eleemosynæ faciendæ in pauperum necessitatibus. t. 4. tr. 7. r. 23. §. 5. p. 290
Contra Episcopos non residentes de pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ apposita ab Urbano VIII. in ejus Bulla super hoc. t. 5. tr. 4. r. 15. §. 1. p. 203
Ubi clare & breviter exponitur quid dicta pœna importet.
Contra Episcopos an Inquisitores procedere possint? Et quid, si Episcopus sit titularis, vel electus, & confirmatus, nondum tamen consecratus. t. 5. tr. 10. res. 11. per tot. p. 422
Quoad Episcopos privativè an Inquisitores possint cognoscere de sortilegiis omnibus per Bullam Sixti V. contra sortilegos? tom. 5. tract. 10. res. 103. per totam. pag. 453
Episcopos detinere an possint Reges pro gubernatione alicujus Regni, vel Consilii? tom. 9. tract. 2. res. 27. §. 1. pag. 115
Concluditur Episcopos non posse extra Diœcesim vigore Concil. Trid. absolvere à censuris, & aliis casibus reservatis Papæ. tom. 9. tractat. 7. resolution. 115. §. 3. pag. 426
Ut per Episcopum sit consecratum Chrisma pro sacramento Confirmationis, an sit de necessitate sacramenti? t. 1. tr. 2. r. 1. §. 4. p. 69
Supponitur posse Episcopum reservare aliqua peccata pro suo Episcopatu, quando Pontifex potest potestatem illam restringere, & limitare tanquam supremus jurisdictionis collator. tomo primo, tract. 5. resol. 22. §. 4. pag. 280
Per Episcopum alium Pontificalia exercentem, an Capitulum sede vacante possit ordinare Diœcesanos suos? t. 3. tr. 5. r. 12. §. 3. p. 387
Si per Episcopum censuræ synodales promulgantur, an ligent Regulares? tom. 4. tractat. 4. resolution. 22. §. 3. pag. 151
Ad Episcopum an teneatur recurrere pro dispensatione dubitans, an debeat, vel possit jejunare. t. 4. tr. 6. r. 1. §. 1. pag. 202
Episcopum pauperem fingens se esse, & dantur ei, v. g. in eleemosyna centum aurei an peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem? tom. 4. tract. 7. resolut. 56. §. 2. pag. 307
Ad Episcopum an devolvatur electio pauperum, quando inter duos executores est contentio super electione, ut Episcopus adhæreat uni eorum, data paritate inter nominatos ab executoribus? tom. 4. tract. 7. resol. 60. §. 1. pag. 308

Per

Per Episcopum post pœnitentiam tollitur suspensio simoniaci manifesti. tom. 5, tract. 7. resolution. 4. §. 3. in fine pag. 308
Quando ad Episcopum Monachus, aut Religiosus assumitur, an sit liber à voto paupertatis, & Dominium acquirat, possitque contractus inire sicut alii Episcopi non regulares. tom. 6. tract. 7. resol. 9. §. 1. & seqq. pag. 311
In Episcopum potest eligi legitimatus per subsequens Matrimonium. t. 7. tr. 1. r. 287. §. 6. p. 197
Episcopum in bello militantem an quis possit impune occidere, vulnerare, & spoliare, ac proinde nullam incurrat pœnam, & excommunicationem, excepta irregularitate. tom. 7. tract. 7. r. 53. §. 3. post medium. pag. 419
Episcopum percutiens turpiter incontinenti inventum, an incurrat excommunicationem. tom. 9. tract. 1. r. 49. §. 5. pag. 34
Episcopum an possint Reges expellere ab Episcopatu, si symoniacè electus est. t. 9. tr. 2. r. 28. §. 1. p. 116
Et an ita facientes incurrant in censuram Bullæ cœnæ. ibidem §. 2
Si Episcopus unus tantum esset, & ille esset excommunicatus denunciatus, aut publicus Clerici percussor, an possit ordines conferre in casu, quo in aliqua Provincia remota penuria esset Sacerdotum. t. 1. tract. 1. r. 15. §. 5. p. 14
Episcopus dubius de suo baptismo, an debeat iterare baptismum sub conditione. t. 1. tr. 1. r. 79. §. 3. p. 52
Episcopus an possit dispensare super numero Patrini designato ex Concilio Tridentino in Baptismo. t. 1. tract. 1. resol. 96. §. 2. p. 62
Episcopus potest dispensare ad petendum debitum cum conjugibus, qui culpabiliter alteruter, vel uterque in Baptismo extra necessitatem filium baptizat, aut tenet. t. 1. tr. 1. r. 103. §. 3. p. 67
Episcopus non confirmatus ministrans Sacramentum Confirmationis, an peccet mortaliter. tom. 1. tract. 2. r. 4. §. 1. pag. 70
Idem est, si Episcopus conferat Ordines, antequam ipse sit confirmatus. ibid.
Episcopus existens in peccato mortali, si Sacramentum Confirmationis eodem tempore, v. g. 100. personis conferat, an committat 100. peccata mortalia. tom. 1. tr. 2. r. 5. §. 1. p. 71
Episcopus an peccet mortaliter si unctionem Confirmationis non faciat in fronte, & sub signo Crucis, & faciat Sacramentum nullum. t. 1. tract. 2. resol. 6. §. 2. pagina 73
Ubi an sit de necessitate Sacramenti, & præcepti, quod unctio Confirmationis fiat immediata manu confirmantis in fronte sub signo Crucis; itaut nullum sit hoc Sacramentum si conferatur pollice sinistro, & non dextero, vel alio digito, vel quovis alio instrumento sive coniuncto, sive separato. ibid. §. 4. & latè in r. 7. §. 1. & seq. p. 74. & in r. 8. per totam.
Episcopus, qui in Confirmatione ungeret alio digito quàm dextero pollice an peccet mortaliter, & an talis variatio sit materia gravis. tom. 1. tract. 2. resol. 7. §. 1. pag. 74
Episcopus ministrans publicè in Ecclesia Sacramentum Confirmationis sine Pluviali, Mithra, & Baculo Pastorali, an peccet mortaliter. t. 1. tract. 2. r. 9. §. 1. & seqq. pag. 75
Et quid, si omitteret tantùm unum ex indumentis sacris. ibid. §. 11
Et quid, si omitteret infligere alapam. ibid. §. 2
Episcopus ministrans ordines sacros statim post Missam sine aliis indumentis Pontificalibus, an peccet mortaliter. ibid. §. 15. p. 76
Episcopus in sua diœcesi an peccet, si confirmat subditos alterius Episcopi, & hoc extra Ecclesiam, & post meridiem. tom. 1. tract. 2. resolution. 10. §. 1. & seqq. pag. 76
Et an incurrat in aliquam censuram. tom. 1. tract. 2. r. 12. §. 2. pag. 77
Episcopus an possit confirmare aliquem afferentem dimissorias sui Episcopi, ut ordinetur? ibid. §. 1
Si Episcopus ordinet aliquem non confirmatum, an peccet mortaliter? ibid. §. 3
Episcopus an sit damnandus de peccato, si confirmet perpetuo amentes? tom. 1. tract. 2. resolution. 15. §. 3. pagina 78
Episcopus Religiosus an possit esse patrinus in Confirmatione, & Baptismo? tom. 1. tract. 2. res. 23. §. 6. pagina 82
Episcopus non peccat, quando carens Sacerdotibus sufficientis doctrinæ, etiam pro rusticis approbat aliquos Sacerdotes in Confessarios pro excipiendis eorum, aut alicujus generis hominum confessionibus, & ut illos Sacramentaliter absolvant. tom. 1. tract. 3. resolut. 7. §. 13. pag. 88
Episcopus an jam Parochos possit aliquoties examinare? t. 1. tr. 3. r. 15. §. 1. p. 93
Episcopus an possit dare subdito, potestatem eligendi Confessarium per eandem potestatem approbando talem, etiam si antea approbatus non fuisset? t. 1. tr. 3. r. 26. §. 13. & seq. p. 104
Quando Episcopus, Regularibus legitimè, & digne præsentatis licentiam confitendi denegat, ipso jure censetur concessa. t. 1. tr. 3. r. 39. §. 2. p. 116
An Episcopus possit absolvere subditos extra Sacramentalem absolutionem, impeditos adire Romam pro absolutione, sive excommunicatio sit occulta, sive publica, & sive Episcopus, sive subditus sit extra diœcesim? t. 1. tr. 5. r. 16. §. 9. p. 274
Episcopus an possit absolvere à casibus reservatis ex nova lege post Concilium Trid. & quid circa hoc sacra Congregatio declaravit? tom. 1. tract. 5. resolution. 23. §. 5. pag. 280
Episcopus potest dispensare votum dubium castitatis, eò quod dictum votum non est reservatum? t. 1. tract. 5. r. 40. §. 4. p. 291
Episcopus si in casum reservatum summo Pontifici inciderit, à quo ipse alios absolvere potest, an possit à Confessario à se subdelegato de illo absolutionem obtinere? tom. 1. tractat. 5. resolution. 67. §. 2. pagina 305
Idem est de dispensatione. ibid. §. 2
Episcopus potest commutare pœnitentiam sacramentalem extra judicium sacramentale per applicationem Indulgentiæ? tom. 1. tract. 6. resolution. 9. §. 5. pagina 311
Episcopus ex justa causa an possit commutare pœnitentiam à Pontifice, vel Dataria super aliquo impedimento Matrimonii imposita? tom. 1. tract. 6. resol. 58. §. 1. pag. 342
Episcopus, si peccat mortaliter an teneatur explicare hanc circumstantiam in confessione? t. 1. tr. 7. r. 72. §. 1. & seqq. p. 378
Episcopus fornicans non tenetur Episcopatus circumstantiam fateri, nisi fornicatio illa ab Episcopo admissa, ita publica esset ut scandalum pareret? ibidem §. 2
Ideo Episcopus non tenetur in dicto casu fateri se esse Episcopum, aut Sacerdotem, sed satis est dicere, quod habet votum Castitatis. tom. 1. tract. 7. resol. 74. §. 6. pag. 380
Episcopus an possit dimissorias negare, vel beneficium non conferre ei, quem novit ex confessione indignum? t. 1. tract. 8. res. 16. §. 1. paulo ante finem vers. Quarto. pag. 431

Episcopus an debeat facere reductionem Missarum in Synodo. t.2. tr.1. r.3. §.1. p.1
Episcopus non potest ordinare quod Sacerdotes non dicant Missas pro minori stipendio à lege taxato. t.2.tr.1. r.31. §.2. p.16
Si Episcopus sacrum fecit, an sit licitum eadem die in eodem Altari sine ejus licentia celebrare. t.2.tr.1.r.89. §.1. pag.49
Et an canon super hac re sit consuetudine abrogatus? ibid. §.3
Episcopus an possit cum Pontificalibus paramentis in aliena Diœcesi Missam solemnem celebrare. t.2.tr.1.r.144. §.4. pag.84
Episcopus non potest cogere Parochum, ut ministret necessaria Presbyteris volentibus celebrare in sua Parochia. t.2.tr.1.r.250. §.4. p.155
Episcopus an possit Regularibus prohibere administrationem Eucharistiæ per totum tempus Paschale præcepti Ecclesiastici annuæ communionis. t.2.tr.2.r.23.§.2. pag.172
Episcopus an possit punire Parochum ministrantem Eucharistiam in die Veneris Sancti? tom.2. tr.2. r.46. §.1. pag.184
Episcopus non potest punire Sacerdotem, qui secluso scandalo Missam privatim dixerit die Sabbathi Sancti. ibid.§.3. & seqq. p.184
Si Episcopus in Pontificalibus celebrat, & deficit & non sit alius Episcopus, an simplex sacerdos possit supplere simplici, & ordinatio modo, quæ desunt? t.2. tr.2. r.101.§.3. p.220
Et in dicto casu pereunte Episcopo, utrum sit præferendus simplex Sacerdos jejunus alteri Episcopo præsenti non jejuno, ut perficiat, quæ desunt. ibid.
Episcopus si non tetigit vasa sacra, aut aliud instrumentum in cujus porrectione imprimitur Character, an teneatur iterare Ordinem, & consecrationem. t.2.tr.5. r.19.§.2. p.279
Episcopus an conferat Episcopalem Ordinem. t.2.tract.5. r.22.§.1. p.280
Vbi an oporteat Episcopum ordinari ab Archiepiscopo, vel à Pontifice. ibid.
Vel an saltem Episcopus debeat à tribus Episcopis consecrari. ibid.
Episcopus an sit minister ordinarius Sacramenti Ordinis. t.2. tr.5.r.23. §.1. p.281
Episcopus excommunicatus, suspensus, interdictus, depositus, degradatus, Schismaticus, & hæreticus, an valide conferat Ordines. t.2. tract.5. resol.23. & 24. ibidem.
Episcopus suspensus ab officio confirmandi, non ideo suspensus censetur ab officio ordinandi, & consecrandi. tom. 2. tractat. 5. resolution. 25. §. 2. pagina 282
Episcopus titularis an licitè possit conferre Ordines. t.2. tr.5.r.28. §.1. p.283
Episcopus Titularis non potest familiarem suum, seu commensalem Ordinare sine licentia sui Episcopi, quamvis cum illo commoretur per triennium. ibidem §.3. pag.284
Vbi an in tali casu Ordo teneat, si Episcopus illum ordinet, quamvis puniatur arbitrio sui Ordinarii, & Episcopus titularis qui eum ordinavit sine commendatitiis sui Episcopi à Pontificali suspendatur per annum.
Episcopus in aliena Diœcesi non potest celebrare Missam in Pontificalibus cum Baculo, & Missa absque licentia Ordinarii. tom.2. tract.5. resolution.32. §.3. pag.285
Episcopus non confirmatus potest validè alios confirmare, neque hoc faciendo peccat mortaliter. t.2. tr.5.r.100. §.5. pag.321
Episcopus an possit prohibere Parocho, ne absolvat ab aliquo peccato, & irritare aliter factum. t.2. tr.6.r.70. §.2. pag.371
Et quid, si Episcopus Sacerdoti potestatem habenti audiendi Confessiones fœminarum, prohibeat, ne illas audiat, an per illam simplicem prohibitionem, si confessiones fœminarum audiat, validè sint tales confessiones. ibid. §.2. p.370
Episcopus non potest matrimonii impedimenta constituere, indicere, vel apponere, quia potestas hæc jam reservata est Pontifici. ibid. §.3. p.371
Episcopus an possit prohibere ne matrimonia domi contrahantur. t.2. tr.6. r.111. p.400
Episcopus propter periculum incontinentiæ potest dispensare, ut petant, & reddant debitum, quando uterque coniux ex communi consensu castitatem vovit. t.2. tr.6. r.219. §.1. p.467
Episcopus an possit dispensare in voto castitatis emisso post contractum matrimonium ante consummationem. ibid. §.2
In tomo 2. ex tract.5. de Sacramento Ordinis fere omnes eius quæstiones pertinent ad Episcopum, ut Ministrum ordinarium prædicti Sacramenti Ordinis: signanter à res.1. usque ad 116. inclusive, ubi plura, & fere omnia quæ contingere possunt in conferendo Sacramentum Ordinis.
Episcopus, Vide verb. *Benedicere*, *Capellanus*, *Confessarius*, *Confirmationis Sacramentum*, *Denunciationes*, *Dispensatio*, *Dubium*, *Essentia*, *Excommunicatio*, *Femina*, *Mulier*, *Oleum*, *Ordinarius*, *Parochus*, *Vir*, tom.2
Si Episcopus iniustè deneget approbationem Regularibus pro audiendis confessionibus; an tunc Summus Pontifex præbeat ipsis jurisdictionem audiendi confessiones. tom.3. tract.1. resol.38. §. Secundus casus pag.47
Episcopus ordinans in Episcopum infantem ante usum rationis, an valide illum ordinet? t.3. tr.1. resol.61. §.1. pag.83
Episcopus Hæreticus, Schismaticus, Degradatus, &c. an possit valide Ordines conferre. t.3. tr.1. r.65. §.1. pagina 85
Episcopus non Episcopo committere potestatem conferendi Ordines, & etiam saltem minores non potest. t.3.tr.1.r.68.§.5. p.91
Episcopus an possit statuere impedimenta dirimentia matrimonium pro sua Diœcesi. tom.3. tract.1. r.88.§.1. pag.118
Episcopus an possit dispensare in matrimonio rato. tom.3. tr.1. r.94. §.3. p.124
Episcopus in sua Diœcesi an possit quidquid Papa potest pro tota Ecclesia. tom.3. tract.1. resolution.95. §.3. pag.126
Episcopus in nullo eventu potest dispensare in professione solemni Religiosorum. tom.3. tr.1. r.98. §.1. pag.129
Episcopus potest directe dispensare secum in omnibus, in quibus cum aliis potest. t.3. tr.2. r.4.5. & 6. p.175. & seqq.
In tomo 3. in tract.2. de Dispensatione sunt multæ difficultates pro variis casibus, in quibus Episcopus dispensare, vel non dispensare potest, quos require in resolution. 21. 23. 24. 25. 26. 28. 29. 30. 38. 42. 43. 51. 54. 58. 66. 75. 77. 78. 81. 129. 130. 131. 132. 133. & 136. ubi quamplures quæstiones mistas pro Episcopis, & eorum dispensationibus invenies.
Episcopus in absentia, & extra Sacramentalem confessionem, an possit absolvere, & dispensare subditos in omnibus, suspensionibus, & irregularitatibus, & sive Episcopus, sive subditi sint extra Diœcesim. t.3. tr.3.r.12. & 13. p.303

Episcopus an possit dispensare in irregularitate, quam contrahit Sacerdos, qui post mortem uxoris legitimæ existens in Sacris tentat aliam uxorem accipere? tom.3. tract.3. resolution.55. ante medium. pagina 328

Episcopus an possit dispensare in irregularitate, quam laicus contrahit ineundo matrimonium cum duabus invalidè vel invalidè cum vidua? ibid. §.1

Et an his, & similibus casibus, quando irregularitas est occulta, possit Episcopus dispensare, non solum quoad minores Ordines recipiendos, sed etiam ad majores, & illos exercendos? ibid. post medium.

Episcopus nullus potest Ordines conferre, etiam Religiosis virtute suorum Privilegiorum, nec exercere Pontificalia in diœcesi in qua est sedes vacans, sine expressa licentia Capituli. tom.3. tract.5. resol.10. §.6. pag.385

Episcopus electus, & confirmatus non tamen consecratus potest cognoscere de criminibus depositione dignis, & deponere Sacerdotem, & verbaliter degradare, & remittere ad Episcopum consecratum, qui illum actualiter degradet. tom.3. tract.5. resol.18. §.1. pag.389

Episcopus an possit delegare facultatem ut aliquis dispenset in casibus Pontificiis, quando non est facilis recursus ad Papam, vel ad Nuntium? t.3. tr.5. r.24. §.1. pag.393

Episcopus superveniens an possit visitare Capitulum sede vacante. tom.3. tract.5. resolution.81. §.1. & 2. pag.417

Episcopus Religiosus an possit recitare cum socio recitante per Breviarium suæ Ecclesiæ. t.3. tract.6. r.99. §.1. pag.479

Episcopus quid tenetur restituere pro omissione in recitatione Officii divini cujuslibet diei, quid pro toto Officio, & quid pro singulis Horis. t.3. tr.6. r.123. & 114. p.491. & seq.

Episcopus, Vide verb. *Alienatio*, *Beneficium*, *Causa*, *Chrisma*, *Clericus*, *Cogere*, *Commensalis*, *Concelebrare*, *Confirmationis Sacramentum*, *Consecrare*, *Constitutio*, *Consuetudo*, *Copula*, *Creare*, *Debitum conjugale*, *Delegare*, *Delictum*, *Doctor*, *Ecclesia*, *Facultas*, *Fides bona, & mala*, *Fides Catholica*, *Fructus*, *Hæresis*, *Hæreticus*, *Ignorantia*, *Illegitimus*, *Impositio*, *Indignus*, *Inhabiles*, *Turcæ*, *Monasterium*. Et passim in aliis verbis. tom.3

Episcopus potest erigere Oratorium in domo sua pro se, & familia. tom.4. tract.2. resolution.2. §.1. & 2. pagina 28

Unum tantum. tom.4. tract.2. resolution.3. §.1. ibidem.

Et etiam extra diœcesim cum Altari portatili potest Episcopus celebrare, non autem in Romana urbe. t.4. tr.2. r.5. & 6. p.29. & 30

Episcopus in villa rurali potest habere Oratorium, ut ibi celebret, vel Missam audiat. t.4. tract.2. resol.6. §.2. pagina 30

Episcopus absque licentia Papæ hodie non potest dare facultatem, ut quis Oratorium privatum habeat. t.4. tr.2. r.19. §.1. p.38

Nisi in necessitate pro certis casibus. t.4. tr.2. r.20. §.1. & 2. pag.39

Et an quando classis diu Missam non audivit, ut celebretur sub dio? tom.4. tract.2. resolution.21. §.1. ibidem.

Vel debeat audire Sacrum in die festo? ibid. §. Secundus casus. pag.40

Episcopus an possit dare licentiam, ut in cubiculo perillustris personæ ægrotæ semel, aut bis celebretur, ut suscipiat Eucharistiam ex præcepto, vel viaticum. ibidem §.3

Et quid, si personæ non sunt perillustres, & magnates, sed aliunde tamen insignes? ibidem post medium dicti §.

Et an in domo ubi perillustris persona defuncta est vel in cubiculo amplo, præsente corpore defuncti, tria, vel quatuor Altaria erigantur, ut in ipsis integro mane Missæ plures celebrentur. ibid. §.4

Et an tempore pestis possit Episcopus concedere licentiam celebrandi in publicis viis, & privatis domibus? t.4. tr.2. r.22. §.1. p.41

Et an in mari in aliqua navi magna? Sed prohibetur Episcopis hanc licentiam dare, & dato casu hanc facultatem solus Pontifex possit illam concedere. ibidem §.2

Episcopus absque facultate Papæ potest dare licentiam celebrandi in Oratorio domus, quando est sejunctum ab habitatione, & habet ingressum publicum. tom.4. tr.2. r.23. §.1. p.42

Si Episcopus injuste neget approbare Oratorium, an possit adhuc Privilegiatus eo uti. tom.4. tract.2. r.24. §.1. & 2. ibid.

Ut Episcopus possit dare licentiam, ut vult Pontifex, quando Oratorium dicatur decenter ornatum? t.4. tr.2. r.25. §.1. & 2. ibid.

Si Episcopus prohibet sub pœna excommunicationis, ne aliquis celebret, vel audiat Missam in Oratorio privato aliqua die ex solemnioribus, an hoc non obstante per Bullam Cruciatæ hoc facere possit? t.4. tract.2. r.28. §.3. p.44

Quis Episcopus approbare debeat Oratorium privatum viri nobilis. tom.4. tract.2. resolution.50. §.3. pagina 59

In tomo 4. in tract.3. de Bulla Cruciatæ quamplurimas difficultates, & casus invenies pertinentes ad Episcopos pro eorum absolutione, commutatione dispensatione, & relaxatione: signanter in resolution. 7.17.19.20.50.80.84. & à resol.89. usque ad 99. inclusivè, & à resol.103. usque ad 120. inclusivè, & in resol.123.128.136. & 174. ubi plura, & aliqua notabilia.

Episcopus an possit dispensare votum Religionis, vel perpetuæ castitatis, quando non est tota materia voti. t.4. tr.4. r.16. §.1. p.148

Vbi, quod quando votum castitatis perpetuæ fuit à Pontifice commutatum in materiam non reservatam, an hæc possit ab Episcopo commutari. §.3

Episcopus an possit commutare votum Religionis, vel perpetuæ castitatis metu levi extortam. t.4. tr.4. r.17. §.1. pag.149

Idem est de votis emissis in periculo mortis, naufragii. &c. ibid.

Episcopus habens facultatem concedendi plenariam Indulgentiam in articulo mortis, interdiu per se, noctu vero per substitutum, an vocatus interdiu possit non ire, & mittere substitutum de nocte. t.4. tr.5. r.5. §.4. pag.180

Episcopus 40. dies Indulgentiæ concedere potest. t.4. tr.5. r.29. §.3. p.194

Episcopus eos dies propter diversas causas sæpius concedere potest. ibid.

Et an Episcopus successor possit illos dies revocare. ibidem. §.4

Episcopus an possit transferre jejunium in Sabbato præcedenti, quando Vigilia S. Mathiæ venit in ultimo die bachanalium. tom.4. tract.6. resolution.37. §.1. pag.219

In tomo 4. tract.8. de Consecratione Episcopi, ipse titulus demonstrat quod omnes ejus difficultates pertinent ad hoc verb. *Episcopus* pro ejus Consecratione, ubi plura, & curiosa reperies.

Episcopus, Vide verb. *Canonicus*, *Pœnitentiarius*, *Caro*, *Confessio*, *Concilium*, *Dies*, *Diœcesis*, *Dispensare*, *Ecclesia*, *Pontifex*, *Regularis*, *Scandalum*. tom.4

Episcopus, super hoc verb. sunt quamplurimæ difficultates in tom.5. tract.1. de Excommunicatione, & ejus absolutione, signanter in resolution.12.32.34. 67.85.86.89. & à resolution.94. usque ad 99. & in resol.103.104.105.106.109.166. & à resol.194. usque ad resol.200

Episcopus in quibus casibus, & quas personas absolvere potest ob Clerici percussionem in præcitato tomo 5. vide à resolution.64. usque ad 73. & r.77. ubi plura.

In supradicto tomo 5. ex tract.3. de suspensione vide super hoc verb. Episcopus resol.7.9.20.22.23.24.25.26. 32.38.45.49.53.56.58.60.64.66

Episcopus interdictus ab ingressu Ecclesiæ ob non residentiam, si celebret intra illam, an fiat irregularis? t.5. tr.4. r.15. §.4. p.203

Et quid, si tantum audiat Officia divina? ibid.

Et an possit intra illam recipere sacramenta. ibid. §.2

Et an exercere in Ecclesia actum jurisdictionis pro foro interno? ibid. §.1

Et inter alia alii 10. casus proponuntur, in quibus Episcopis interdicitur ingressus Ecclesiæ. ibid. §.3

Et docetur ignorantiam probari poſſe per juramentum, ſed ſi jurare quis recuſat, debet haberi pro excommunicato. Et multa alia pro firmanda doctrina prædictarum quæſtionum adducuntur, & tota doctrina eſt valde notanda. ibidem §. 9. ante medium, à verſ. Et talem, &c.

An excommunicatio ſit actus irretractabilis, ſeu irreparabilis ad ornatum Concil. Trid. ſeſſ. 13. c. 1. de Reformat. t. 5. tr. 1. r. 7. p. 6

Et explanatur, quænam ſint gravamina irreparabilia, ex declaratione ſacræ Congregationis, facto verbo cum Sanctiſſimo tunc Clement. VIII. à quibus ſubditus poſſit appellare à ſententia interloquutoria? Et decidditur, quod ſunt excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum, tortura, carceratio, & alia hujuſmodi, quæ continent factum, quod infectum eſſe non poteſt. ibid. §. 4. & ſeqq.

An ad valorem cenſuræ requiratur contumacia reſpectu Eccleſiæ comminantis ſub cenſura. t. 5. tract. 1. reſ. 8. §. 2. pag. 7

Et ſupponitur cenſuram, ſuſpenſionem, & interdictum non poſſe validè fieri, ac proinde non incurri niſi ob peccatum exterius inobedientiæ, & contumaciæ reſpectu Eccleſiæ. ibid. §. 1

Et notatur, quod tripliciter contingit aliquem eſſe contumacem. ibid. §. 3

An cenſura requirat actum conſummatum. t. 5. tract. 1. reſ. 9. p. 7

Et pro firmanda doctrina dictæ quæſtionis aliqui alii diverſi caſus adducuntur pro praxi.

An lata excommunicatio reſervata contra perpetrantes homicidium, ſi quis propinato jam alteri veneno confiteatur illud, incidat in cenſuram, morte ſequuta, vel in caſum reſervatum? Et in corpore hujus reſolutionis aliqui alii caſus à ſimili explanantur pro praxi dictæ difficultatis? tomo quinto, tract. 1. reſ. 10. pag. 8

An excommunicatio ferenda, obliget ad peccatum mortale? t. 5. tr. 1. r. 11. p. 9

An aliqua præcepta, & mandata Epiſcoporum ſub pœna excommunicationis obligent ſemper ad peccatum mortale. t. 5. tr. 1. r. 12. p. 9

Et an leges Civiles nunquam obligent ad pœnam ſpiritualem,

tualem, quamvis contineant pœnam gravem corporalem, si aliunde non sint prohibitæ jure naturali, aut divino. ibid. sub fin.
An excommunicatio minor possit ferri pro peccato veniali? Et an peccatum veniale sit materia sufficiens excommunicationis minoris? tom. 5. tract. 1. resol. 13. pag. 10
Et notatur, quod si contingat, quod præceptum Superioris sit de re levi, vel indifferenti in se, & tamen sit causa, & periculum inducat majoris mali, ut si Superior præcipiat, ne quis tali hora, & tali loco ambulet sub pœna excommunicationis absolutè, quia prævidet, vel dubitat, quod aliquod grave malum sit eventurum, si quis transgrederetur tale præceptum inobedientiæ, licet sit de re levi esset peccatum mortale, & per consequens ille esset excommunicatus excommunicatione majori. ibidem §. 3. & in aliis ejus notationum.
An excommunicatio possit fieri pro peccato purè interno. t. 5. tract. 1. res. 14. & in aliis multis ejus notationum. p. 10
Et an si desit aliqua conditio, per quam actus non dicatur perfectus, & consummatus, ut lex requirit, nunquam incurratur excommunicatio, nec censura. ibid. ad med. §. 2. à vers. Unde si, &c.
An actus, vel omissio externa, per quam feratur censura, debet esse signum actus interni. t. 5. tract. 1. resol. 15. pag. 11
An incurratur excommunicatio, quando opus externum, cui annexa est excommunicatio fuit solum veniale, sed internum mortale? tomo quinto, tract. 1. resol. 16. pag. 11
An censuræ sententia lata sub forma disjunctiva, verbi gratia: Præcipio hoc sub pœna excommunicationis, vel suspensionis, habeat effectum? t. 5. tract. 1. res. 17. pag. 12
Et an reus sub tali forma teneatur saltem ad alterutrum? ibid. ad med. §. 1. vers. Quæres.
Et an qui sub hac forma censuram ferret, graviter peccaret. ibid. in fine resol.
An censura possit ferri sub conditione? tom. 5. tract. 1. res. 18. p. 12
Et an appellatio post sententiam excommunicationis latam sub conditione si fiat ante completam conditionem, suspendat excommunicationem? ibid. §. 2
Sed difficultas est, an hæc appellatio possit fieri toto tempore, quo conditio non est impleta, vel solum intra decem dies, ut fieri solet aliarum sententiarum appellatio. ibid. §. 3
Et quid, si pendente conditione judex moriatur, vel reus forum mutet. ibid. §. 4
Et an si conditio esset de futuro, & omnino impertinens, censura esset valida? ibidem ad medium dicti §. 4. pag. 13
An si pendente conditione, sub qua lata est excommunicatio, si creditor, v. g. terminum absolutionis à judice lato proroget, & postea debitor non solvat, incurrat talem censuram? Et supponitur posse creditorem, terminum prorogare. tom. 5. tract. 1. resolut. 19. pag. 13
Sed difficultas est, si debitor non solvat in secundo termino, quid est faciendum? ibid. ad lin. 6. §. 1
Fuit olim lata excommunicatio per vim, & metum, quæsierunt tunc à me an fuerit nulla? Idem est de Absolutione excommunicationis? t. 5. tr. 1. r. 20. p. 13
An si judex sit excommunicatus valide alium excommunicet? Et quid, si judex excommunicatus sit occultus. t. 5. tr. 1. r. 21. p. 14
An judex excommunicatus toleratus valide alium excommunicet? t. 5. tr. 1. r. 22. p. 14
An judex excommunicatus toleratus possit valide exercere jurisdictionem. t. 5. tr. 1. r. 23. p. 14
Et quid, si talis sit excommunicatus denunciatus, & se transferat ad alium locum ubi passim ignoratur, ut sit nominatim denunciatus, vel publicus Clerici percussor, & eligatur in judicem, an eius acta valeant in favorem publicum? ibid. ad med. res.
Et an collatio, seu electio facta à tali excommunicato valeat, &c. ibid. in fine.
An excommunicatus toleratus exercens iudicium peccet mortaliter. t. 5. tr. 1. r. 24. p. 14
An effectus excommunicationis quoad privationem usus iurisdictionis habeat locum in iudice sæculari excommunicato non tolerato? t. 5. tr. 1. r. 25. p. 15
Et an subditi absolvantur ab obligatione obediendi Superioribus excommunicatis. ibid. in fine.
An excommunicatus sit incapax officiorum iurisdictionis sæcularis? t. 5. tr. 1. r. 26. p. 15
An iniustè excommunicatus, verbi gratia, ex causa præsumpta secundum allegata & probata, teneatur se abstinere à Communione fidelium, & ab aliis actibus prohibitis? tomo quinto, tract. 1. resolution. 27. pag. 16
Et an in dicto casu, quamvis ad id teneatur ratione scandali, imo ratione obedientiæ, non fiat irregularis celebrando, non solum quando in occulto celebrat, sed etiam quando in publico, & coram eis, quibus censura est nota, & innocentia incognita, &c. ibidem §. 3
An iniuste excommunicatus incurrat in pœnas iustæ excommunicationis? tomo quinto, tractat. 1. resol. 28. pag. 16
Sed quid est dicendum de pœnis, quas incurrunt violantes censuras, de irregularitate celebrando Missam in dicta excommunicatione, deferente suffragium, de collatione, & receptione beneficii, & similibus. ibid. in fine §. 2. & seq.
Difficultas est, si violat censuras in publico. ibid. ad medium §. 3
Et communicans cum tali excommunicato an incurrat pœnas iuris impositas? ibidem prope finem resolut. pag. 17
Et an ab orationibus, & suffragiis generalibus Ecclesiæ excludatur, prædictus excommunicatus, à quibus excluduntur excommunicati? ibidem in fine resolutionis.
An qui probabiliter iudicat sententiam excommunicationis esse nullam, teneatur se abstinere, & incurrat pœnas iuris? t. 5. tr. 1. r. 30. p. 18
An excommunicatio liget, quando pro subdito adsit opinio probabilis in contrarium? t. 5. tract. 1. resol. 31. pag. 18
Et resolutio huius dubii multum pendet ex illa difficultate; an obedire debeat subditus Superiori præcipienti iuxta sententiam probabilem? ibidem §. 14. pag. 20
An si Episcopus prohibeat furtum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, furans incurrat excommunicationem, si invincibiliter legem istam ignoret? Idem est, si excommunicatio lata sit à Pontifice? t. 5. tract. 1. resolut. 32. & in aliis eius notationum. p. 20
An ignorantia vincibilis juris, vel facti excuset ab incursione censurarum, & aliarum pœnarum, sive latæ sint à jure communi Papæ, sive particulari Episcoporum. t. 5. tr. 1. r. 23. 24. p. 21
Et explanatur, quænam dicatur ignorantia crassa, & supina, lata, & vincibilis, vel ignorantia crassa, supina, & affectata. ibid. à lin. 11. §. 1. dictæ res. 33
Et an ignorantia crassa, & supina nunquam excuset? ibid. à lin. 9. §. 1. dictæ res. 34
Et notatur ignorantiam vincibilem facti impedire incursionem censuræ latæ contra eos, qui scienter aliquid fecerint, aut facere præsumpserit, aut contra eos, qui

ausu temerario aliquid fecerint, etiam quando est affectata, vel adeo crassa, ut moraliter censeatur intentata, seu affectata. ibid. post medium §. 1. dictæ ref. 34. & in §. seq. & melius in ref. 36. & in multis aliis ejus not. 1. & 3. p. 23. & 24

An ignorantia censuræ invincibilis, quæ est annexa casibus Pontificiis impediat reservationem? Et an hoc extendatur ad naturalem oblivionem, seu inadvertentiam. tom. 5. tractat. 1. resolution. 35. & in aliis ejus not. 1. & 2

An legentes libros Hæreticorum ignorantia affectata non incurrant excommunicationem latam in Bulla Cœnæ, quæ fertur contra scienter legentes. t. 5. tr. 1. r. 36. post medium §. 2. vers. Unde. p. 24

An incidat in censuram Bullæ Cœnæ, qui falsificat literas Apostolicas secundum mentem Pontificis. t. 5. tr. 1. ref. 37. pag. 24

Et quid de illo, qui integras literas fabricat. ibidem post medium, §. 2. vers. Secus.

Sed si ponas aliquam partem non habuisse in falsificandis literis Apostolicis, sed illis utendi postquam falsificatæ fuerint, an sit hac censura excommunicatus. ibidem §. 5

Idem est de illo, qui falsas impetrat literas. ibidem in dicto §. 5

Et notatur defensores, & fautores falsificantium literas Apostolicas, imo illas per alios falsificantes non incurrere censuram Bullæ Cœnæ, sed censuram *Cap. Ad falsariorum*, quæ reservata non est. ibid. §. 6

An censura, vel casus reservatus contra facientes falsum instrumentum, comprehendat falsificantes illud. t. 5. tr. 1. r. 38. p. 25

An appellantes à Pontifice ad Concilium Generale actu existens, incidant in censuram Bullæ Cœnæ. t. 5. tr. 1. ref. 39. pag. 25

Et an consulentes appellare ad futurum Concilium in censuram Bullæ Cœnæ incidant? Et quid de præstantibus auxilium, aut favorem ad prædictam appellationem. ibid. §. 5

Et docetur dictos consulentes in prædicto casu incurrere in excommunicationem reservatam latam à Pio II. in Bulla incipiente *Execrabilis*, & confirmata à Iulio II. ibid. §. 6. prope finem. p. 26

Et an appellantes ab ordinationibus Pontificiis, quatenus Princeps temporalis est, excommunicationi Bullæ Cœnæ subjiciantur. ibid. §. 3

An appellantes à Papa ad Concilium Generale jam congregatum sint Sacrilegi, & malè sentiant de Fide. t. 5. tr. 1. r. 40. prope fin. §. 2. p. 26

Et notatur talem prohibitionem appellandi comprehendere appellationem à sententia Papæ, in qua motus ira, vel aliqua alia animi perturbatione videatur committere injustitiam. ibid. §. 4

An extrahentes mercimonij causa in magna quantitate frumentum, oleum, blada, legumina, & alia ex statu Ecclesiastico incidant in censuram Papæ reservatam? Et explanatur, quæ sit magna quantitas in prædicto casu. t. 5. tr. 1. r. 41. §. 1. & 2. p. 27

Et an si quis extraheret panem coctum, incidat in hanc censuram. ibid. §. 3

Et quid, si extrahat farinam. ibid. 4

Et an sub nomine olei, comprehendantur oleæ, ex quibus ipsum oleum conficitur. ibid. §. 5. p. 28

An in casu dubij possint Principes sine incursione censurarum Bullæ Cœnæ impedire, ne victualia extrahantur ab eorum Regnis ad Romanam Curiam. t. 5. tr. 1. ref. 42. pag. 28

Et notatur, quod in foro externo impedimentum præstatur à persona publica, præsumitur justo titulo appositum, secus à persona privata. ibid. §. 3

An Piratæ, seu Curlarij non solum discurrentes per mare Pontificium sed alia maria, incidant in censuram Bullæ Cœnæ. tom. 5. tractat. 1. resolution. 43. pagina 28

Et quid, si nullam deprædationem actu exerceant. ibidem §. 3

Et quid, si cum intentione deprædandi discurrant, si nullam deprædandi actionem exerceant. ibid. §. 4. ad medium, à vers. Ex hoc. p. 29

Et quid tamen si casu navigantem deprædantur. ibidem §. 5

Et an deprædantes Infidelium naves à Christianis assecuratas incidant in censuram Bullæ Cœnæ. ibid. à linea 10. dicti §. vers. Sed ex hoc.

An qui per donationem, vel furtum accipit bona naufragantium ab alio accepta, incidant in censuram Bullæ Cœnæ. t. 5. tr. 1. r. 44. p. 29

Et an, qui auxilium, consilium, mandatum, aut favorem præstant, vel ratum habent, ut bona naufragantium subripiantur; vel bona subrepta custodiunt, incidant in censuram dicti Canonis. ibidem §. 3. 4. & 5. pagina 30

Et an si Christiani Piratæ naufragium faciunt, excommunicentur coram bona subripientes. ibid. §. 6

Et notatur, quod qui subripit bona Christianorum, quæ in navibus Infidelium cum assecuratione illa reddendi certo loco, quomodocumque pereant, asportantur, non excommunicantur; si vero Christiani eadem obligatione Infidelium bona deferant, excommunicantur illa subtripientes. ibid. §. 7

Et aliqua alia notantur, quæ contingere possunt in supradictis naufragiis circa supradicta, & circa alios diversos casus, & naufragia. ibidem à §. 8. ad 11. inclusivè. pagina 31

An incidant in censuram Bullæ Cœnæ deferentes Infidelibus pecunias, merces, & victualia, etiam belli tempore. t. 5. tr. 1. r. 45. p. 31

Et an nuntius deferens Infidelibus literas, sciens continere revelationem secreti Reipublicæ Christianæ, incurrat censuram Bullæ Cœnæ. ibid. §. 4

Et quid est dicendum, si aliquis revelet secretum Reipublicæ Christianæ alicui fideli, qui creditur revelaturus Infidelibus, an iste incurrat censuram Bullæ Cœnæ. ibid. §. 6. p. 32

Et an vendentes arma Infidelibus in terris tamen Christianorum incidant in censuram dictæ Bullæ. ibidem §. 7

Idem est, si vendant, quos certo sciunt ea ad Infideles esse missuros. ibid. à linea 5. §. 8

Quod idem dicendum est de commutantibus arma pro armis, ut enses pro hastis, &c. ibid. in dicto §. 8

Et an deferens prohibita, quando aliter Captivi redimi non possunt, excusentur à prædicta censura, ibidem §. 9

An licitum sit deferre arma Infidelibus, si pecunia reportata sit Christianis utilior. tom. 5. tract. 1. resolut. 46. pagina 32

An deferre arma Hæreticis, & instrumenta bellica sit prohibitum ex Bulla Cœnæ? Et quid, si Hæretici sint publice denunciati. tom. 5. tract. 1. resolution. 47. pagina 32

An qui narrat Consilia, verbi gratia, Regis Catholici nostri alicui Turcarum proditori, incidat in Censuram Bullæ Cœnæ. tom. 5. tractat. 1. resolution. 48. pagina 32

Cum in Regno sit magna penuria Carnis, & in perniciem rei frumentariæ in dies plura animalia macellentur, dubitatur, an sine metu excommunicatis liceat emere à Turcis supradicta animalia, & cum illis alia victualia commutare. tom. 5. tractat. 1. resolution. 49. pagina 33

Et an commercium cum Infidelibus non intelligatur tempore necessitatis. ibid. §. 3

Et adducuntur multi Doctores pro explanatione, quando jure

jure positivo sit licitum, vel prohibitum Infidelibus mercimonia deferre. ibid. à §. 3. ad fin. Resol.
An pœnæ contra duellantes ipso facto incurrantur. t. 5. tr. 1. r. 50 p. 33
An Principes ad vitandum majora mala possint in aliquo casu absque incursione censurarum permittere Duellum. t. 5. tr. 1. r. 51. p. 34
Notabilia quædam circa materiam duelli. Et pro praxi 14. diversi casus adducuntur in textu hujus Resol. ad incurrendam, vel non incurrendam excommunicationem Duelli in eis, quos invenies in hoc Indice in verbo *Duellum*. tom. 5. tr. 1. r. 52. & in aliis ejus notationum. p g. 35
An si quis provocaret aliquem ad duellum, sese conferens postea ad præfixum locum, & præfixo tempore, ib que frustra expectato inimico discedens incidat in censuram Gregor. XIII. tom. 5. tractat. 1. resolution. 53. pagina 36
Et quid, si aliquis offensus à N. illum provocavit ad duellum certo in loco, &c. non tamen habebat animum pugnandi, & certo sciebat pugnam non sequuturam, quia amici utriusque impediissent, an in tali casu incidat in excommunicationem dictæ Bullæ. ibid. ad medium Resol. à vers. Quidam.
Et curiosissime notatur, an excommunicationem incurrat, si quis diceret: Vade quæsitum gladium, hic te expecto. Vel, Veni ad talem locum te ibi expecto. Vel si existens in navi, vel alibi dicas: Egrediamur in terram vel foras, te expecto in tali loco. Vel, Quisque nostrum abeat quæsitum ensem in tali loco mox pugnaturi; secus si offensus dicat offendenti: Distringe ensem, tecum enim pugnare volo. ibid. à linea 7. Resol.
Virum duellatores, oblato, & acceptato duello incidant in excommunicationem si pugna postea non sit sequuta. t. 5. tr. 1. r. 54. p. 37
An in aliquo casu vir Nobilis possit sine peccato acceptare duellum. tom. 5. tr. 1. resol. 55. 56. p. 37. & 38
An provocantes ad duellum teneantur è domo non exire, dum componitur pax? Et quanam voluntate debeat procuratus è domo exire. tom. 5. tract. 1. resolut. 57. pagina 38
An si conventio de pugnando facta sit in rixa, & inter conventionem, & pugnam intercedat tempus, non incurrat pœnas latas contra duellantes. tom. 5. tract. 1. resol. 58. pag. 39
Et notatur consulentem duellum non incurrere excommunicationem, si fecit, quantum potuit, revocando consilium, licet nihil profecerit. ibid. §. 4.
An si accusator offerat duellum purgativum, possit illud innocens acceptare ad tuenda bona temporalia. tom. 5. tr. 1. r. 59. p. 39
Et an ea, quæ dicuntur de acceptatione certaminis purgativi, eamdem vim habeant in certamine non purgativo. ibid. §. 3. p. 40
Et an innocens possit criminatori offerre singulare certamen, quando alia ratione non potest se, suaque tueri. ibid. §. 5
An si quis dicat alicui; cum pugnabo prima vice, qua tibi per urbem obviam ero, incidat in pœnas Duelli. t. 5. tr. 1. r. 60. p. 40
In Belgio quis aspexit duellum, nesciens esse prohibitum in Bullis Pontificiis sub pœna excommunicationis, quæ si vit à me per literas, an in illam inciderit. tom. 5. tract. 1. resol. 61. & in plurimis aliis ejus notationum. pagina 41
An spectatores duelli incidant in excommunicationem. t. 5. tr. 1. r. 62. p. 41
Et in corpore hujus Resol. declaratur, qui sunt, qui ex justa causa intersunt duello, & non peccant, neque excommunicantur, ut verbi gratia, aliquis famulus aut amicus, Chirurgus, & Sacerdos susceperus confessionem alicujus moribundi, &c. ibid.
An si quis commodat arma amico volenti duellare, incidat in excommunicationem. tom. 5. tract. 1. resol. 63. pagina 42
An sepelientes mortuum in duello sint excommunicati. t. 5. tr. 1. r. 64. p. 42
Et an sit necessaria sententia declaratoria judicis, ne supradictus mortuus in duello in Ecclesia sepeliatur. ibidem §. 4
An si in ipso conflictu duelli sit aliquis vulneratus, & in eodem die, vel alio postea moriatur, privari debeat Ecclesiastica sepultura, tanquam mortuus in excommunicationem duelli. tom. 5. tract. 1. resolution. 65. pagina 43
An, si quis in duello percussus lethaliter decidat in terra, & signa contritionis ostendat, sed ex defectu Confessarij non fecit confessionem, & mortuus est, possit sepeliri in loco sacro, vel censendum est, quod moriatur excommunicatus, & in peccato publico? Et quid, si moriatur unum, aut alterum diem post duellum. tom. 5. tr. 1. r. 66. p. 44
Et deducitur, quod si quis decedat ex facinoroso actu, si tamen in ultimo vitæ, seu puncto mortis ostendat contritionem, non debet privari Ecclesiastica sepultura. ibid. in fine §. 2
Et an pro illo, qui mortuus est in duello, (modo quo supra) cum signis contritionis, sepulto tamen extra Ecclesiam, & non in loco sacro possit quis offere Missam. ibidem §. 4
Etiamque docetur, quod excommunicato non denunciato potest applicari Missa si ostendat signa contritionis, aut mortuus est in iis. ibid. in fine Res.
An, qui à duello uno, vel altero die supervixerunt, aut etiam una hora & confessi sunt, possint in loco Sacro sepeliri. t. 5. tr. 1. r. 67. p. 44
Et an Episcopus, si æquum judicaverit, possit cum his contritis, & confessis dispensare, ut sepeliant eos, in loco sacro; vel an possint in supradicto casu sepelire eos, absque ulla Episcopi dispensatione. ibid. &c.
In Jubilæo anni Sancti 1650. Romæ in conflictu duelli quis accepit vulnus lethale, ex quo post aliquos dies mortuus est, quæsierunt tunc à me, an privandus esset Ecclesiastica sepultura. tom. 5. tractat. 1. resolution. 68. pagina 45
An excommunicatus toleratus moriens sit privandus Ecclesiastica sepultura, si publice innotuerit fuisse excommunicatum. tom. 5. tractat. 1. resolution. 69. pagina 46
An sub prohibitione *Cap. Sacris, & Clem. 1. de Sepult.* ne excommunicati sepeliantur in loco sacro excludantur excommunicati tolerati. tom. 5. tract. 1. resolution. 70. pagina 46
Et advertitur, quod non polluitur Ecclesia sepeliendo excommunicatum nisi sit ille vitandus. ibidem in fine Resolut.
Qui sunt illi, qui sepelientes excommunicatum in loco sacro incutrant excommunicationem. tom. 5. tract. 1. res. 71. pag. 46
Et an, qui excommunicatos etiam Hæreticos notorios, sed non denunciatos in loco sacro sepeliunt, incurrant excommuncationem. ibid. §. 2. &c. melius in Resol. 72. pagina 47
Et an hoc extendatur ad Hæreticorum fautores, & defensores. ibidem ante medium §. 3. dictæ Resolut. 72. pagina 47
Et an peccent, qui cum Hæreticis quibuscumque non denunciatis simul orant, vel concionem sacram, aut Missam audiunt. ibidem ad med. dicti §. 3. Vers. Ex quo.
Et notatur, quod si aliquis reperiretur mortuus in puteo, vel laqueo suspensus, non est statim privandus Ecclesiastica sepultura. ibid. §. 5. p. 48
Et aliqua alia docentur, quæ contingere possunt in supradictis casibus. ibid.

An

An Sacerdotes in domibus audientes Lectorem Legum, vel Medicinæ incidant in excommunicationem? Et quid de Regularibus. tom. 5. tractat. 1. resolution. 73. pagina 48

Et quid, si supradicti studeant Legibus Civilibus in Scholis publicis, quatenus conducunt, vel possunt conducere ad notitiam Canonum. ibid. §. 3

Et an hoc intelligatur in foro interiori, nam in foro exteriori semper præsumantur excommunicati? Et notatur, quod Diaconi, & Subdiaconi non comprehenduntur sub dicta prohibitione. ibid. §. 4. per totum.

An si mandans, vel consulens revocet mandatum, vel Concilium, incurrat adhuc excommunicationem, si delictum, hoc non obstante, commitatur? Et quid, si revocatio non innotescat mandatario? Et an teneatur restituere damna ex tali homicidio sequuta. t. 5. tr. 1. res. 74. pag. 48

Et si mandans homicidium mortuus fuerit antequam mandatarius occideret, non contrahat excommunicationem, quæ solum ligat viventes, non autem defunctos. ibid. sub finem Res. &c.

An censura lata contra facientes, comprehendat mandantes, aut consulentes. tom. 5. tr. 1. res. 75. & in aliis ejus not. pag 49

Et aliqua alia circa hoc notantur, & tandem advertitur, quod non ligatur excommunicatione, qui paratum occidere Cleticum, consuluit tantum percutere. ibid. §. 6. & in aliis ejus not.

An licitum sit vendere & depingere Agnos Dei, & retinere illos sine incursione censurarum. tom. 5. tr. 1. res. 76. pagina 50

Et an peccent laici, si absque contemptu eos tangant. ibidem §. 3

Et an dicta excommunicatio sit Pontifici reservata. ibid. in fine Res.

An furantes Reliquias prætet peccatum aliquam excommunicationem incurrant. tom. 5. tractat. 1. resolut. 77. pagina 50

Et notatur, quod Romæ extat excommunicatio, ne Reliquiæ ex Vrbe extrahantur. ibid. in fine §. 2

An alienatio Reliquiarum includatur in prohibitione Paulinæ de rebus Ecclesiæ non alienandis. tom. 5. tr. 1. res. 78. pag. 50

Et explanatur particula *Præsumpserit*, posita in dicta Extravag. Pauli II. quæ denotat temeritatem, & non comprehendit eum, qui bona fide ignoranter, aut imprudenter, seu inadvertenter facit aliquid contra dictam Extravagantem. ibid. à linea 4. §. 2. p. 51

An Superiores in contractu licito possint absque solemnitate obligare bona Ecclesiæ sub hypotheca generali, non obstante Paulina, & decreto Vrbani VIII. tom. 5. tr. 1. r. 79. p. 51

An pecuniæ ad Cambium, vel mutuo acceptæ cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis comprehendantur sub Decreto Sacræ Congregationis, & Paulinæ *Ambitiosæ*. ibidem ad medium §. 3. à Vers. Hinc. pagina 52

Et an obligando tantum fructus bonorum immobilium, & mobilia pretiosa possit Prælatus, & Capitulum Ecclesiæ, seu Monasterium absque solemnitate, quam jura ad alienationem bonorum Ecclesiasticorum requirunt, pecuniam mutuo accipere. ibid. §. 4

Et an hoc procedat, si mutuum sit acceptum absque ulla obligatione aliquid pro eo solvendi, alioquin non possit fieri, etiam si tantum fructus, & mobilia, & non immobilia, & pretiosa obligentur. ibidem §. 5. pagina 53

An bona Ecclesiastica legata, vel donata, ut possint alienari sine assensu Apostolico, & in proprios usus converti, possint, stante hoc absque dicta solemnitate alienari. t. 5. tr. 1. r. 80. p. 53

Et an quamvis permutatio bonorum Ecclesiasticorum maximè cum laicis sit prohibita, tamen permutatio cum Imperatore, & Principe patriæ est permissa absque solemnitate? Idem est cum Fundatore, sed solemnitate præmissa. ibid. §. 4. per totum.

An cogentes fœminas intrare in Monasterium educationis causa incidant in excommunicationem latam in Conc. Trid. sess. 35. c. 18. Et quid de peccato in quacumque opinione circa hoc. tom. 5. tr. 1. res. 81. & 82 pag. 54. & 55

Et an si metu reverentiali, vel importunis precibus Parentes, vel alii suadeant puellis intrare in Monasterium, incurrant excommunicationem Concilii. ibidem §. 6. dictæ Res. 81. p. 54

Et notatur non incurrere hanc censuram illum, qui filiam relinquit hæredem cum pacto, ut aliquod Monasterium ingrediatur. ibid. sub finem Res.

Et aliqua alia explanantur pro supradictis casibus. ibidem.

Et infertur filios impuberes sic à Parentibus in Religione oblatos educationis causa, non posse egredi sua voluntate ante annos pubertatis. ibid. ad lin. 10. §. 2. r. 82. à vers. Vide. p. 55

Et notatur Parentes cogentes filiam etiam puberem intrare Monasterium, non in ordine ad professionem, sed tantum ut ibi educetur, donec nuptui apta sit, non incurrit dictam excommunicationem Concilij. ibid. §. 3

An si quis insideret supra murum Monasterii Monialium incideret in censuram? Ubi plura circa Clausuram Monialium notantur. tom. 5. tractat. 1. resolution. 83. pagina 55

Et pro praxi quæritur, an si aliqua Monialis ascendat super tectum Monasterij, frangat Clausuram. ibid. §. 1. pagina 56

Et an detur parvitas materiæ in violatione Clausuræ tam respectu exitus quam ingressus, vel respectu temporis? Et quæ quantitas sit parvitas materiæ in prædictis casibus. ibid. à §. 1. ad finem, & in aliis ejus not.

Notabilia quædam circa prohibitionem colloquendi cum Monialibus.

Et pro praxi hujus Res. decem casus demonstrantur in textu hujus Res. quos etiam explanatos invenies specialiter in hoc Indice in verbis *Moniales, Regulares*. t. 5. tr. 1. r. 84. & in multis aliis ejus not. pag. 57. & de multis illis infra in Res. 87. & 88

Sed superest hæc difficultas, an nimia frequentia Monasterii Monialium absque legitima causa sit peccatum. ibid. ad lineam 4. §. 11. r. 84. p. 58

An ligentur excommunicatione accedentes ad Monasteria Monialium Regularibus subjecta, si Statutum Episcopi ferat censuras contra accedentes ad Monasteria Monialium. t. 5. tr. 1. r. 85. p. 58

Et an incurrant in prædictam censuram latam per modum Statuti contra loquentes cum Monialibus, quia colloquutio fit in loco exempto. ibid. in fine, &c.

Idem est de statuto contra ingredientes dicta Monasteria. tom. 5. tract. 1. res. 86. post medium, §. 1. à Vers. Idem de Statuto. p. 58

Et docetur, quod non potest Episcopus Moniales exemptas loquentes cum suis subditis punire. ibid. §. 2. ad medium, à Vers. Non potest. p. 59

Et an prohibitio contra colloquentes cum Monialibus afficiat, etiam si ipsa Monialis non respondeat? Et quid è contra, si quis audierit Monialem sibi loquentem, si ipse illi non respondeat. tom. 5. tract. 1. res. 87. pagina 60

Et an peccet contra prohibitionem, qui loquitur cum Moniali per interpretem? Idem est de eo, qui de domo posita prope Monasterium loquitur cum Monialibus. ibid. §. 4 per totum, &c.

Idem est de loquentibus cum Abbatissa. ibidem §. 5. pagina 61

Idem de scribentibus ad illas. ibid. §. 6 Idem

Idem de advenis, peregrinis, pueris, & puellis ante 14. annos accedentes ad colloquendum cum Monialibus. ibid. §. 8

Et quid declarante Moniali aliquem casum conscientiæ? ibid. ad lin. 15

Et an Episcopi loquentes cum Monialibus includantur in edicto ordinarii illius loci, contra colloquentibus cum Monialibus? Et quid de Canonicis Ecclesiæ Cathedralis? ibid. §. 7. per tot.

An colloquentes cum conversis Monialibus incidant in censuram latam ab Episcopo; vel si sint Regulares in pœnas Sixti V. & sacræ Congregationis? t. 5. tract. 1. res. 88. pag. 61

Et an loquentes cum Monialibus signis, aut nutibus, vel per intermediam personam, aut per scriptum peccent, & incurrant pœnas? ibid. §. 3

An qui habet licentiam indefinitam colloquendi cum Monialibus, possit sæpius cum illis loqui? Idem est de licentia ingrediendi clausuram Monialium, data licentia indefinita. t. 5. tr. 1. r. 89. p. 62

Et an quando quis habuit licentiam colloquendi cum Monialibus, & antequam ea utatur, Prælatus concedit licentiam generalem cuilibet colloquendi cum Monialibus tali die, iste possit colloqui bis in eodem die. ibid. §. 3

An Gregor. XIII. excommunicationem incurrant ingredientes Monasteria Monialium, non prætextu licentiarum, sed absque ulla prorsus licentia, etiam ad malum finem? t. 5. tr. 1. r. 90. p. 62

An ingredientes Monialium Monasteria cum licentia, si finito ministerio multo spatio ibi morentur ob malum finem, non solum peccent mortaliter, sed etiam incurrant excommunicationem latam à Greg. XIII. t. 5. tr. 1. res. 91. 92. p. 63

Et an in supradicto motu proprio, & prohibitione Concilii Trid. sess. 25. c. 5. de Regular. comprehendantur Reges, Reginæ, & Cardinales? ibidem in fine §. 3. resolut. 91

Et an Religiosi habentes privilegium absolvendi à casibus Pontifici reservatis, possint absolvere ab hac excommunicatione? ibidem à lin. 4. §. 1. & in aliis ejus notationum.

Et an infantes nondum doli capaces possint in Monasteria Monialium admitti, nec sint inclusi in prohibitione Greg. XIII. & Concil. Trid. ibid. §. 6

Et notatur, quod Confessarius potest intrare clausuram Monialium non solum quando regula confiteri præcipit, sed etiam quoties infirma dixerit se indigere sacramento Pœnitentiæ, vel Prælatus in aliquo casu electionis Abbatissæ, vel Priorissæ. ibid. §. 5

An licentia ingrediendi Monasteria Monialium debeat esse in scriptis, etiam quoad forum conscientiæ? t. 5. tr. 1. r. 93. p. 63

An cessante excommunicatione Papali, cesset etiam Episcopalis? t. 5. tr. 1. r. 94. p. 64

An Episcopi possint excommunicare Inquisitores, & è contra Inquisitores Episcopos? t. 5. tract. 1. resolut. 95. pag. 64

An contra incendiarios sit lata aliqua censura. t. 5. tract. 1. res. 96. p. 64

Et an sufficiat, ut dicta denunciatio fiat edicto generali, vel an ab Episcopo sint excommunicandi, & si postea denuncientur, tunc talis excommunicatio sit Papæ reservata? ibid. §. 2

Sed difficultas adhuc superest, an Episcopi teneantur sub aliqua pœna contra incendiarios excommunicationem ferre? ibid. §. 3

An Episcopus possit excommunicare subditum committentem delictum in Monasterio Regularium existente in sua Diœcesi? tomo quinto, tract. 1. resolut. 97. pag. 65

Et an Religiosi ubique terrarum possint à suis Superioribus ligari censuris, sive annexis statuto perpetuo, sive præcepto? ibid. in fine §. 1. vers. & ideo.

An Episcopus possit citare subditum suum existentem in aliena Diœcesi? t. 5. tr. 1. r. 98. p. 65

Et an Episcopus possit jurisdictionem contentiosam exercere extra Diœcesim, quando causæ cognitio non vertitur, & effectus confertur in suam Diœcesim? ibidem propè fin. §. 2. à vers. nempe. p. 66

Et negatur posse Episcopum sententiam excommunicationis ferre contra subditum suum, existentem tamen in alieno territorio, etiam pro delicto commisso in suo territorio. ibid. §. 7

Et quid, quando adsit privilegium, vel per consuetudinem, an possit in alieno territorio Episcopus suos subditos citare, & in eos jurisdictionem exercere? ibid. ad lin. 11. §. 12. p. 67

Et an Prælati omnes Regulares, respectu suorum subditorum Regularium, censeantur habere totum mundum pro territorio, itaut possint exercere jurisdictionem, excommunicare, & capere suos subditos in quocumque territorio sint, etiam non implorato brachio judicis sæcularis, vel Episcopi. Et an hoc locum non habeat, ubi Prælati Regulares jurisdictionem cum territorium habeant? ibidem ante medium dicti §. à vers. Et tandem.

An subditi incurrant excommunicationem latam per statutum in Diœcesi, si contra illud agant extra Diœcesim, vel intra Diœcesim in loco exempto existentes? t. 5. tr. 1. r. 99. & tribus seqq. p. 67

Sed major difficultas est, quando censura lata est per sententiam. ibid. §. 2

Et an pro delicto extra territorium commisso, si ad suam Diœcesim redeat, possit Episcopus subditum punire? ibid. in fine res. p. 68

Et an quis contrahat censuram homicidio, & stupro impositam, si existens in suo territorio occideret existentem in alieno, vel si decepit in territorio Virginem, & extraxit à territorio, & in alieno violavit? tom. 5. tr. 1. r. 100. §. 2. p. 68. & latè in r. 103. p. 70

An Episcopus per statutum possit prohibere sub censura, ne Sacerdos subditus celebret in aliena Diœcesi? t. 5. tr. 1. r. 103. in fine.

An Episcopus existens extra suam Diœcesim possit excommunicare suum subditum, si res adeo manifesta sit, ut non requirat cognitionem causæ? t. 5. tract. 1. res. 104. p. 71

An ratione delicti possit Episcopus excommunicare subditum alienum? t. 5. tr. 1. r. 105. p. 71

Et an, si Episcopus Panormitanus ferat excommunicationem contra scientes, quisnam fecerit tale furtum, & non manifestantes; si Petrus, v. g. originarius Diœcesis Montis Regalis perveniat ad civitatem Panormi, post latam hanc sententiam, & ibi acquirat domicilium, & cognoscat furem, & non manifestet, an ligabitur censura? ibid. §. 2

Ex quo infertur, quod censura lata ab Episcopo per viam sententiæ generalis, non ligat nisi subditos ratione personæ, & domicilii, non autem eos, qui subditi non sunt, etiamsi intra ejus territorium existant. ibidem §. 3

An Peregrini obligentur censuris locorum generali sententia, aut statuto decretis? t. 5. tr. 1. r. 106. p. 71

Et ideo excommunicatio lata contra eos, qui sciunt aliquod furtum, seu delictum esse commissum non ligat transeuntes, advenas, & peregrinos. ibidem in fine resolut.

An Collegium, vel Communitas possint excommunicari? Et quid, si quilibet figillatim excommunicetur, etiamsi omnes illius Collegii excommunicentur? t. 5. tract. 1. res. 107. p. 72

An pueri ſtatim poſt uſum rationis teneantur cenſuris, & pœnis? Et difficultas eſt de cenſuris latis à jure. t.5. tr.1.r.168. §.1. & 2. p.72
An impuberes incurrant excommunicationem latam, v.g. ab Epiſcopo contra non obſervantes præceptum annuæ Confeſſionis, vel Communionis in Paſchate. t.5. tr.1.r.169. p.72
An ex vi monitorii teneantur impuberes revelare. tom.5. tr.1.r.110.§.2. p.72
An excommunicatus poſſit eſſe Tabellio, & ejus acta ſint valida. t.5.tr.1.r.111. p.73
Et an prædictus Tabellio peccet mortaliter exercens munus ſuum Tabellionis, quantumcumque ab illis requiratur, ſi ſit excommunicatus non toleratus, vel ſi ſe ingerat. Tolerans vero non peccat, ſi requiratur ab aliis. ibidem §. 2
An excommunicatus poſſit eſſe teſtis, & ejus teſtimonium ſit validum. tom.5. tractat.1. reſolut. 112. pagina 73
Et quodnam peccatum committat, ſi excommunicatus ſit teſtis in judicio, vel extra illud. ibidem in fine §. 2. pagina 74
Et an ſupradicti excommunicati poſſint eſſe teſtes in cauſa matrimonij, ut etiam in cauſa hæreſis. ibidem §. 6
An excommunicatus poſſit eſſe Advocatus, ſeu Procurator. t.5.tr.1.r.113. p.74
Et an matrimonium contractum per Procuratorem excommunicatum ſit validum. ibidem in fine Reſolution.
An excommunicatus poſſit eſſe Tutor, vel Curator? Et utrum validi ſint contractus ab eis factis. tom.5. tr.1. reſ.114. p.74
An excommunicatus poſſit eſſe actor in judicio. t.5. tr.1. reſ.115. p.74
Et an ſit mortale ex objecto, ſi excommunicatus jus ſuum in judicio petat. ibid. §.2. p.75
An excommunicatus vitandus poſſit petere à ſuo debitore ſuum creditum, & is ad id teneatur. tom.5. tract.1. reſ.116. p.75
An excommunicatus poſſit in judicio reſpondere per ſcriptum, vel cogatur reſpondere per Procuratorem. t.5. tr.1. reſ.117. p.75
An excommunicatus poſſit teſtari, & ſi aliquis inſtituat aliquem excommunicatum pro hærede, teſtamentum ſit validum? Et in dicto caſu, an omnes convenientes ad teſtamentum peccent. tom.5. tract.1. reſolut.118. & 119. p.75
Et quid, ſi excommunicatio ſit propter hæreſim, aut uſuras. tom.5. tractat.1. reſolution. 119. §.7. & 8. pagina 76
Et quid propter injuriam factam Cardinali. ibid. §.9
Et infertur excommunicatum vitandum hæredem inſtitui poſſe. ibid. §.12
Et ſequitur contractum initum cum excommunicato vitando eſſe validum, non ſolum in favorem contrahentium, ſed etiam in favorem ipſius excommunicati. ibidem §.13
Et hinc fit validam eſſe venditionem, emptionem, locationem, tum ab excommunicato, tum ipſi excommunicato factam. ibid. §.14. p.77
Et quid de prædictis contractibus factis à Prælato excommunicato, Tutore, Curatore, & ſimilibus. ibidem §.15. curſim in fine.
An validi ſint contractus, qui cum excommunicato fiunt. t.5.tr.1.r.120. p.77
An non reſtituens ex opinione probabili, ſi condemnetur à judice reſtituere ſub excommunicatione, illam incurrat. t.5.tr.1.r.121. p.77
Et quid, quando opinio in favorem rei eſt probabilior. ibidem §.3
An excommunicatio contra aliquos, quorum unuſquiſque tamen minimam quantitatem furati ſunt, ſit valida? Et in tali caſu, ſi unuſquiſque non reſtituat ſuam partem, quamvis minimam, an peccet mortaliter, & ex eo incurrat in prædictam excommunicationem. tom.5. tr.1.r.122. p.78
An detur parvitas materiæ in excommunicatione Papali contra extrahentes libros à Bibliotheca communi. t.5. tr.1.r.123. p.78
Et quid, ſi aliquis extraheret extra Bibliothecam librum magni valoris per tres, vel quatuor paſſus, an excuſetur ab excommunicatione ratione parvitatis materiæ. ibidem §.2
Et an poſſit intra dictum ſpatium permanendo, illum per multum tempus legere. ibid. §.3
An quis non incidat in excommunicationem ratione parvitatis materiæ. tom.5. tractat.1. reſolution. 124. pagina 78
Si excommunicantur colloquentes cum Monialibus non comprehendatur qui tranſeundo Monialem ſalutat, vel parum cum ea loquitur, aut ſalutatus reſpondeat, & quod tempus dicatur breve, ut cum illis colloquentes non incidat in excommunicationem. ibidem à linea 2. §.1
Dubius utrum excommunicationem contraxerit, quid facere debeat, an cenſendus ſit excommunicatus. tom.5. tr.1.r.125.126. p.79
An excommunicatus aliquando poſſit recipere Sacramenta ſine peccato. tom.5. tractat.1. reſolution.127. pagina 79
An extra caſus prædictos in præterita Reſolutione, ſi non licite, ſaltem valide excommunicatus recipiat Sacramenta? Et quid ſaltem de Sacramento Pœnitentiæ. tom.5. tract.1. reſolut. 128. & in multis aliis ejus notat. pag.79
Et an ipſo jure pœnam incurrant, qui excommunicatis vitandis Sacramentum miniſtrant? ibidem §.4. pagina 80
An ſi excommunicatus negligens ſit in procuranda abſolutione excommunicatis peccet contra præceptum Eccleſiæ de audienda Miſſa, annua Confeſſione, & Communione. tom.5. tract.1. reſol. 129. & 130. pagina 80
Et an excommunicatus, qui per annum non audierit Miſſam in diebus feſtivis, ſi poſtea, obtenta abſolutione excommunicationis, confiteatur, teneatur ſe accuſare, quod peccaverit toties contra præceptum audiendi Miſſam. ibid. in fine dictæ Reſ. 129. p.80
An excommunicatus cum alio legens private Horas Canonicas, vel Officium B. Virginis, &c. peccet? Idem eſt de recitante cum excommunicato. tom.5. tract.1. reſ.131. p.81
An excommunicatus poſſit uti aqua benedicta. t.5.tr.1. reſ.132. p.81
An excommunicatus poſſit ingredi Eccleſiam? Et an poſſit ibi orare, etiam ſi alii fideles in Eccleſia privatim orent, dummodo ille ſeparatim oret? Et an poſſit ibi cum aliis audire concionem. t.5.tr.1.r.133.§.1. per totum. pag.81
Et quid eſt faciendum, ſi excommunicatus Eccleſiam ingrediatur, quo tempore celebrantur ibidem divina Officia, non quidem ut interſit illis, ſed ut tranſeat per Eccleſiam ob commoditatem itineris, etiam ſi tranſeundo genuflectat, & privata oratione oret. ibid. §.2
An qui dubitat ſe eſſe excommunicatum, poſſit audire Miſſam? Et an liceat aliis, ſimili dubio exiſtente cum eo communicare. t.5.tr.1.r.134. p.82
An excommunicatus incurrat aliquam pœnam, ſi Miſſæ, aut divinis Officiis aſſiſtat? Et an etiam aliquam pœnam incurrant admittentes excommunicatos ad divina Officia. t.5.tr.1.r.135. p.82

Quid

Quid facere debeat Sacerdos, si excommunicatus denunciatus intrat in Ecclesiam, dum Missa celebratur. t.5. tr.1.r.136. p.82
Et an sit omittenda Missa post incœptum Canon, si consecratio non sit facta. ibid. §. 2. &c.
Et notatur prohiberi, ne quis simul cum excommunicato audiat Missam eamdem. ibid. prope fin. dicti §.
Sed in dicto casu præter excommunicationem minorem poterit excusari à mortali, si careat inductione, & fiat absque contemptu, & scandalo. ibidem in fine Resolution.
An pro excommunicatis toleratis liceat publicè orare, & Sacrificia offerre. tom.5. tract.1. resolution. 137. pagina 82
Et si excommunicatus toleratus petat pro se offeri suffragia communia, an peccet. ibidem sub fin. à vers. Quod si. pag.83
An liceat offerre suffragia Ecclesiæ pro excommunicatis non toleratis, si per contritionem justificentur, ante obtentam absolutionem. tom.5. tract.1. resolut.138. pagina 83
Et an liceat applicare communia suffragia Ecclesiæ ei, cujus excommunicatio est occulta, si mortuus est in gratia. ibid. ad medium §. 4
An pro excommunicato jam per contritionem justificato liceat applicare Sacrificium Missæ ante obtentam absolutionem. tom. 5. tractat. 1. resolution. 139. pagina 83
An liceat privatas orationes, & bona opera pro excommunicatis offerre. tom.5. tractat.1. resolution.140. pagina 84
Sed difficultas est, an Sacerdos possit orare pro excommunicatis in *Memento* Missæ, etiam si sint denunciati. ibidem §.3
Et circa orationes privatas pro excommunicatis alii etiam quatuor casus notantur, & explanantur, à medio §.3. ad finem Res.
An declaratus per Cedulones incurrisse in aliquam excommunicationem, si intra terminum appellavit, possit libere cum omnibus communicare? Idem est de recusatione judicis excommunicantis. tom.5. tractat. 1. res.141. p.85
Et notatur appellationem legitimam, idest ex rationabili causa factam antequam judex ferat excommunicationem, ipso facto, ob peccatum factum impedire excommunicationis majoris incursionem. ibid. §.2
An quis legendo inscriptionem, seu titulum libri alicujus Hæretici incidat in censuram Bullæ Cœnæ? Et quid, si legit Indicem, Præludia, Operis intentionem, Epistolam ad Lectorem, & his similia? Et an in hoc detur parvitas materiæ. tom.5.tract.1.resolut.142. §.1. & 2. pagina 85
Et quid est dicendum de legentibus unam Epistolam hominis Hæretici, hæresim continentem. ibidem §.3. pagina 86
Et notatur non ligari hac censura legentem, retinentem, aut imprimentem epistolam, aut concionem, aut aliam papyrum Hæretici solutam, & non tractatus, aut formam libri concinnatam. ibid. ad medium §.3. &c.
Et, an si hæresis una, vel altera, quæ continebatur in libro penitus inveniatur abrasa, aut ea folia detracta, dicendum sit ex ejus lectione non contrahi excommunicationem. ibid. §.5. &c.
Et an ex pluribus ejusdem operis voluminibus possit legi, in quo hæresis non reperitur? Et an, si liber unius voluminis in duo redigantur, alter illorum, in quo hæresis non sit, legi possit. ibid. in dicto §.5. &c.
An ad evitandum excommunicatum sufficiat tantum, ut sit per publicam sententiam damnatus de aliquo crimine, cui certum est esse annexam excommunicationem, ut v.g. de Hæreticis, Schismaticis, Apostatis, Symoniacis, &c. vel necessarium sit, ut specialiter, & expresse denunciata sit excommunicatio. t.5. tr.1. r.143. 144. pagina 86
Et doctrina dictæ quæstionis est applicanda omnibus delictis secum ferentibus excommunicationem. ibid. in fine r.144. p.86
An nominatim denunciatum, vel publicum Clerici percussorem in uno loco, tenear vitare in alio, ubi delictum est occultum. t.5. tr.1. r.145. p.87
An quis possit resalutare excommunicatum non toleratum, vel respondere ejus Chartis. t.5.tract.1. res.146. pagina 87
An in communicatione cum excommunicato non tolerato detur parvitas materiæ. tom.5. tract.1. res.147. pag. 88
Et quid in divinis & Sacris. ibid. in principio, & prope finem §.1. &c.
Et quid, si communicet in crimine criminoso, vel in aliis casibus, in quibus fideles communicando cum excommunicatis incurrunt maiorem excommunicationem? Et notatur, quod si excommunicatus judicat, peccat mortaliter, ibid. à lin.11. §.1. & seqq. à vers. Secundo.
Et quid, si judex excommunicatus, unum tantum testem recipiat, vel quid simile. ibid.
Et quid, si aliqui legunt Officium divinum cum excommunicato. ibid. in fine §.1
Et an laici interdum cum ludæo lavari in balneo; nonnunquam excipere vel excipi in convivio, & alia hujus generis rarius effecta sint tantum peccatum veniale ob materiæ levitatem. ibid. §.3
An licitum sit communicare cum excommunicato tolerato, ac si non esset excommunicatus non solum in humanis, sed etiam in Sacramentis, & in quibuscumque aliis divinis. t.5. tr.1. r.148. p.88
An communicatio in humanis, & civilibus cum nominatim excommunicato, vel denunciato, sit peccatum mortale. t.5. tr.1. r.149. p.88
An communicans cum prædicto excommunicato nominatim, præter peccatum veniale incurrat etiam excommunicationem minorem? Et an detur casus in quo incurrat etiam excommunicationem maiorem. ibid. §.4. pagina 89
An communicare cum excommunicato non tolerato in rebus Politicis, & Civilibus sit tantum peccatum veniale. t.5.tr.1. r.150. p.89
Sed difficultas est, an extra prædictas causas in hoc versu inclusas, *Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse*, si quis communicet cum excommunicato denunciato in Civilibus peccet mortaliter. ibid. à lin.4. §.1
An liceat communicare cum excommunicato in diversa mensa? Et an prohibeatur hæc communicatio etiam in diversis mensis, facto convivio in eadem domo, & eodem tempore per modum unius? Et quid in prædicto casu, si mensæ sint in diversis cubiculis. t.5. tract.1. r.151. pag.90.
Idem est de lecto. ibid. prope fin. res.
An sponsus excommunicatus possit communicare cum sponsa? Et distinguitur inter sponsas de futuro, & de præsenti. t.5. tr.1. r.152. p.90
An uxori liceat communicare cum marito excommunicato? Et quid, quando excommunicatio est causa matrimonii; vel si conjuges essent divortio separati; vel quando vir est excommunicatus propter hæresim, &c. t.5. tr.1. r.153. §.1. per totum. p.90
Sed difficultas adhuc superest, an si mulier scienter contraheret matrimonium cum excommunicato, possit cum illo communicare. ibid. §.2
An maritus possit communicare cum uxore excommunicata. tomo quinto, tractat.1. resolution. 154. pagina 91
Idem est, si contingeret utrumque esse excommunicatum. ibid. §. Postremo.

Et si maritus neglexerit uxorem corripere de contumacia, ob quam excommunicata est, an peccet. ibid prope fin. Resol. à vers. Quod si.

An nepotes, pronepotes, nurus, gener, socer, privignus, spurius, & pupillus comprehendantur nomine filiorum, itaut possint communicare cum excommunicato? Idem est de pupillo respectu tutoris. Et consequenter nomine Patris intelliguntur avus, abavus, &c. &c. t. 5. tr. 1. r. 155. per totam.

An filii etiam emancipati, naturales, & adoptivi cum Patre excommunicato possint communicare. tom. 5. tr. 1. resol. 156. p. 92

An pater possit communicare cum filio excommunicato? Idem est de servo. tom. 5. tractat. 1. resolution. 157. pagina 92

Et docetur excommunicationem incurrere Parentes communicantes cum filia excommunicata, eo quod post professionem in Religione matrimonium duxerat. ibidem ad medium Resol.

Et quid, si censura incursa est à Patre, filio, &c. ob crimen hæresis, si instet periculum infectionis. ibid. post medium Resol.

Et infertur, quod si filius Patris Parochus sit, non licebit ei Sacramenta ministrare, nec coram eo Divina facere. ibid. in fine Resol.

An servi possint communicare cum Domino excommunicato? Sed difficultas est, quando servitus non præcessit, sed fuit posterior excommunicatione, quod idem dicendum est de famulis, aut etiam operariis. t. 5. tr. 1. r. 158 à linea 1. §. 1. & seqq. p. 92

Et an uxor, filius, servus, Sacellanus, &c. possint communicare cum marito, Patre, Domino, &c. excommunicatis etiam in Sacris, ibid. prope finem §. 3

An servi ejusdem Domini, quando unus illorum est excommunicatus, possint alii cum eo communicare? Et idem est de filiis respectu alterius filii. tom. 5. tract. 1. resol. 159. p. 93

Et an Dominus possit communicare cum servis excommunicatis. ibid. §. 2

An testes de jure privilegiati, teneantur revelare crimen, occultum sui conjuncti, si non sint alii testes propter excommunicationem latam in aliquo monitorio? Idem est de conjunctissimo amico, & de benefactore plane insigni. tom. 5. tract. 1. resolution. 160. 161. & 162. pag. 93. & 94

Et an hoc intelligatur tam in causis criminalibus, quam in Civilibus. ibid.

Et an filius spiritualis vi monitorii teneatur detegere Patrem spiritualem. ibidem ad lineam 8. §. 1. resolut. 161. pagina 94

Et quid, si casus sint pertinentes ad Tribunal S. Inquisitionis. ibid. in fine dictæ Resol. &c.

Et explanantur, qui sunt supradicti privilegiati, & docetur esse consanguineos usque ad quartum gradum. t. 5. tr. 1. r. 162. p. 94

Et an nomine consanguineorum complectatur conjux ipsa. ibid. §. 2

An non revelantes ex vi monitorii teneantur restituere damna inde sequuta, ut verbi gratia, qui tenetur denunciare furtum, non solum incurrat excommunicationem, sed etiam insuper teneatur restituere damnificato. t 5. tr. 1. r. 163. p. 95

Et an testis vocatus à judice ad testificandum, intimato præcepto, si fugiat, teneatur restituere damna inde sequuta. ibid. in fine §. 1. &c.

Et docetur Regulares teneri ad nonnulla jejunia, quæ in aliqua civitate, vel loco recepta sint generali consuetudine. ibid. in fine res. &c.

An Regulares teneantur ad jejunia ex voto emissa à populo locorum ubi habitant? tom. 4. tract. 6. resol. 41. pag. 222

Et infertur existentes in Monasterium aliquod Regularium non teneri ad jejunia proprii territorii, cujus est incola. Ibid. in fine §. 1

Et docetur de jejuniis ab Episcopo in Synodo indictis Regulares ad illa non teneri? ibid. in fine. §. 2. &c.

Et notatur Regulares existentes Mediolani in primis quatuor diebus Quadragesimæ teneri ad jejunium, si moriantur in suis Monasteriis; secus autem si existant in domibus sæcularibus, quia unusquisque potest se transferre à sua Parrochia, ubi jejunatur, ad Parrochiam ubi non servatur jejunium, & ibi non jejunare. ibid. §. &c.

Imo additur Regulares postea in diebus Rogationum existentes in suis Monasteriis non teneri ad jejunium, ad quod tenerentur in illis diebus cæteri Mediolanenses; secuti, v. g. Cremonensis existens Mediolani in primis Quatuor diebus Quadragesimæ, & comedens carnes, postea existens Cremonæ in diebus Rogationum non teneretur in illis jejunare. ibidem, ad medium dicti §. 3. &c.

An qui descendit mane ex loco perventurus ad locum, ubi non jejunatur, possit sumere jentaculum, & comedere in illo loco, ubi jejunium non servatur? Imo quamvis nocte sit perventurus ad ipsummet oppidum, à quo mane exivit, & ubi jejunium servabatur? tom. 4. tr. 6. res. 42. p. 222

An proficiscens à Civitate, ubi non servatur jejunium, & accedens meridie ad locum domicilii, ubi servatur, teneatur servare jejunium, si nondum violatum est? tom. 4. tr. 6. res. 43. p. 223

An aliquis, ut fugiat obligationem præcepti, possit transire ad alium locum propinquum, ut non jejunet, si jejunatur in suo? tom. 4. tr. 6. res. 44. & in multis aliis ejus not. p. 223

An quis teneatur ad jejunia sui oppidi, dum absens est? Et aliqua alia circa hoc, & circa peregrinos, & vagos inferuntur in textu hujus Resolutionis. tom. 4. tr. 6. res. 45. p. 223

An peregrini, quorum præsentia solum est in transitu per duos, vel tres dies, teneantur ad jejunia illius loci? t. 4. tr. 6. res. 46. p. 223

Et an Episcopi possint punire ejusmodi peregrinos jejunia, & alias consuetudines loci non observantes? ibid. in fine §. 1. &c.

Et an idem dicendum sit Viatoribus, advenis, & vagis? ibid. §. 8. p. 224

An peregrinus possit uti Indulgentia sui territorii, si in loco, ubi moratur, servatur jus commune? Et pro intelligentia hujus quæstionis aliqua adducuntur in exemplum hujus difficultatis. tom. 4. tr. 6. resol. 47. pag. 224

An Germanus iter faciens per Italiam possit in diebus Quadragesimæ comedere ova, & lacticinia? Et an Castellanus peccaret, si transiens per Galliam, & Lusitaniam animalium intestinis in die Sabbathi comederet? Et quid econtra? t. 4. tr. 6. r. 48. p. 224

Et quid de Civibus Mediolanensibus, qui Romæ quatuor primis diebus Quadragesimæ carnes comederent? Et quid econtra? ibid. post medium §. 4. p. 225

An in Quadragesima licitum sit sine Bulla Cruciatæ edere, ut vulgo dicitur, *un biscotto*? tom. 4. tract. 6. res. 49. pag. 225

An jejunium indictum à Confessario, vel aliquo Jubilæo frangatur cum esu ovorum, & lacticiniorum? tom. 4. tr. 6. res. 50. p. 225

In quibus jejuniis prohibeantur lacticinia? tom. 4. tr. 6. r. 51. p. 226

Sed difficultas est, an in diebus jejuniorum extra Quadragesimam prohibeantur saltem ex consuetudine? ibid. §. 2. & in multis aliis ejus not.

Et si sit dubium, an talis consuetudo obliget ad mortale, necne, dicendum sit non obligare? ibid. §. 3. & in multis aliis ejus not.

An ova, & lacticinia sint prohibita in jejunio Quadragesimali de jure positivo sub peccato mortali? Et si non ex jure, saltem ex consuetudine? tom. 4. tract. 6. res. 52. pag. 226

Et an ova, & lacticinia sint prohibita in jejuniis extra Quadragesimam, & in diebus Veneris, & Sabbathi de jure communi? ibid. §. 3. &c.

Et an sit peccatum mortale comedere ova, & lacticinia in diebus Dominicis Quadragesimæ? ibidem §. 6. p. 227

Et docetur, quod Confessarii non debent scrupulos injicere pœnitentibus tempore Quadragesimæ comedentibus cum Bulla Cruciatæ; ova, quæ intra gallinas inveniuntur. ibid. §. 4

An ova, & lacticinia sint probita sub mortali in jejunio Quadragesimali, nisi consuetudo in aliqua Provincia esset in contrarium? t. 4. tr. 6. res. 53. p. 227

Et an Religiosi virtute Cruciatæ possint comedere ova, & lacticinia in diebus Dominicis Quadragesimæ? ibidem post medium §. 5. &c.

Et an sit consuetudo in Religionibus non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima, ita ut obliget ad peccatum mortale? ibid. in fine §. 6. p. 228

Et notatur, quod Leo X. in Bulla incipiente *Religionis Zelus*, concedit Religiosis S. Iacobi de Spata, & Veles, & S. Marci Legionensis, & eorum familiaribus, & servientibus comedere in Quadragesima, & aliis diebus anni, de jure, consuetudine, aut juxta sua statuta, & instituta, aut alias quomodolibet prohibitis, butyrum, ova, & lacticinia, & de consilio utriusque Medici carnes, quo ptivilegio communicant aliæ Religiones, &c. & servatur ista Bulla in Conventu de Veles. ibid. §. 7

Et an privilegium perdatur per non usum? ibid. in dicto §. 7. &c.

Si quis ex voto teneatur jejunare, an absque Bulla in Quadragesima, vel intra annum comedens ova, & lacticinia, ubi ex consuetudine non comeduntur, peccet contra votum? Idem est de jejunio ex pœnitentia à Confessario imposita, & de jejunio Iubilæi. tom. 4. tr. 6. r. 55. p. 229

Et alii quinque casus adducuntur in §. ult. hujus res. pro obligatione voti in eis, signanter pro voto jejunandi, sed de illis jam alibi magis late in suis specialibus locis sunt discussi. An promittens jejunare in Quadragesima, dubius autem an intenderit abstinere à lacticiniis,

niis, non sit damnandus tanquam reus voti, si illis absque Bulla vescatur, licet peccaret in præceptum Ecclesiæ interdicentis ex tempore lacticiniorum usum? tomo 4. tractatu 6. resolut. 56. §. ultim. & in res. 57. pag. 230

Quidam Religiosus in hoc Regno Siciliæ comedit lacticinia in quadam Vigilia, quæsivit à me, an peccaverit mortaliter? Et discutitur, an sit consuetudo dictis diebus abstinere à lacticiniis? tom. 4. tract. 6. resol. 58. pag. 230

An Religiosi, & Clerici teneantur servare consuetudinem laïcorum in jejuniis, vel econtra? ibid. propè finem, §. 2. &c.

Et an iter agentes possint sine Bulla lacticinia edere, quando non inveniuntur in itinere pisces, vel non possint commode habere aliud, quod manducent? Et an licet itinerantes inveniant panem, & pomorum fructus, & olera, non teneantur jejunare? ibid. §. 4. pag. 231

An si in aliqua Provincia extaret consuetudo universalis obligatoria abstinendi ab ovis, & lacticiniis in jejuniis extra Quadragesimam, teneantur illam Regulares observare? t. 4. tr. 6. res. 59. p. 231

Et docetur consuetudinem alicujus loci non obligare Regulares ad jejunia. Et an Consuetudo laïcorum in jejunio obliget Ecclesiasticos? ibid. §. 2. & in multis aliis ejus notationum.

An personæ Religiosæ obligentur legibus Synodalibus ad totum Episcopatum se extendentibus? Ex quo deducitur, quo Regulares non tenentur ad jejunia Provinciæ, quando obligant ex generali consuetudine Provinciæ, etiam si consuetudo confirmata sit, in Synodo Provinciali. Etiamque infertur, quod tota Provincia non potest condere leges obligantes Regulares. ibid. §. 3. per totum, &c.

An Regularis vovens jejunare, satisfaciat, si jejunet secundum morem Monasticum, vel teneatur jejunare secundum morem Ecclesiasticum? tom. 4. tr. 6. res. 60. §. 1. p. 232

Et jejunium indictum à Confessario, nisi is contrarium explicet, an semper sit Monasticum quoad Regulares, secus autem quoad sæculares? ibid. §. 2

An qui vovit jejunare die Sabbathi, vel Feria 6. teneatur ad id votum, si dies Nativitatis Domini venerit in his diebus. t. 4. tr. 6. r. 61. p. 232

Et notatur eum, qui vovit non comedere ova in Feria 6. vel Sabbathi die, posse comedere carnes in die Nativitatis Domini, si in eis acciderit celebrari? ibid. in fine resol.

An Religiosus, vel quivis alius, qui tenebatur jejunare, v. g. Feria 6. in qua occurrit Vigilia alterius Sancti, si non jejunet, peccet dupliciter? tom. 4. tractat. 6. res. 62. p. 233

Et infertur, quod Religiosus Franciscanus, si non jejunet in Feria 6. etiam si sit Vigilia, tantum unum peccatum committit, & idem dicendum est de aliis casibus. ibid. §. 2. signanter in fine, &c.

Et quid, si Prælatus in virtute S. obedientiæ præcepit Religioso, v. g. jejunium in Vigilia alicujus Sancti, vel alterius jejunii, an transgressio illa sit duplex peccatum? ibid. post medium §. 2. vers. Secus.

An si quis violet duo jejunia ab Ecclesia indicta in unum diem incidentia, peccet dupliciter? Et an saltem talis transgressio præceptorum sit circunstantia in confessione aperienda? tom. 4. tr. 6. r. 63. §. 1. 2. & 3. & in aliis eorum notationum. p. 234

Et an Religiosi D. Francisci teneantur ad Regulæ jejunia, si annum 21. etiam non expleverint? ibidem. §. 4. &c.

Et an dictæ Minoretæ ante 21. annum teneantur jejunare Vigilias, & Quatuor tempora Ecclesiæ, & Sanctorum? ibid. §. 5

Ex quo infertur etiam teneri ad jejunia Iubilæi adolescentes, qui nondum 21. annum attigerunt, alias Iubilæum non obtinebunt. ibid. §. 6

An Regulares sexagenarii teneantur ad jejunium Regulæ? Et quid si non attigerint annum 21? t. 4. tr. 6. r. 64. & in aliis ejus not. p. 274

An qui fecit votum de jejunando tali die in pane, & aqua, toties peccabit mortaliter, quoties biberit vinum? Et quid, si promisit se in illa die nihil manducaturum nisi panem, aquam, an tunc quoties biberit vinum peccet mortaliter? tomo 4. tractatu 6. resolutione 65. pag. 235

Et an ita vovens frangat jejunium, si cerevisiam bibat? ibid. in fine.

An si quis, cum teneatur jejunare in pane, & aqua, non possit nisi sumendo parum vini, aut obsonii, sit adstrictus tali jejunio? t. 4. tr. 6. res. 66. p. 235

An parvulis ante expletum septennium liceat ministrare carnes in die jejunii? Et quid de pueris ante septennium. Ubi adest consuetudo in contrarium? Et quid, si ante septennium doli capaces sint? tom. 4. tract. 6. res. 67. §. 1. & 2. & in aliis eorum notationum.

Et an fas erit ministrare carnes Paganis in diebus jejuniorum? ibid. §. 3. &c.

An tempore pestis possit Episcopus dispensare, ut in sua Civitate comedantur carnes in Quadragesima? tom. 4. tr. 6. r. 69. p. 238

Et notatur, quod dispensatio in jejunio, facta ab Episcopo, vel alio Prælato inferiori Papa sine justa causa, non solum est illicita, sed invalida; ideo peccat mortaliter Episcopus, aut Prælatus ex defectu potestatis dispensandi. ibid. §. 3

Et an Episcopus possit abrogare legem localem jejunii latam in Concilio Provinciali? Et an saltem possit in eam dispensare? ibid. §. 4

Et an possit Episcopus abrogare legem jejunii latam in Synodo Diœcesana, & à fortiori cum aliquibus dispensare etiam valide, non autem licite, quamvis id faciat sine causa? ibid. §. 5

An qui cum privilegio, vel licentia Medici potest in diebus jejuniorum comedere ova, & lacticinia, possit comedere sanguinem, & quod vulgo dicitur *Sanguinazzi*, seu, *Vitoldo*, Hispane *mondongo*? tom. 4. tr. 6. res. 70. p. 238

Et an qui habet privilegium comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima, possit comedere sagiminem? ibid. in fine §. 2. p. 239

Et an qui vovit pro qualibet die non comedere carnes, aut ova toties peccet, quoties comedit? ibidem. §. 3. &c.

Et an excusentur à jejunio textores Vittæ sericæ, & sartores etiam conficientes calceos ex materia molli? ibid. §. 4. &c.

An defectus vini nullo modo excuset à jejunio, seu tribuat causam sufficientem faciendi plures comestiones? Idem est de cerevisia, aut alia potione loco vini. ibid. §. 5. &c.

Et notatur Pontificem dispensando cum aliquo in jejunio sine causa non peccare neque venialiter. ibid. §. 6. & in aliis ejus not.

An qui ex licentia comedit carnes in die jejunii, possit comedere lardum aut alias carnes nocivas? Et quid, si tota refectio ex illo carnis genere fiat? tom. 4. tract. 6. res. 71. p. 239

An dispensatus, ut possit comedere carnes, & lacticinia, possit simul edere pisces? tom. 4. tract. 6. r. 72. pag. 240

An quando causa fuerit dubia circa comestionem carnium in jejunio, opus sit dispensatione, si ageretur de nocumento notabili? t. 4. tr. 6. r. 73. & in aliis ejus not. p. 240

Et docetur Prælatos, & Superiores, quando subditi proponunt

proponunt causam dubiam ad obtinendam dispensationem non debere esse nimis scrupulosos, aut ambiguos, remittentes id conscientiæ subditi petentis, cum potius ad illos spectet tunc dispensare causam dubiam per dispensationem faciendi illam justam. tomo 4. tract. 6. resolut. 74. §. 4. ad lin. 4. pag. 241. & in res. 3. §. 1. à lin. 2

An dispensatus in esu carnium, censeatur dispensatus ad non jejunandum? t. 4. tr. 6. resolut. 75. & in aliis ejus not. pag 241

An, qui habet facultatem edendi carnes, si illas non edat, teneatur jejunare? t. 4. tr. 6. res. 76. 77. & in aliis earum not. p. 241

Et docetur, quod Quartarii excusantur à jejunio. ibid. in fine res. 76. p 241

Et an dispensatus ad edendas carnes possit simul comedere pisces, si ab Episcopo fuerit prohibitum sub pœna excommunicationis? ibid. §. quarto, resolut. 77. pag. 242

Et notatur, quod qui frangit jejunium comedendo carnes, non duo, sed unum peccatum committit, ideo non est necessarium explicare circunstantiam modi, quo jejunium violatum sit. ibid. §. 6

Etiamque advertitur, quod qui in die jejunii comedit carnes, & lacticinia, vel ova simul, unum tantum peccatum committit, non distincta; & qui vovit aliquo die jejunare, non toties peccat, quoties in illa die carnes comedit. ibid. ad med. dicti §. 6

Medicus concedit Titio licentiam comedendi carnes in diebus Quadragesimæ, quæritur, an possit illas comedere in diebus Quatuor Temporum, quæ semper accidunt in secunda hebdomada ipsius Quadragesimæ? Et an saltem liceat comedere ova, & lacticinia in prædictis diebus, stante supradicta licentia? t. 4. tract. 6. res. 78. p. 243

Et infertur habentes licentiam à Medico, ut infrà annum in die Veneris, & Sabbathi, comedendi carnes, posse illas comedere in diebus Quatuor Temporum extra Quadragesimam occurrentium, etiamsi in licentia Medici obtenta hoc non explicetur. ibid. §. 2. ad med. à vers. & ideo.

Et an si quis habeat manifestas vires, & salutem, & ob aliquam infirmitatem edit carnes in die jejunii, si in aliqua die non comedat carnes, teneatur ad jejunandum? Et quid, si haberet facultatem edendi carnes, ratione debilitatis, & infirmitatis? ibid. §. 3

Et an Medicus dubius, si cibi Quadragesimales afferant grave damnum petenti, possit concedere licentiam, ut comedat carnes in diebus jejuniorum? ibidem in fine dicti §. tertii.

An si quis in diebus jejunii carnem comederet in magna quantitate ex oblivione, vel inadvertentia, teneatur in illa jejunare reliquo tempore? tom. 4. tract. 6. resol. 79. p. 243

An in die jejunii parvitas materiæ excuset in esu carnium? t. 4. tr. 6. r. 80. p. 243

Et quænam quantitas materiæ excusat in comestione carnium in diebus jejunii? tom. 4. tract. 6. resolut. 81. §. 4. pag. 244

Et quid, si in singulis diebus Quadragesimæ eam carnis particulam nimiam quis ederet, & quamvis à principio Quadragesimæ haberet voluntatem expressam singulis diebus Quadragesimæ id efficiendi? ibidem in fine §. primi.

Et an, qui serviunt infirmis, possint aliquid comedere in die jejunii etiam ex carnibus ad excitandum appetitum infirmorum? ibid. §. 5

An qui vovit certa die jejunare, toties peccet mortaliter, quoties carnes comedit? Et quid de pœnitentia à Confessario imposita? tom. 4. tractat. 6. resolut. 82. §. 2. & 83. & in aliis earum notationum. pag. 244. & 245

Et quid est dicendum, si expresse promitteret in die unicam comestionem, an tunc peccet toties, quoties præter unam comestionem comederet carnes? ibid. propè fin. §. 4. r. 82. p. 245

Et explanatur differentia inter jejunium ex præcepto Ecclesiæ, & ex vi voti, si in illis aliquis comedat carnes. ibid. in fine res.

Et an in die jejunii pluries comedendo pisces, vel lacticinia non peccet toties mortaliter, sed in secunda comestione. ibid. à lin. 2. §. 1

Et an toties peccet mortaliter, quoties aliquis in die jejunii lacticinia comedit? tom. 4. tr. 6. res. 84. ad lin. 6. §. 1. pag. 246

Et an duplici labe inquinetur Sacerdos, qui edens carnes, & ova in die Quadragesimali, quod idem dicendum est de laico sine Bulla Cruciatæ? Et an teneatur confiteri, quoties se applicaverit esui carnium in die, & quoties comestioni ovorum? ibidem ad medium §. primi.

Et advertitur, quod qui comedit lacticinia in Quadragesima, sine Bulla, & sine causa, unum peccatum tantum facit. ibid. in fine res.

An si aliquis per unicum tantum diem non haberet nisi panem, possit in tali die comedere carnes? t. 4. tr. 6. res. 85. pag. 246

Et quid de ovis, & lacticiniis; an itinerantes, pauperes, & agricolæ, qui ex una parte non habent pisces, nec piscatum; nec ex alia possunt ex aliis cibis, herbis, & fructibus conficere prandium sufficiens ad suam commodam sustentationem, licitum sit illis in diebus vetitis uti ovis, & lacticiniis? ibid. à medio §. secundi, & seq.

Et quid, si cum pane habeant herbas, legumina, olera, & fructus, an sit sufficiens alimentum, itaut non possint uti ovis, & lacticiniis in diebus prohibitis? ibidem.

Et an ne potus noceat, possit in die jejunii aliquid sumi? Et an dimidia uncia sit quantitas necessaria, & sufficiens ne potus noceat? ibid. §. 4. p. 247

Difficultas est, quænam sit congruens refectio in die jejunii? tomo quarto, tractat. 6. resolut. 86. à lin. 2. §. 1. pag. 247

Et an habentes panem, fructus, & olera teneantur jejunare? ibid. §. 3

Et quid, si cum pane, & fructibus habeat quis ova, & lacticinia, possintne illa comedere sine Bulla, etiam in Quadragesima, & etiam Clerici, & Regulares, & ut sic cum pane, fructibus, & lacticiniis teneantur jejunare? ibid. §. 4. & 5

Et an in die jejunii per unicum diem non habens nisi panem & carnes ad vescendum, si illas in tali casu comedat, teneatur talis servare jejunium? ibidem §. 6. pag. 248

An in jejunio secundo comedens, toties peccet postea, quoties eodem die comedit? tom. 4. tract. 6. resolut. 87. pag. 248

An qui in die jejunii tertia, vel quarta vice comedit, peccet saltem venialiter, præter peccatum mortale, quod commisit secunda vice? tom. 4. tract. 6. resolut. 88. pag. 248

An qui in die jejunii sæpius modicum quid comedit, itaut si illæ parvæ comestiones coalescant in unum, & efficiant quantitatem notabilem, frangat jejunium, & peccet mortaliter? t. 4. tr. 6. r. 89. p. 249

An in fractione jejunii detur parvitas materiæ? Et quænam parvitas materiæ excusat à fractione jejunii? t. 4. tr. 6. r 90. p. 249

An in Hispania potio dicta *Chocolate*, frangat jejunium? t. 4. tr. 6. r. 91. p. 249

Et quid de cerevisia crassa, multaque substantiosa, & vino ex aromatibus condito, aut quod alioquin valde copiosè alat, &c. ibid. §. 3

An si quis in diebus jejunii sumeret duas uncias potionis vulgò dictæ *Chocolate*, frangeret jejunium? t.4. tract.6. res.92. pag.250

An opinio asserens *Chocolatam*, non frangere jejunium sit probabilis? Et notatur, quod stando in sententia rigorosa si quis sumeret duas uncias *Chocolatæ*, non frangeret jejunium ratione parvitatis materiæ. tom.4. tr.6. r.93. per tot. latè. p.251

An si, v. g. in aliqua Vigilia quis sumeret multas formulas consecratas excedentes parvitatem materiæ, vel consecraret panem, & illum comederet, frangeret jejunium? t.4.tr.6. r.94. p.252

An licitum sit in diebus jejuniorum sumere non solum pharmaca, & lectuaria curativa, sed etiam præservativa? t.4. tr.6. r.95. p.253

Et an liceat in die jejunii sumere electuaria ex sacharo condita ob solam delectationem? ibid. in fine §.2

Ex quibus infertur posse Cantores, seu Musicos insignes in diebus jejunii aliquid cibi primo mane sumere ad conservandam vocem? Et an hoc etiam liceat Religiosis canentibus in choro, an inquam, possint in die jejunii ad conservandam vocem aliquid cibi sumere? Et quid si supradicti Religiosi sint insignes Musici? ibid. §.3. per tot.

Idem est de quocumque alio ad sublevandam debilitatem stomachi, & capitis. ibidem ad medium §.2. à vers. Vnde.

An si quis in die jejunii post prandium sumat in notabili quantitate vuas recentes, frangat jejunium, si eas quis sumat ad sedandam sitim? Et quid de malis massilicis, vulgò *Limoni*, vel de malis Medicis vulgò *Aranci*, & de cæteris similibus fructibus, poterunt ne adhiberi ad sedandam sitim in die jejunii, quoties libuerit? t.4. tr.6. r.96. p.254

Et an frangat jejunium, si quis ad sedandam sitim sumat poma, pyra vuam, & similia, & dentibus conterendo deglutiat succum dentibus expressum, rejecta substantia ab ore? ibid. §.4

Et an quantitas duarum unciarum sit parvitas materiæ excusans à jejunii fractione? ibid. §. ult. p.255

Ex quo infertur posse jejunantem sine gravi culpa, imo etiam sine veniali culpa, primo mane comedere duas uncias cibi, & biberè ad tolerandum facilius jejunium, & postea circa meridiem prandere & ad Vesperas sumere refectiunculam. ibid. ad lin.7. dicti §.

Etiamque deducitur, quod non frangeret jejunium in serotina refectiuncula, qui præfixam quantitatem unciarum octo per unam vel duas uncias excederet. ibid. ad medium dicti §. à vers. Infertur.

Et cursim docetur in diebus jejunii comedentem circiter unciam carnis non peccare mortaliter. ibidem in fine dicti §. & res.

An qui ne inurbanus videatur sumendo modicum cibi ab amico rogatus, peccet saltem venialiter? t.4. tr.6. res.99. p.257

An in die jejunii bibere vinum ad sustentationem, & famem sedandam sit illicitum? Et præsertim ante prandium an violet jejunium? tom.4. tract.6. resol.100. pagina 257

An licitum sit sequi unum horologium quoad jejunium Ecclesiasticum, & alterum quoad jejunium naturale; & hoc intelligitur in ipsamet media nocte? t.4. tr.6. res.101. pag.257

An si quis ante prandium per quartam partem horæ sumeret cibum, frangeret jejunium? tom.4. tractat.6. res.102. p.259

Et an in die jejunii possit quis parum cibi sumere casu, quo prandium sit valde dilatandum? ibid. §.2

Et an inservientes mensis sæcularium possint jejuniorum diebus aliquid cibi sumere, antequam serviant, & postea comedere? ibidem in dicto §. ad vers. Secundum.

Idem est de Religiosis inservientibus mensæ. ibidem ad vers. Tertium.

Et an Religiosi legantes ad mensam possint ante lectionem aliquid comedere? ibid. ad vers. Quarto.

Et an hujusmodi servientes, & legentes possint diebus jejunii ante servitium, & lectionem non solum in modica quantitate cibum sumere, sed etiam in magna? ibid. ad vers. Sed difficultas.

An in anticipatione comestionis in die jejunii detur parvitas materiæ? Idem est, si comestio postponitur; & pro utroque casu assignatur hora. tom.4. tract.6. res.103. p.259

An qui in diebus jejunii notabiliter anticipat horam comedendi, peccet mortaliter? Et quantum possit absque dicto peccato mortali præveniri dicta hora comedendi, demonstratur. t.4. tr.6. r.104. p.259

Et an Religiosi, qui habent privilegium anticipandi prandium per horam, possint per horam cum dimidia prandium ante meridiem prævenire? ibid. in fine resolutionis. p.260

Vtrum, qui ob justam causam comederit hora octava, aut nona ob iter agendum, v.g. aut hospitibus inserviendum, teneatur illo die ad jejunandum? t.4. tr.6. res.105. p.260

Et an, qui putat se iter facturum, vel laboraturum; & ideo inculpatè summo mane comedit animo non jejunandi, & tamen postea causa aliqua impeditus est, ne iter ageret, an in tali casu teneatur jejunare? ibid. propè fin. res. à vers. Vnde.

An qui è medio prandi surgit ad aliquid occurrens, possit postea redire ad continuandum prandium? Et quid si longa mora intercesserit, quamvis spatium duarum horarum intercurrerit, dummodo à principio surgat animo postea continuandi. t.4. tract.6. res.106. & 107. pag.260

Et si quis surrexit à mensa animo non redeundi, si fortè prandium adhuc duraret, possit iterum, mutata intentione, ad convivias redire, à quibus recesserit? ibid. §.2. res.106. p.260

An famuli inservientes Dominis frangant jejunium comedentes gulosè fragmenta ciborum? tom.4. tract.6. res.108. p.261

An in die jejunii licitum sit collationem serotinam mane sumere, & nocturno tempore cœnam capere? tom.4. tr.6. r.109. p.261

Et notatur, quod mutatio talis refectiunculæ, si efficiatur ex justa causa, ut verbi gratia, propter studium, propter aliqua negotia agenda in die, propter iter, propter lectionem perlegendam, vel sermonem faciendum, propter Vigilias nocturnas, & quid simile, non erit neque peccatum veniale. ibidem §. tertio.

An qui sine cœna accepta dormire non valet, teneatur mane collationem sumere, cœnam ad noctem differendo? Vel an in tali casu quis non teneatur jejunare? tomo quarto, tractat. 6. resolutione 110. pagina 262

In vigilia Resurrectionis, & Pentecostes an collatio serotina possit fieri in majori quantitate? t.4.tr.6. r.111. §.2. & seq. p.262

Et docetur in Vigilia Nativitatis Domini collationem serotinam posse fieri in quantitate sexdecim unciarum. ibidem §. primo, & in multis aliis ejus notationum.

Et quid, si jejunium Jubilæi cadat in prædicta Vigilia Nativitatis Domini an fas erit duplo, aut triplo majorem ex bellariis refectiunculam sumere? ibid. ante medium §.3

Et an in præfata Vigilia Nativitatis Domini ex fructibus, sive conservis possit collatio serotina sumi sine mensura, & usque ad satietatem; idque in casu, quod etiam Vigilia incidat in Sabbatho, & dies Nativitatis Domini

Domini in feria secunda ? Et an hæc consuetudo vigeat in Hispania inter Religiosos ? ibid. ante medium §. 1. à vers. ait, usque in fin. §.

An in Vigilia Nativitatis Domini, si quis vellet sumere collationem serotinam mane, possit illam sumere in quantitate, qua licitum est illam sumere sero ? t. 4. tr. 6. res. 112. §. 3. & seq. p. 263

An collatio serotina in Vigilia Nativitatis Domini sit sumenda in magna quantitate ratione consuetudinis ? tom. 4. tract. 6. res. 113. & in multis aliis ejus notationum. pag. 263

Et notatur Curiales Romanos non frangere jejunium facientes collationem, ut vulgò dicitur grossam secundum consuetudinem Romanæ Curiæ ? ibidem §. sexto.

An si quis, v. g. emisit votum jejunandi singulis sextis Feriis, & in illis aliquando incidat Vigilia Nativitatis Domini, possit in collatione serotina sumere quantitatem pinguiorem ? tomo quarto, tract. 6. res. 114. §. 3. pag. 264

Et infertur, quod Religiosus Franciscanus, qui ex voto tenetur jejunare à Festo omnium Sanctorum usque ad Nativitatem Domini, non potest refectionem vespertinam pinguem sumere in Vigilia Nativitatis ejusdem. ibid. in fine dicti §. 3

An habentes Bullam Cruciatæ possint in collatione Vespertina jejunii sumere aliquid casei, vel lactis, vulgò dicto *Cascavallo*, seu *Tomazzo* ? tom. 4. tract. 6. res. 115. pag. 264

Et an qui potest vesci carnibus in die jejunii, & propter devotionem vult aliquo die vesci lacticiniis, & ovis teneatur jejunare ? ibid. in fine.

De quantitate, & qualitate collationis serotinæ. tom. 4. tractat. 6. resolut. 116. ubi latè, & plura, & in aliis multis ejus not. p. 265

Et quid est dicendum de collatione largiori Nobilium ob adeptam consuetudinem ? ibidem in fine resolutionis. pag. 266

An in collatione serotina jejuniorum sit potius attendenda quantitas, quam qualitas cibi, itaut in illa possint sumi pisces, legumina, & omne genus jusculorum, &c. t. 4. tr. 6. r. 117. p. 266

Et inter multa, quæ in textu hujus resolutionis admittuntur pro materia collationis serotinæ, in die jejunii, & multa alia vetantur, tandem docetur, quod licitum est omnino sumere totam quantitatem panis, quæ est licita, & ipsam vino imbibere, quamvis ex hoc crescat in pondere : ergo, & alio quocumque liquore. ibid. ad lin. 11. §. 4. p. 267

An in collatione serotina licitum sit sumere ova, & alia lacticinia, quando licitè in illis diebus possint comedi. t. 4. tr. 6. r. 118. p. 268

Et an in diebus, in quibus prohibentur ova, & lacticinia, possit quis comedere panem *biscottum*, in quacumque magna quantitate ? Et an saltem in collatione serotina non sit damnandus, qui comederet unum *biscottum* ? ibid. §. 3. p. 269

Et an capite, seu stomacho debiles possint in collatione serotina uti ovis ? ibid. in fine dicti §.

An in collatione serotina licitum sit sumere, v. g. duo ova ; & quoad quantitatem an quis possit sumere quartam partem comestionis ? tom. 4. tractat. 6. resolut. 119. pag. 269

Et an in piscibus, caseo, lacte, cremore amygdalino, & triticeo, id est, *Almendra*, *y Almidon*, possit fieri supradicta collatio serotina ? ibidem §. secundo, per totum, & in aliis ejus notationum, & in resolut. 120. pagina 269

An jusculum ex pane cocto, vel pane cum amygdalis in collatione serotina adhibere possit, etiamsi sumatur in ea quantitate, quæ separatim sumi possit ? Et quid de aliis jusculis ? tom. 4. tract. 6. resol. 121. 122. pag. 270. & 271

An in collatione serotina jejuniorum quantitas licita possit sumi in solo pane ? tom. 4. tract. 6. resolut. 123. pagina 271

An licitum sit in collatione serotina sumere legumina cocta in quantitate licita, v. g. unciarum octo ? t. 4. tr. 6. r. 124. p. 272

An licitum sit eum, qui paratus est cœnare, invitare causa urbanitatis ad cœnandum in die jejunii ? tom. 4. tr. 6. r. 125. p. 272

Et infertur vendentes in diebus jejunii cibos prohibitos an peccent ? ibid. §. 4

Et an servus, & ancilla, qui condiunt, & porrigunt cibos, & mensam sternunt heris in diebus jejunii, mensæque ministrant, culpæ participes efficiantur ? ibid. in fine resolut.

An caupones, seu tabernarii proponentes cœnam in die jejunii omnibus indifferenter peccent mortaliter ? t. 4. tr. 6. r. 127. p. 274

Sed difficultas est, quando dubitant, vel credunt alterum à jejunio non excusari. ibid. §. 2

* Vide *Consecratio Episcopalis*.

Iejunus.

Non jejuni Sacerdotes in tribus præcipuè casibus possunt consecrare, & sumere Eucharistiam. t. 2. tract. 1. r. 130. §. 3. p. 77

Jejuni an debeant esse Episcopi consecratores Episcopi, & consecrandus ? t. 4. tr. 8. r. 39. §. 1. & 2. p. 340

Si jejunum non esse recordatur Sacerdos accedens ad altare antequam inchoet Missam, quid facere debeat ? t. 1. tr. 3. r. 162. §. 1. p. 199

Si jejunum non se esse Sacerdos advertit ante consecrationem, an possit pergere in sacrificio ? t. 2. tr. 1. r. 125. §. 6. pag. 74

Qui non jejunus celebrat, vel sumit Eucharistiam; an peccet dupliciter ? tom. 1. tractat. 3. resolut. 186. §. 2. pag. 214

Qui non jejunus sumit Eucharistiam, an committat duplex peccatum in confessione explicandum ? t. 1. tr. 7. r. 57. §. 1. & seqq. p. 373

Non jejunus celebrare an possit Sacerdos pro evitando mortis periculo ? t. 2. tr. 1. r. 129. §. 1. p. 76

Non jejunus Sacerdos an possit celebrare ad dandum viaticum moribundo, vel ut se moribundum communicet ? t. 2. tr. 1. à res. 130. usque ad 134. inclusivè, ubi latè, & in res. 238. & 239. à p. 77. ad 78

Non jejunus in quibus casibus infirmus moribundus possit viaticum sumere ? t. 2. tr. 2. à r. 73. usque ad 80. inclusivè à p. 204. & 205

Ut non jejunus Sacerdos celebret, vel laicus sumat Eucharistiam, an Pontifex dispensare possit ? t. 3. tract. 1. res. 55. §. 3. p. 73

Jejunus. Vide verb. *Jejunare*. tom. 1. 2. 3. 4. 6. 7. & 8

Ientaculum.

Vide verbum *Jejunium*.

Ieremias.

Jeremias agrum emit in Anathor urbe Sacerdotali. t. 9. tract. 2. resolut. 2. §. 2. pag. 95

Iesuitæ.

Jesuitæ habent amplissima privilegia circa Confessionem, & Prædicationem, sed cursim advertitur stylum Curiæ esse contrarium. tom. 2. tract. 2. res. 23. §. 7. pag. 172

Ignarus.

Qui ignaro Confessario in articulo mortis confitetur, valida est confessio. tom. 1. tractat. 3. resolutione 32. §. 14. pag. 110

Sed si convaluerit an sit iteranda Confessio? ibid. §. 8

Qui ignarum Confessarium, & non idoneum eligit, peccat. ibid. §. 16. p. 111

Qui ignarum se fingit in ludo, dum exercitatissimus sit, imo se, semel, vel bis sinat superari ab adversario, ut deinde facilius semper vincat, an peccet mortaliter, & teneatur ad restitutionem? t. 6. tract. 4. resolut. 37. §. 2. pag. 259

Ignarus causæ suæ professionis, non ratificat professionem nullam, exercens actus professorum. tomo 7. tractat. 2. resolut. unic. §. 37. pag. 247

Ignis.

Nisi igne exustæ fuerunt Ecclesiæ, aut sanguinis effusione, vel seminis pollutione, si semel consecratæ sunt non debet iterum consecratio adhiberi. tom. 9. tractat. 1. resolut. 138. §. unic. pag. 90

Vide verbum *Dux.* tom. 7

Ignominia.

Vide verbum *Excusare.* tom. 8

Ignorans.

Ignorans plures articulos fidei non committit plura peccata specie distincta, & secus vero, si ignoret plura præcepta Decalogi, vel Ecclesiæ. t. 1. tract. 7. resol. 9. §. 3. pag. 347

Si ignorans culpabiliter præceptum non fornicandi, & de facto non fornicatur, an teneatur adhuc illam culpabilem ignorantiam, ac negligentiam confiteri, quia periculo transgrediendi illud præceptum se exposuit, & consequenter voluit transgressionem illius? ibidem §. quinto.

Ignorans invincibiliter votum castitatis implicitum contineri in receptione Ordinis sacri, an teneatur servare castitatem, si sciens, & prudens sacrum Ordinem recipit? t. 1. tr. 7. r. 74. §. 9. p. 381

Ignorans excommunicationem præbere impedimentum suscipiendi Ordines, non incurrit suspensionem, quamvis ignorantia esset crassa, vel etiam supina. t. 5. tr. 3. res. 33. §. 1. p. 181

Ignorans privationem petendi debitum esse ab Ecclesia impositam ob accessum ad consanguineam uxoris suæ, an dictam privationem incurrat? tom. 5. tract. 5. res. 7. §. 3. pag. 209

Ignorans nullitatem professionis intra quinquennium, an possit adhuc reclamare non obstante Concilio Tridentino sess. 25. cap. 9. de Regul. tom. 7. tr. 1. res. 184. §. 1. pag. 117

Ignorante eo, pro quo dispensatio impetrata est, an prosit illi? tom. 3. tractat. 2. resolut. 83. §. 1. & seqq. pag. 228. Vbi, quod impetrata dispensatione ab altero volentium matrimonium inire, vel qui irritum inierunt prosit utrique, quamvis alter prorsus impedimentum ac dispensationem ignoret. ibidem §. 10. pagina 229

Ignorante Principe, an requiratur longum tempus, ut consuetudo vigeat contra legem? tom. 6. tract. 2. res. 6. §. 3. pag. 104

Idem est de Pontifice circa legem Canonicam. ibid.

Ignorante Domino, professio servi in Religione est irrita, & nulla. t. 7. tr. 1. r. 143. §. 1. p. 95

Ignorante persona libera, si Dominus consentiat in matrimonium servi, an servus acquirat libertatem? t. 7. tr. 8. r. 18. §. 1. p. 438

Idem est si Dominus ancillam in uxorem tradat homini libero servitutis non ignaro, si tamen Dominus dotis instrumentum ancillæ conficiat? ibid.

Si ignorantes milites pugnaverint in causa belli injusti, si subditi sunt, quid facere debeant, & quid, si subditi non sunt? tom. 7. tractat. 7. resolutione 35. §. 4. pag. 407

Qui cum ignoranti Confessario bona fide confitetur, an teneatur postea iterare confessionem? t. 1. tract. 3. r. 28. §. 2. pag. 107

Et quid, si talis Confessarius bona etiam fide confessionem audiat? tom. 1. tract. 3. r. 30. §. 2. p. 108. & melius in res. 27. §. 19

Et an talis Sacerdos peccet mortaliter istud Sacramentum ministrans? ibid. in res. 30

Et si ignorantiam Confessarii pœnitens advertit, an peccet mortaliter cum illo confitens? ibid. §. 3

Ignorantibus conjugatis impedimentum petitionis debiti, non est opus eos docere de hujusmodi impedimento, maximè si nullus speratur fructus. tom. 7. tract. 1. resolut. 282. §. 2. pag. 188

Ignoranter.

Qui ignoranter celebrat contra decretum Vrbani VIII. de Celebratione Missarum, an teneatur reficere Missas, aut stipendia restituere? tom. 2. tract. 1. resol. 24. §. 1. pag. 12

Qui ignoranter aliquid facit contra hanc particulam *præsumpserit*, positam in aliquo Extravag. Decreto, &c. quæ denotat temeritatem, non comprehendit eum, nec talis incurrit in pœnas impositas. t. 5. tract. 1. resol. 78. §. 2. pag. 51

Qui ignoranter suscipit Ordines ab Episcopo excommunicato vitando, an incurrat suspensionem, sed si in ea celebret non incurrat irregularitatem? t. 5. tr. 3. res. 32. §. 1. pag. 181

Ignoranter promittens Episcopo ab eo alimenta non petiturus, si ordinatur absque titulo, an incurrat suspensionem? tomo quinto, tractat. 3. resolut. 53. §. 1. pag. 193

Et quid de Episcopo in dicto casu? ibid.

Qui ignoranter ordinatus est symoniacè, an incurrat suspensionem, si postea ratum hoc habeat? t. 5. tr. 3. r. 54. per totam. pag. 193

Et quid, si postea solvat amico pecuniam datam? tom. 5. tr. 3. r. 55. §. 1. ibid.

Et quid, si beneficium simili modo obtineat? ibidem §. 5. pag. 194

Qui ignoranter, durante matrimonio, suscipit ordines, an incurrat suspensionem? tom. 5. tract. 3. resolut. 61. §. 1. pag. 196

Vbi aliqua alia circa præsentem quæstionem, & ignorantiam pro durante matrimonio, & soluto. §. ult.

Qui ignoranter cognovit uxorem post ejus adulterium perpetratum, an incurrat irregularitatem bigamiæ? t. 5. tr. 5. r. 151. §. 1. p. 284

Qui ignoranter commisit peccata, an hæc subsint præcepto correctionis? t. 7. tr. 4. res. 68. §. 2. p. 321

Vbi enumerantur aliqui casus, in quibus laborantes ignorantia non sunt admonendi à confessariis, & aliis, si spes correctionis absit. ibidem & in resolut. 69. per totam. pag. 323

Ignorantia.

Si ex ignorantia extra casum necessitatis Pater baptizat filium, an impediatur à petitione debiti, peccet gravissimè, & sit puniendus? tomo primo, tract. 1. res. 104. §. 1. pag. 67

An sit necessarium explicare in confessione si quis peccavit ignorantia culpabili, an scienter? tom. 1. tr. 7. r. 7. §. 1. & seqq. p. 345

Et quid quando ea ignorantia moraliter vincibilis excusaret à mortali transgressione præcepti humani? §. secundo.

Et quid quando ignorantia est affectata, & maximè, si affectata esset ad liberius peccandum? ibid.

Quando ex ignorantia quis peccavit, an sint ibi duo peccata, unum ignorantiæ, alterum quod ex ignorantia admittitur, verbi gratia, est aliquis, qui ex invincibili ignorantia non legit Horas Canonicas, ad quas tenetur ratione Ordinis, an ille peccet duplici peccato, uno ignorantiæ, altero contra virtutem Religionis, vel si quis ex ignorantia culpabili Decalogi incidit in peccatum homicidii, &c. ibid. §. 3

Eadem est ratio Confessarii ex ignorantia eorum, quæ ad Officium suum pertinent absolventis eum, quem absolvere non potest. ibid.

Ignorantia vincibilis Mysteriorum fidei, an sit peccatum in confessione explicandum? tom. 1. tract. 7. resolut. 9. §. 2. pag. 347

Vbi in ordine ad confessionem, an sit necessarium explicare cujus præcepti decalogi fuerit ignorantia, & secus in ignorantia Mysteriorum fidei? ibid. §. 3

Ex quo ignorans plures articulos fidei, non committit plura peccata specie distincta, & secus vero, si ignoret plura præcepta Decalogi, vel Ecclesiæ. ibid.

Ignorantia vincibilis præceptorum Decalogi, non est speciale peccatum. ibid.

Vnde, qui ex ignorantia culpabili negligit scire præceptum non fornicandi, &c. non committit duo peccata mortalia, si de facto fornicatur, occidit, &c. unum negligentiæ sciendi hujusmodi præceptum, alterum fornicationis, &c. & ideo sufficit, si dicat in confessione, fornicatus sum, &c. ibid. §. 5

Et quid, si hujusmodi ignorans præceptum non fornicandi, &c. de facto non fornicatur, an teneatur adhuc illam culpabilem ignorantiam, ac negligentiam confiteri, quia periculo transgrediendi illud præceptum se exposuit, & consequenter voluit transgressionem illius? ibidem.

Idem est de ignorantia vincibili eorum, quæ quis scire tenetur ratione speciali muneris, Officii, Iudicis, Confessarii, &c. ibid.

Vt ignorantia dicatur vincibilis, an sufficiat te esse obligatum advertere? tom. 1. tract. 7. resolut. 11. §. 1. & seqq. pag. 348

Ignorantia vincibilis quibus in rebus contingere possit? ibidem §. 4

Si ignorantia laboret pœnitens, an debeat illum Confessarius admonere, si fructus non speratur, verbi gratia, si matrimonium ob latens impedimentum invalidum sit? t. 2. tr. 6. r. 244. §. 1. p. 486

Item si maritus ob castitatis votum ante nuptias emissum, vel ob incestum post nuptias cum conjugis consanguinea commissum facultate petendi debitum privatus sit? ibidem §. 2

Vbi, quod cavere debet Confessarius, ne in supradictis, & aliis similibus casibus interroget pœnitentem specialibus interrogationibus, sed contentus sit intelligere, an Pœnitens in eis laboret inculpata ignorantia? ibid.

Ignorantia. Vide verbum *Adulter*, *Affinitas*, *Canonicus*, *Cantores*, *Consanguinea*, *Copula*, *Festum*, *Irregularitas*, *Ius*, *Prabendarius*, *Religiosus*, *Virgo*, *Vitium*, *Votum*. tom. 2

Item verb. *Delictum*, *Exprimere*, *Ignorans*, *Impedimentum*, *Irregularitas*, *Litera*, *Translatio*. tom. 3

Item verb. *Homicidium*, *Irregularis*, *Restitutio*. tom. 4

Qui ex ignorantia aliqua invincibili in sua Patria non habuit notitiam Iubilæi, an possit illo tempore transacto lucrari illud inter duas hebdomadas à die notitiæ? t. 4. tr. 4. r. 57. §. 4. p. 168

Idem est de illo, qui feria quinta, vel Sabbato habuit notitiam Iubilæi? ibid.

Ignorantia excommunicationis per juramentum probari potest; sed si jurare quis recusat debet haberi pro excommunicato? t. 5. tr. 1. r. 6. §. 9. p. 5

Ignorantia invincibilis, & etiam vincibilis dummodo non sit crassa, & affectata juris, vel facti excommunicationis, suspensionis, irregularitatis, inhabilitatis, &c. etiam si dictæ leges, & pœnæ latæ sint ab Episcopo, vel summo Pontifice excusat ab incursione illarum, etiamsi reservatæ sint summo Pontifici? t. 5. tr. 1. r. 32. §. 33. 34. & 35. per totas. à p. 20. ad 22

Et quænam dicatur ignorantia crassa, & supina, lata, & vincibilis, vel ignorantia crassa, & supina, & affectata? t. 5. tr. 1. r. 33. §. 1. in fine. p. 21

Et an ignorantia crassa, & supina numquam excuset ab incursione supradictarum censurarum, & pœnarum? t. 5. tr. 1. r. 34. §. 1. p. 22

Ignorantia vincibilis facti, vel juris an impediat incursionem censuræ latæ contra eos, qui scienter aliquid fecerunt, aut facere præsumpserunt, aut contra eos, qui ausu temerario aliquid fecerunt, etiam quando est affectata, vel adeo crassa, ut moraliter censetur intenta, seu affectata? tom. 5. tr. 1. r. 34. §. 2. ibidem, & in resolut. 36. §. 3. pag. 24

Ex quo, qui ex ignorantia affectata legit libros Hæreticorum, non incurrit excommunicationem latam in Bullâ Cœnæ, quæ fertur contra scienter legentes? t. 5. tr. 1. r. 36. §. 2. ibid.

Ex ignorantia percutientes Clericum, an incurrant censuram? t. 5. tr. 2. r. 25. §. 1. p. 139

Et quid, si ignorantia sit invincibilis? Et quid, si sit vincibilis; Et quid, si sit crassa, seu supina, & affectata licet ignorantia procedat ex dolo, & temeritate? ibidem §. 2. & seqq.

Et quid, si sit ignorantia concomitans, sive juris, sive facti? Vbi diversi casus apponuntur in exemplum supradictarum quæstionum. ibid. §. 4

Qui cum ignorantia non solum invincibili, sed etiam moraliter vincibili, si affectata non sit, ordinatur ante legitimam ætatem, extra tempora, &c. an incurrat suspensionem? t. 5. tr. 3. r. 40. §. 5. p. 187

Si ex ignorantia quis ministravit in Ordine per saltum susceptо, an Episcopus possit dispensare cum eo, post administrationem? t. 5. tr. 3. r. 58. §. 4. p. 195

Si adsit ignorantia juris, vel facti, etiamsi sit crassa, supina, & affectata, modo cum ingenti temeritate conjuncta non sit, an excusentur à censura procurantes, consulentes, cooperantes, mandantes, auxiliantes, ope, favore, potione, &c. ad abortum faciendum? t. 5. tr. 6. r. 28. §. 4. p. 196

Qui ignorantia vincibili nesciret pœnas Bullæ Greg. XIII. de Datis, & Promissis, an illas incurreret? tom. 5. tr. 7. r. 62. §. 1. p. 350

Ignorantia crassa, & supina, an excuset ab Hæresi? Et quid de affectata? tom. 5. tract. 12. resolut. 36. §. 6. & seqq. pag. 533

Ignorantia. Vide verb. *Beneficium*, *Edictum*, *Inhabilitas*, *Mulier*, *Magicus*. tom. 5

Ignorantia aliqua secundum se lethalis, ex gravi scilicet negligentia proveniens, an excuset à mortali violatione legum humanarum? tom. 6. tract. 1. resol. 38. §. 1. pagina 30

Vbi pro praxi hujus quæstionis aliqui casus §§. sequentibus.

Qui ex ignorantia non damnabili falsum testimonium dixit, ratione cujus contingit aliquem damnari, an teneatur ad restitutionem? tomo sexto, tract. 1. res. 93. §. 2. pag. 62

Et quid facere debet de ignorantia certior factus? ibid.
Ignorantia an detur adversus præscriptionem 40. annorum in solutione Canonis rei Emphyteuticæ? t.6. tr.3. r.194. §.1. & seq. p.226
Ignorantia. Vide verb. *Excessus, Gratia, Hæres, Herba, Ignorare, Iudex, Lapis, Privilegium, Vendere.* tom.6
Ignorantia vincibilis an excuset superiores Regulares à pœnis, & censuris Pontificiis? tom.7. tract.1. res.19. §.5. pag.14
Et quid, si sit crassa, & supina? ibid.
Quæcumque ignorantia crassa non sufficit sive juris, sive facti ad incurrendam excommunicationem latam contra Confessarios absolventes à casibus Episcopo reservatis, quia fertur contra præsumentes absolvere, quod verbum denotat scientiam in absolvente? tom.7. tr.1. §.269. §. Nota quarto. p.179
Si ex ignorantia Petrus putat veram esse rem, an licitum sit inducere illum ad jurandum illam rem, licet revera falsa sit? tomo sexto, tract.5. resolut.58. per totam. pagina 357
Si ex ignorantia invincibili subditi procedunt, an aliquando bellantes non peccent? tom.7. tract.7. resol.4. §.3. pag.386
Sed ignorantia dicta facilius habet locum in subditis, & militibus? ibid. §.4
Ignorantia. Vide verb. *Primogenitura.* tom.7
Item verb. *Bona temporalia, Dubium, Detegere, Ecclesia, excusare, Ignorare.* tom.8
Si ex ignorantia præcepti rem præceptam exequaris, præcepto satisfacis taliter, quod deobligatus remaneas ad aliud faciendum? tomo octavo, tract.4. resolution.49. §.3. pag.71
Ignorantia invincibilis de simplici fornicatione an possit dari saltem apud certas gentes destitutas Doctoribus, & scientia rerum mortalium? tom.8. tract.6. resol.1. §.5. pag.135
Et quid de surdis, & mutis à nativitate inter Christianos ignorantibus fornicationem esse illicitam, & si quæ tamen persona amens, & puella vim patiens fornicationis actum committerent, peccent? ibid. §.6
Idem quæritur de pollutione. ibid.
In casu ignorantiæ proprii Parochi, an possit pœnitens eligere sacerdotem alienum, & etiam non approbatum absque licentia proprii Parochi? tomo tertio, tract.1. resol.39. §. sextus, casus. pag.50. & §. Hoc supposito. ibidem.
Ignorantiæ ratione an possit fieri, ut aliqui actus magici à mortali excusentur? tomo quinto, tract.8. resolut.9. §.1. pag.356
Ignorantiæ ratione an superiores Regulares, & alii excusentur à pœnis, & censuris impositis in Bullis Pontificiis, etiam in foro exteriori? tomo septimo, tract.1. res.19. §.1. p.13
Et in tali casu an ignorantia probetur per juramentum? ibidem §.3
Ignorantiæ ratione an excusentur à mortali fœminæ incedentes pectore nudato ex consuetudine? tom.7. tract.5. res.63. §.15. p.361
Per ignorantiam invincibilem, & naturalem inadvertentiam an Sacerdos excommunicatus, & vitandus excusetur in administratione, & receptione Sacramentorum? t.1. tr.1. r.15. §.1. p.12
Si per ignorantiam uxor levavit in Baptismo filium mariti, an teneatur arceri à petitione debiti? t.1. tr.1. r.101. §.6. pag.66
Si ignorantiam Confessarii pœnitens advertit, an peccet mortaliter cum illo confitens? tomo primo, tr.3. r.30. §.3. pag.108
Propter ignorantiam proprii Parochi, an possit pœnitens confiteri altero Sacerdoti absque licentia proprii parochi? t.1. tr.3. r.31. §.1. p.109
Qui per ignorantiam crassam temerè & erroneè aliquod peccatum omisit in confessione, an teneatur confessionem iterare? tomo primo, tract.3. resolution.120. §.3. pagina 170
Si per ignorantiam quis simoniacè institutus fuit in beneficium, an adjuvetur per regulam de triennali possessione? t.3. tr.2. r.168. §.3. p.286
Si per ignorantiam Episcopus non emittit professionem fidei, an peccet mortaliter, & teneatur fructus restituere? t.3. tr.3. r.69. §.4. p.338

Ignorare.

Ignorabam debitum ex justitia quando præbui donum, an possim postea facere compensationem? tom.6. tract.3. res.152. §.1. p.198
Quando ignorabat solvens perditum credito se non esse obligatum ad solvendum, an possit collusor retinere, quod iste solvit, licet credito perciderit? tom.6. tr.4. r.34. §.1. pag.258
Si ignorat omnino existens in peccato mortali, & in articulo mortis sibi esse necessariam contritionem extra susceptionem Sacramenti, aut ignorat quid sit contritio, & quomodo eam possit in se excitare, an Sacerdos cum discrimine vitæ teneatur ejus confessionem audire, & absolvere? t.1. tr.1. r.8. §.2. p.6
Qui ignorat reservationem alicujus casus, an illam incurrat, vel possit absolvi à quocumque Confessario? t.1. t.5. r.38. §.1. & seqq. p.289
Et quid ex praxi omnium Religionum, in quibus ignorantia reservationis non tribuit facultatem absolvendi pœnitentem, qui reservationem ignoravit? ibid. §.2
Qui ignorat indulgentiam plenariam concessam esse ab Alexandro VI. omnibus recitantibus ter salutationem Angelicam cum versiculis solitis post solis occasum, lucrabitur illam, si dictas salutationes recitet? t.1. tr.6. r.10. §.2. & seq. p.313
Quando quis ignorat affinitatis, vel consanguinitatis necessum, non est narranda copula habita, quando petitur dispensatio? tomo tertio, tract.2. resolution.120. §.3. pagina 250
Quando quis ignorat objectum quidem verum, an liceat persuadere illi, ut illud iuret, verbi gratia, scholasticus quando vult probare cursum, & Antonius suam nobilitatem, &c. t.7. tr.5. r.57. per totam. p.356
Quando ignoratur quo tempore Dominus rei furatæ venditurus esset illam, an iniquus possessor, vel fur, vel alius teneatur ad restitutionem juxta summum valorem, & incrementum, quod res habuit tempore acceptionis? t.8. tr.7. r.10. §.1. p.151
Ignoravit quidam rusticus per multum tempus Mysterium Trinitatis, an teneatur iterare confessiones factas? t.1. tr.3. r.121. p.170
Si ignorent satellites innocentiam rei, & bona fide munus suum obeant, an possint occidi si injustè conantur occidere innocentem, vel illum capere? tom.8. tract.5. res.47. §.7. p.114
Et notatur, quod licet Principes non possint amplius tollere, vel limitare privilegium concessum Ecclesiasticis circa eorum exemptionem; tamen Summi Pontifices possunt tollere, & limitare privilegium aliquod, si extaret, concessum Principibus judicandi Clericos etiam per concordata? t.9. tract.2. resol.13. pag.103. & 325.§.7. pag.285
Et docetur, quod privilegium concessum Ecclesiæ, & Ecclesiasticis personis est remuneratorium, ideo non potest revocari, etiam propter ingratitudinem, & cum hoc privilegium sit concessum non subditis, transit in contractum, & ideo non est revocabile. tom.9. tr.2. r.325.§.7. & seqq. p.285
Posse Pontificem privilegia etiam remuneratoria concessa Principibus laicis revocare non est dubitandum. t.9. tract.2. resol.7. cursim in principio §.3. p.100. & in r.43. §.3. pag.124
Explanantur leges Imperatorum largientes Immunitatem clericis non esse institutorias, & concessorias, sed declaratorias, subsidiarias, executivas, & adjutrices. t.9. tract.2. r.323.§.2. & seqq. pag.282. & in resol.324. §.9. pag.285
An concordata cum Summo Pontifice possint postea revocari à Principe laico? Et quid è contra? tom.9. tr.2. resolution.13. pag.103. & late in reso.325. per totam, signanter §.7. p.285
An concordata Summi Pontificis cum aliquo Rege sint privilegium, & an sint revocata per Bullam Cœnæ. t.9. tr.2. r.12. & 7. p.103. & 100
An privilegium, cognoscendi causas Ecclesiasticas concessum Principi laico revocari possit, etiam si per consuetudinem immemorabilem tali privilegio inixam observatum fuerit? tom.9. tract.2. resol.43. & aliquid in resolution.4.6.7.8.9.12.13. & 333. pag.99.109, 101. 103. & 284
Et quid, si dictum privilegium sit concessum in vim contractus, & remunerationem? tom.9. tract.2. resolution.43. §.3. pag.124. & in resol.7.13. p.100.103. & 325.§.7. ad medium. p.285
Et explanatur, quod Imperatores, & Reges, non possunt privilegia Ecclesiæ concessa revocare. t.9. tr.2. resol.43. pag.124
Et notatur, quod per nullum contractum potest Pontifex à se abdicare supremam potestatem, quam immediate

diate à Christo habet ad disponendum ea, quæ ad conuenientem Ecclesiæ gubernationem pertinent. tom.9. tr.2. r.325. §.8. p.285
An Bulla Cœnæ tollat casus Regis Galliarum, quos privilegiatos appellant; & quid de privilegio Monarchiæ Regni Siciliæ? Et an per aliquod privilegium sit in aliquibus Regnis prædictæ Ecclesiasticæ libertati derogatum? Et an dicta privilegia Pontificia, si re vera existant Regibus Galliæ, Hispaniæ, vel aliis Principibus concessa judicandi Clericos in aliquibus casibus, & delictis sint modo per Bullam Cœnæ revocata? tom.9. tr.2. r.6. & in r.7. §.2. p.100. & in ref.8. §.ult. p.101. & in r.9. §. ult. p.102. & in resol.12. & 13. ex doctrina §.1. ad medium, p.103. & in resol.43. p.124. & 92. §. Et ideo, prope finem, p.143. & in resolution. 325. §.7. & seq. p.267. & latissimè in resol.333. à §.2. pag.282
An qui adducit, & allegat privilegium, ejus literas docere, & proferre, & in authentica forma demonstrare debet. tom.9. tr.2. ex resol.14. §.7. à lin.7. pag.105. & in resol.8. ex doctrina §.2. paulo post initium à vers. Quæri potest, p.101. & in resol.11. §.2. ad medium, à vers. & ideo; p.103. & in tract.3. ex resol.19. §.2. ante medium, à vers. & certe. p.319
Dato, & non concesso, quod Immunitas Ecclesiastica non sit ex jure divino Clericis concessa; difficultas est, an possit contra illam consuetudo prævalere. t.9. tr.2. r.2. §.9. & seqq. p.97
An consuetudo possit tribuere jurisdictionem judicibus laicis in Clericos saltem in aliquibus casibus? tom.9. tractatu secundo, late in resolution.335. & in aliis ejus not. pagina 285
Sed S. D. N. Urbanus VIII. sub die 5. Iunii. 1641. reprobat quascumque consuetudines contra libertatem Ecclesiasticam etiam cum fama privilegii. tom.9. tr.2. res.335. §.10. pag.286
An adsit tolerantia, & consensus tacitus Summi Pontificis cum dicta consuetudine, ita ut Principes aliquid licitè efficiant adversus libertatem Ecclesiasticam? t.9. tr.2. r.10. & in multis aliis ejus not. p.101
An consuetudo immemorialis probet extitisse privilegium faciendi aliquid contra Immunitatem Ecclesiasticam? t.9. tr.2. r.8.9. p.95. & 101
Et an consuetudo fundata in privilegio trahendi causas Ecclesiasticas ad laica Tribunalia nihil valeat, nec operetur, eo quod singulis annis per Bullam Cœnæ reprobentur? Ubi quod consuetudo turpis, & exprobrata etiam immemorialis non possit inducere privilegium. t.9. tr.2. r.8. §.3. p.101
An judex laicus consuetudinem inducens, vel alia introducta utens contra libertatem Ecclesiasticam incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ? Et an dicti judices sæculares incurrant in dictam excommunicationem, si sciant servare statutum contra libertatem Ecclesiasticam, & non impediant? tom.9. tract.2. resolut.44. pagina 124
An quod dictum est de consuetudine immemorabili dicendum est de præscriptione etiam immemorabili? Vbi quod ut consuetudo excuset, debet esse legitima, & præscripta. t.9. tr.2. r.20. §.14. p.110
An Consuetudines laicorum, & Clericorum sint validæ, etiam si sint contra libertatem Ecclesiasticam? Et quando dicimus consuetudinem Clericis, & laicis communem intelligendum est de consuetudine, quæ non præjudicat sacris canonibus, quo casu saltem consensus Pontificis desideratur, ideo concordata inter Ecclesiasticos & sæculares etiam in Concilio Provinciali facta, nisi confirmentur authoritate Pontificis nihil operari contra privilegium Immunitatis. tom.9. tr.2. r.2. §.13. post medium, p.98. & latè in r.295. p.247. & r.335. §.ult. & in aliis earum not. p.287
An Clerici possint tali exemptioni renunciare, non solum quoad negotia criminalia, sed civilia? Et an hoc procedat etiam si Clericus renunciaret tali privilegio de licentia Episcopi? t.9. tr.2. r.5. p.99
An in Regno Siciliæ possit Rex disponere ad libitum in quoscumque usus voluerit de fructibus Ecclesiarum vacantium? Et quid de consuetudine circa hoc? t.9. tr.2. r.14. pag.104
Et cursissime observatur Regem Galliæ habere tale privilegium ratione Regaliæ. ibid. §.8. & in §.1. in fine vers. Quinto, & §.10
Et notatur, quod licet in Hispania, aliisque in locis spolia, & fructus Ecclesiarum vacantium Summo Pontifici non solvantur, reservantur tamen Successori, vel cedunt Ecclesiæ. ibidem, prope finem dictæ resol.14. à vers. Et ideo.
Quid est sentiendum de aliquibus Constitutionibus Iustiniani Imperatoris, præsertim de Constitutione 3. 5.6.57. & 58. Sed advertitur leges, & sanctiones Iustiniani, & aliorum Principum circa personas, & causas Ecclesiasticas rectè communi jure derogatas esse constare. tom.9. tractatu secundo, resolution.15. pagina 108
Animadvertuntur aliqua in defensionem Immunitatis Ecclesiasticæ. Sed jam omnes fere casus in aliis Resolutionibus sunt discussi. tom.9. tract.2. resolution.16. pagina 108
Ubi asseritur represalias posse indici à judice sæculari contra personas Ecclesiasticas, sed refellitur. ibidem, §.12. pagina 109
An Summus Pontifex possit cognoscere, & judex existere competens, ubi lis aliqua, & discordia oritur inter duos Supremos Principes neminem in temporalibus recognoscentes? t.9. tr.2. r.19. p.110
An Reges in aliquo casu sint judices exemptorum, v. g. si tamen non habeant Superiorem in Regno, qui eos puniat, si delinquant? tom. 9. tract. 2. resolution.21. pag.110
An liceat Principibus Legatos, & eorum famulos attrocia scelera perpetrantes sine violatione juris gentium? Vbi pro Legatis Principum sæcularium varia exempla proponuntur. t.9. tr.2. r.23. p.111
Sed pro Legatis, & Nuntiis Summi Pontificis? ibidem, §. ult. pag.113
An sit licitum Principibus Christianis, & Magistratibus laicis discutere facultates & potestatem alicujus Nuntii, qui in illam Provinciam à Pontifice mittitur? t.9. tr.2. resol.22. pag.111
Vtrum Episcopi, & Ecclesiastici tanquam inobedientes mandatis Regis, vel ex aliis delictis possint expelli à Regno? Et an in dicto casu tam Principes, quam Consiliarii id consulentes incurrant in excommunicationem undecimam Bullæ Cœnæ? tom.9. tr.2. resol.24. & in multis aliis ejus not. p.113
Et quid, si sit tanta necessitas, ut clare & evidenter periculum esset in mora ut Pontifex non possit consuli? ibid. §.5. & in aliis not. dicti §.
An Episcopi, si non expelli à Regno saltem transmitti possint ad Summum Pontificem pro animadversione? Et exponitur *cap. filiis, vel Nepotibus 16. q.6.* tom.9. tr.2. resol.25. p.114
Et advertitur, quod hodie neque Concilium Provinciale potest formare processum in causis criminalibus attrocioribus contra Episcopum ad effectum transmittendi illum ad Summum Pontificem. Et quid propter crimen perduellionis, & assassini? tom.9. tr.2. resol.332. à §.5. usque in finem res. p.281
Vbi etiam, quod Episcopus propter hæresim non potest citari, nec puniri, sed hæc causa Papæ reservatur. ibid.
An Principes habeant jus convocandi Episcopos propter aliquod Reipublicæ negotium, vel bonum ipsarum Ecclesiarum? t.9. tr.2. r.26. p.114
An Reges possint detinere Episcopos pro gubernatione Regni

Regni seu consilii? Et an prædicti Episcopi excusentur à residentia in dicto casu? Et difficultas est, an hoc efficere possint Reges ex privilegio aliquo à Romano Pontifice obtento? Et si supradictum privilegium vere existat, an modo sit revocatum? t. 9. tr. 2. r. 27. p. 115

Et an in hoc non possit Summus Pontifex dispensare, si non adsit necessitas publica, & bonum commune, quia residentia Episcopi sit alias de jure divino? ibidem §. 4

Et advertitur, quod in Curia Regum, & aliorum sæcularium Principum fungentes munere & Officio Regii Præsidis, Confessarii, vel Consiliarii, aut Proregis non eximuntur à residentia suorum Episcopatuum & muneris; nisi ea sit hominum penuria; ut alii satis idonei minime reperiantur, qui hæc obsequia præstent? t. 9. tr. 2. r. 27. §. ult. p. 115

An Reges possint expellere Episcopum ab Episcopatu, si symoniace electus est? Et an ita facientes incurrant in censuram Bullæ Cœnæ. t. 9. tr. 2. r. 28. p. 116

An Episcopi feudatarii Regum debeant prius obedire Regi, quam Papæ, seu Metropolitano? Et an Prælati feuda à Rege tenentes teneantur in bello opem ferre, & auxilium præstare secundum feudorum conditionem? Et an Rex possit præcipere Episcopis, & Abbatibus sui Regni ut cum ipso eant ad bellum? t. 9. tr. 2. r. 29. p. 116

An collatio Episcopatuum, & aliorum beneficiorum possit à Principe laico consuetudine immemorabili, aut præscriptione acquirere? t. 9. tr. 2. r. 30. p. 116

Ubi, quod si Rex noster, & alii Reges conferunt Episcopatus, & alia beneficia, hoc ex privilegio Romani Pontificis procedere dicendum est, ibid. prope finem resol. à vers. Hinc, &c.

An Reges possint se intromittere, quando ab aliquo Episcopo non servatur aliquod Decretum Concilii Trid. t. 9. tr. 2. r. 31. p. 117

An residentia Episcoporum pertineat ad Principes sæculares? Ne item Episcopi Ecclesiarum bona dissipent? Ne decimas fructuum præter consuetas exigant, & alia similia faciant? t. 9. tr. 2. r. 32. p. 117

An Principes, seu Ministri Regii faciendo literas hortatorias ad Episcopos, ut ab aliqua mala determinatione desistant, ut est in usu in Regno Neapolitano, faciant contra libertatem Ecclesiasticam, & incidant in censuras Bullæ Cœnæ? Et quid, si in literis Princeps præcariis verbis uteretur. t. 9. tr. 2. r. 33. p. 117

An Ministri Regii possint recognoscere, & detinere in Cancellariis Bullas Apostolicas ad examinandum & executioni mandandum? Et an hoc ex concordatis & privilegio Pontificis Rex noster Bullas ejus examinet? t. 9. tr. 2. r. 34. & 35. p. 117. & 118

An Ministri Regii possint cognoscere causas Ecclesiasticas per viam violentiæ, ut vulgo dicitur? Et an Summus Pontifex hanc praxim approbet, vel saltem ex consuetudine immemorabili, vel conjuncta cum fama privilegii Ministri Regii hoc facere possint. t. 9. tr. 2. r. 36. 37. & 38. & in aliis earum not. p. 119. 120. & 122. Et late in desione posita ad p. 495. hujus t. 9

Et notatur, quod si pro facto Prælati, & judicis Ecclesiastici sit aliqua opinio probabilis inter Doctores, qui cum licite possit illam sequi, tunc re vera nullam vim, aut injuriam facit subdito, si illam sequatur, ac proinde non poterit recurrere tanquam vi oppressus ad judicem sæcularem, etiam si opinio pro subdito sit probabilior t. 9. tr. 2. r. 37. §. ult. p. 122. & in t. 8. tract. 1. resol. 23. 20. 21. pag. 16. 13. 14

Et infertur incurrere in excommunicationem Bullæ Cœnæ Religiosum recurrentem ad Regem, Prorogem vel Gubernatorem, ut vim sibi illatam à suo superiore tollat, si Religiosus per appellationem, vel alia intra Religionem potest vim vitare: & quid è contra si vim vitare non possit? t. 9. tr. 2. r. 36. §. 4. ante medium, p. 120. & in fine resol. 38. p. 122

An aliquis Princeps habeat à Pontifice privilegium in causis violentiæ arcendæ? t. 9. tr. 2. resol. 39. & in r. 7. §. 1. à lin. 5. pag. 123

An advocatio causarum spiritualium ad laica Tribunalia vetita sit sub censura Bullæ Cœnæ, si causa advocatur à judicibus Sedis Apostolicæ. t. 9. tr. 2. r. 40. p. 123

Et quid; si judices Ecclesiastici negligentes sint in hujusmodi causis cognoscendis. ibid. §. 3. & in resol. 39. §. etiam 3. pag. 131

An appellationes, quæ dicuntur tuitivæ, recte à judicibus laicis in causis Ecclesiasticis concedantur? tom. 9. tr. 2. resol. 42. pag. 123

De publicatione, acceptatione, & contrario usu legum Pontificiarum præsertim in materia Immunitatis Ecclesiasticæ. t. 9. tr. 2. r. 345. p. 302. & res. 45. & in multis aliis earum not. p. 125

An Judex laicus excusetur ab excommunicatione Bullæ Cœnæ contra ipsius transgressores, prætextu quòd non sit in sua Provincia acceptata? ibidem per totas resol. & §§. præteriti §.

Et supponitur promulgationem Romæ factam legum Pontif. sufficere, & quod constitutiones Pontificiæ non pendent ab acceptatione populi. ibid.

Et expenditur, quod SS. Papa Vrbanus VIII. in Bulla, quæ incipit Romanus Pontifex, &c. data sub die 5. Junii 1641. & publicata 14. Augusti eodem anno verbis rotundis damnavit, & improbavit omnia præjudicialia facta, & facienda contra Immunitatem Ecclesiasticam, etiam sub prætextu, quod Bullæ seu Constitutiones Pontificiæ non fuerint publicatæ, vel usu receptæ, aut contrario usu etiam decennali, & quamcumlibet longissimo, ut prætenditur abrogare &c. t. 9. tr. 2. r. 345. §. 6. prope finem. p. 304

Vbi etiam, An judices laici trahentes ad sua Tribunalia personas Ecclesiasticas extra casus à jure permissos, possint in Sacro Tribunali S. Inquisitionis tanquam suspecti de Fide, à Fidei Quæsitoribus examinari, & puniri? Et quid de Scriptoribus? ibid. §. 7

An Episcopi possint excommunicare Reges, Proreges, & eorum Consiliarios & Officiarios Regios perturbantes eorum jurisdictionem. t. 9. tr. 2. r. 46. p. 125

Et quid de Inquisitoribus non solum in Sicilia, sed in aliis Regnis? ibid. §. 3. ante medium, &c.

Sed docetur de jure novo & privilegio à Summo Pontifice obtento Reges, & Imperatores non posse ab Episcopis excommunicari propter eorum reverentiam. tom. 9. tr. 2. r. 46. §. 2. p. 125

An possit princeps prohibere, ut inhibitoriæ, quæ ad Magistratus Regios mituntur ab Episcopis, seu eorum Vicariis non promulgentur, priusquam ipsi offerantur, ut de ejus facultate promulgentur? Et quid de Pragmatica nominata *La Cathalana*? ibid. §. 4. & in res. 47. & 484. ult. pag. 125. & 126

An laicus possit incidenter cognoscere nullitatem censurarum, & ordinare ut sæculares, & Ecclesiastici illas non observent, & quod tollantur cedulones à portis Ecclesiarum? Et in dicto casu an incidant in censuram Bullæ Cœnæ, & sint suspecti de Fide? t. 9. tr. 2. r. 48. p. 126

Et docetur, quod si incidit quæstio spiritualis coram judice sæculari remittere tenetur Ecclesiastico terminandam, neque potest præcipere ut intra certum tempus illam expediat. t. 9. tr. 2. r. 48. §. 2. à lin. 7. p. 126

An Principes possint prohibere, ne Annatæ ex suis Regnis sine eorum consensu solvantur Summo Pontifici? t. 9. tr. 2. resol. 339. p. 292

An Clerici dici possint, & sint re vera vassalli Principis? t. 9. tr. 2. r. 49. & in aliis ejus not. p. 127

An Reges, ut executores Concilii Trid. possint compellere Clericos, ut illud observent. t. 9. tr. 2. r. 50. p. 127

An Reges, & Magistratus laici possint compellere Clericos ad reparationem Ecclesiarum? tom. 9. tract. 2. resol. 51. & 50. p. 128. & 127 An

An Reges, vel judices laici possint ejicere à Regno Clericum seditiosum, & perturbantem Rempublicam, & temporalitatibus privare? t.9.tr.2. r.52. & in aliis ejus not. pag.128
Sed in clausula Bullæ Cœnæ excommunicantur quomodolibet mulctantes personas Ecclesiasticas, necnon executores, & subexecutores dicti banni? tomo nono, tractat.2. resolution.52. §.2. pag.128. & in resol. 326. §. ult. pag.269
An Immunitas Ecclesiastica extendatur ad omnia delicta? Et confirmatur ex multis Conciliis judices laicos non posse clericos punire, etiam si eorum delicta sint enormia. Quod Reges Hispaniarum declararunt, & confirmarunt, in suis legibus, ut patet in prima parte, leg.61. titul.6. t.9. tract.2. resolut. 326. p.269
An personæ Ecclesiasticæ, quæ commiserunt crimen læsæ Maiestatis per Principes sæculares & eorum judices puniri possint absque prævia degradatione judicis Ecclesiastici. t.9. tr.2. r.53.54. p.129. & 327. & in aliis earum not. p.271
An si Clericus feudum à sæculari Principe teneret, possit ratione delicti etiam criminis læsæ Maiestatis personaliter distringi? Et quid de Clericis perduellionis. tomo nono, tractat. 2. resolution. 327. §. 6. & 7. pagina 273
An Clericus propter crimen læsæ Maiestatis sit degradandus, & curiæ sæculari tradendus. tom.9. tr.2. r.55. & in multis aliis ejus not. p.129
An Clerici, qui sine habitu, & Tonsura in gravissimis delictis, & criminibus se immiscent, priventur omni privilegio fori ante aliam sententiam depositionis, vel degradationis judicis Ecclesiastici? Vbi notatur dictos clericos ante trinam monitionem non esse privandos privilegio Clericali etiam fori, nec curiæ sæculari tradendos. tom.9.tr.2. r.109. p.152. & latè in r.328.121. & 162. §. 4. & in aliis earum notat. pagina 273. 157. & 174
An Clericus incorrigibilis amittat privilegium fori ante judicis Ecclesiastici declarationem, & sententiam. t.9. tr.2. r.328.§.4. p.274
Difficultas est an Clericus pro enormissimo crimine sit degradandus, & curiæ sæculari tradendus absque eo, quod non sit incorrigibilis? tomo nono, tract.2. resol.328. §.5. pag.274
An Clericus assassinus non possit à judice laico puniri, nec subjici eius jurisdictioni, nisi prius constet de qualitate assassini, & præcesserit sententia declaratoria judicis Ecclesiastici. t.9.tr.2.r.65.p.133.& 328.§.5.9.& 10. pag.274. & 276
Item est de sodomita clerico notorio? ibid. in dictis Res.
An Ecclesiasticus usurpans jurisdictionem sæcularem, an talia Regalia possint à judice laico bonis temporalibus privari. t.9. tr.2. r.56. p.130
Vbi notatur non licere iudici laico bona, ac fructus Ecclesiasticorum sequestrare, aut quod magis est occupare, etiam si bona sint ex patrimonialibus? ibid. à §.2. usque in finem resol. & in resolution. 26. §. Audiant, pagina 115. & in resolution. 70. ad medium, pagina 135. & in resolution. 255. 256. §. Restat. pagina 227. 228. & in resolut. 257 pag.229. & in tomo sexto, tract.9. ex resolut.66. §. Deinde, pag.481. & in tomo septimo, tract.6. ex resolut.33. §.1. in fine, & §. ult. post medium. p.382
Et pro exemptione bonorum Ecclesiasticorum sive sint patrimonialia sive ipsis donata, aut empta, vel quovis alio titulo quæsita, in quibus non potest iudex laicus Clericos punire, & contra ea facientes, an incurrant in censuram Bullæ Cœnæ. t.9. tr.2. r.66.§.2. & in multis aliis eius not. p.134
Avertitur exemptionem Clericorum quoad eorum bona fluxisse à iure Divino, vel saltem à iure Pontificio ante Constitutiones & leges Imperatorias; ideoque à vectigalibus, & tributis, exactionibus, aliisque muneribus dicta bona libera esse. tom.9. tract.2. resolution. 336. §.2. pag.287
An Clerici in Sacris, vel Beneficiati, qui condigne non puniuntur in foro Ecclesiastico possint à Rege privari bonis ab ipsomet Rege obtentis. tom.9. tr.2.r.57. & 257. §.2. &c. p.130. & 229
An iudex laicus possit punire Clericum in defectu iustitiæ Ecclesiasticæ? Et quid è contra? Vbi, quomodo sit explicandus textus in cap. Filiis, & Nepotibus 17. q.7. tom.9. tr.2. ref.58. 59. & 60. & in aliis earum notat. pag.130. & 131
Et explanatur, quod ius cap. *Filiis, & Nepotibus*, fuisse sublatum, & abrogatum ab Innocentio III. in cap. *qualiter, & quando*. t.9.tr.2. r.59.§.4. p.131. & in r.37. §. 3. pag.117
An iudex Ecclesiasticus possit censuris compellere iudicem sæcularem, ut suo munere fungatur. t.9.tr.2. r.60. § 3. à lin.6. p.131
An iudex laicus possit punire Clericum pœna pecuniaria, quia reverentiæ signa illi non exhibuerit, vel quia coram ipso deliquerit. tomo nono, tractat.2. resolut. 61. pag. 132. & late in resolution.66. §. 2. & in aliis eius notat. pag.133
An iudex sæcularis processans occulte Ecclesiasticum in causa criminali cum intentione postea processum præsentandi Summo Pontif. vel iudici Ecclesiastico incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ. tom.9. tr.2. ref.62. & 63. p.132
An Clericus falsum testimonium ducens coram iudice laico ab eo puniri possit? Et an vero ad effectum repellendi Clericum à testimonio possit iudex laicus per viam exemptionis cognoscere de crimine Clerici? t.9. tr.2. r.66.67. p.133. & 134
Et in supradicto casu an possit iudex si non in persona saltem in bonis punire talem Clericum? tomo nono, tractat.2. resolution.66. §.2. & in multis aliis eius not. pagina 134
An iudex laicus ex consuetudine possit iudicare in criminalibus Clericos in minoribus ordinibus constitutos? Et quid etiam de constitutis in prima Tonsura. tom.9. tr.2. r.64. & 132.§.2. p.132. & 161
An in Hispania Clerici minores non gaudeant exemptione gabellarum ex consuetudine. tom.9. tract.2. resolut.159. 160. p.173
Et notatur ex Sacra Congregatione Episcopum non posse publicare edictum, ut Clerici in minoribus debeant assumere sacros Ordines sub pœna privationis habitus. t.9. tr.2. r.64. in fine. p.133
An Princeps sæcularis possit punire Clericum delinquentem ratione officii ab ipsomet Principe concessi? tomo nono, tractat.2. resolution. 68. & in aliis eius notat. pagina 134
Et explanatur, quod non solum personæ Clericorum, sed eorum bona sunt exempta à iurisdictione laicali. ibidem §.3. & in resol.66. §.2. & in multis aliis eius notat. pag.134
An iudex laicus possit punire Clericum delinquentem in officio sæculari Medici, Chirurgi, Advocati, Tutoris, Curatoris, vel administratoris bonorum. tom.9. tr.2. ref.69. p.134
Et notatur, quod stando in affirmativa sententia venit limitanda, itaut si Clericus appareat debitor, vel in officio deliquisse executio sententiæ contra Clericum in casibus permissis non ad ipsum iudicem laicum, sed ad Ecclesiasticum spectat. ibidem in dicta resol.69. §. ult. p.135. & in r.83
An Clericus possit se subiicere iurisdictioni Regali quoad eius bona patrimonialia? Vbi, quod bona patrimonialia Clericorum gaudent privilegio exemptionis, quam Clerici renunciare non possunt. tom.9. tract.2. ref.70. p.135

An Clericus possit se subjicere judici sæculari, ut arbitro? Et in dicto casu, si Clericus nolit stare sententiæ, judex laicus non possit illum cogere. tom. 9. tr. 2. r. 71. §. 2. p. 135. & r. 83. p. 138

An judex laicus possit compellere Clericum ad restituendum depositum quoties se obligavit restituere in Tribunali judicis sæcularis. t. 9. tr. 2. res. 72. & in multis aliis ejus not. p. 135

An Clericus possit reconveniri coram judice laico de re, quæ non habet connexionem cum petitione? Ubi notatur in multis aliis casibus Clericum coram judice laico reconvenire non posse? tomo nono, tract. 2. resolut. 73. pag. 135

Ubi etiam advertitur, quod licet Clericus possit à laico reconveniri, & teneatur stare sententiæ, nihilominus sequuta sententia, non poterit à judice laico cogi ad solvendum. ibid. §. ult. & in Res. 83. & in multis aliis ejus not. p. 138

An Clericus sit conveniendus in curia sæculari pro debitis Regularibus? tomo nono, tract. 2. resolution. 74. pagina 136

An Clericus in feudalibus possit conveniri coram judice laico. t. 9. tr. 2. r. 75. p. 136

An Clericus, si conveniatur pro evictione, conveniendus sit coram judice Ecclesiastico; vel ab emptore interpellatus teneatur eum defendere coram judice sæculari. t. 9. tr. 2. r. 76. & 77. p. 136

An Clerici ex vi statuti laicalis possint conveniri pro jure congrui, vel laicos convenire? Vbi an Clerici ligentur statuto laicorum de causis compromittendis inter affines, itaut ipsi possint alios compellere, & compelli ad compromittendum? tom. 9. tract. 2. res. 78. & 159. §. 1. pag. 137. & 173

Et notatur, quod statuta laicorum prosunt Clericis, licet eis non æque noceant, unde Clerici possunt uti statutis, & consuetudinibus laicorum, quatenus concernunt eorum favorem, non autem è contra. t. 9. tr. 2. res. 78. §. 2. à linea 7. p. 137

An judex laicus possit judicare causam Clericorum, qui hæredes sunt alicujus sæcularis, & causa ante ejus mortem coram se incœpta sit. tom. 9. tr. 2. r. 79. 80. & 81. pag. 137. & 138

Et an instantia capta contra Clericum coram judice Ecclesiastico, debeat conveniri contra laicum hæredem Clerici coram eodem judice? ibidem in fine resolution. 79. pagina 137

An Clericus citatus coram laico, si putans sibi interesse compareat, teneatur stare sententiæ à judice laico latæ. t. 9. tr. 2. r. 80. §. 1. post medium. p. 138

An laicus effectus Clericus in civilibus debeat respondere in judicio, ubi prius citatus est? ibid. §. ultim. & in res. 106. p. 151

An judex laicus possit facere realem executionem sententiæ à se latæ, contra Clericum in casibus, in quibus sibi à jure cognitio permissa est. t. 9. tr. 2. res. 82. 87. 72. in fine. pag. 138. 139. 135. & res. 69. in fine, & 73. §. ult. p. 135. & r. 80. §. 1. in fine. pag. 138. & res. 106. §. ultim. pag. 152

An si adsit clausula de non alienando possit fieri executio per sæcularem judicem in prædio specialiter obligato à laico, & si Clericus illud possideat. t. 9. tr. 2. resol. 84. & 81. §. ult. p. 139. 138

An judex laicus possit etiam citare Clericum creditorem in confectione alicujus inventarii. t. 9. t. 2. r. 85. p. 139

An judex laicus possit citare Clericum ad exhibenda jura sua coram eo, quando ejus debitor petiit dilationem ex consensu majoris partis creditorum, vel si velit beneficium cessionis bonorum obtinere. t. 9. tr. 2. r. 86. p. 139

An judex laicus possit cogere Clericum, qui spoliavit laicum sua possessione ad illam restituendam. tom. 9. tr. 2. res. 87. pag. 139

An sæculares Magistratus possint cogere Clericos, ut triticum vendant, si necessitas adsit? Et an Clericus conjugatus possit adstringi ad supradicta tom. 9. tr. 2. r. 88. & 89. pag. 140

An Ecclesiastici sint exempti, & non subjiciantur legibus Principum sæcularium, quæ spectant ad Reipublicæ gubernationem, & pacem, & cum sacris Canonibus, & statu Clericorū non pugnant. t. 9. tr. 2. r. 90. & 91. p. 141

Difficultas est, an Clerici subjiciantur dictis legibus Principum sæcularium, tantum vi directiva, non autem vi coactiva. t. 9. tr. 2. r. 92. 90. §. 2. & 3. p. 142. 141. & r. 91. in fine §. 1. & seq. p. 141. & r. 94. §. Suppono. p. 144. & §. ult. & r. 96. §. Sed hæc, p. 147. & r. 98. ad med. p. 148. & r. 99. paulo post initium, p. 149. & r. 101. §. Sed. pro. & r. 214. §. Et respondeo, p. 205. & in tom. 6. tr. 1. ex doctrina r. 51. p. 38

Et notatur, quod secluso scandalo Ecclesiastici non peccant mortaliter dictas leges Principum sæcularium non observando. t. 9. tr. 2. r. 90. §. 1. ad lin. 6. & in aliis ejus notat. pag. 141

Et an Clerici si vendant frumenta ultra pretium juste à Republica taxatum peccent mortaliter sicut laici, & teneantur ad restitutionem? ibid. à lin. 7. §. 1. &c.

Et advertitur judicem Ecclesiasticum non debere, quamvis possit Clericis violantibus leges dictas eamdem pœnam insligere, quæ laicis statuta est, nec judex laicus potest ad eam Clericos condemnare. t. 9. tr. 2. r. 93. & in aliis ejus not. p. 144

An Clerici possint vendere vinum ad minutum? Et de aliquibus aliis statutis quoad materiam contra Immunitatem Ecclesiasticam. t. 9. tr. 2. r. 94. §. 1. p. 144

Et supponitur statutum esse contra Immunitatem Ecclesiasticam sive directe, sive indirecte, sive expresse, sive tacite, etiam si non loquatur de personis Ecclesiasticis. Et ideo laici taliter statuentes, quod verba non videantur infringere libertatem Ecclesiasticam, faciendo tamē fraudem quantum ad mentem, Ecclesiasticam libertatem violant; & ita statuentes possunt cogi per censuras ad declarandum eorum edictum, neque Clericos ligare, & ita determinavit Sacra Congregatio die 7. Decembris 1632. t. 9. tr. 2. r. 94. §. 2. & 4. p. 144. & r. 199. 198. §. ult. p. 196. & r. 182. §. 10. p. 184

Vbi, quod Ecclesia, & Ecclesiastici habent facultatem, ut laici possint habere liberam contractationem, & commercium cum eis, & quoties arctatur hæc libertas statutum esse contra libertatem Ecclesiasticam. t. 9. tr. 2. r. 94. §. 5. p. 145. & r. 282. §. etiam 5. p. 241

Vbi etiam, quod statutum prohibens, vel præcipiens personis Ecclesiasticis id, quod eis nec divino, nec humano jure præceptum, vel prohibitum est, erit contra Immunitatem Ecclesiasticam. t. 9. tr. 2. r. 94. §. 7. p. 146

Deinde statutum, quod Ecclesiastici efficiuntur peioris conditionis, quam laici, est contra Immunitatem Ecclesiasticam? ibid. §. 8. &c.

An si in aliqua terra Baronis vendantur comestibilia tantum in eius taberna, vulgo dicta *Zagato*, possint adhuc Clerici aperire tabernas & vendere vinum, nivem, & alia recollecta in eorum prædiis. tom. 9. tr. 2. res. 95. pag. 147

Et an possit Baro introducere in quadam terra de novo à se ædificata tabernam dictam *Zagato*, vasallis reclamantibus, & an ita facientes incurrant in censuram Canonis quinti Bullæ Cœnæ? Idem est dicendum de Communitatibus, seu Vniversitatibus civitatum, & locorum, &c. ibid. §. 1. in fine, & seq.

An Clerico vendenti vinum, frumentum, &c. ultra taxam à Principe impositam, possit justitia sæcularis dicta victualia ei in pœnam tollere, ut à lege statutum est? Et quid, si Princeps expresserit, ut ea pœna afficiantur etiā Clerici. t. 9. tr. 1. r. 96. 97. 101. curtim in §. 2. p. 147. 148. & 150

Et in dicto casu Clerici possunt puniri ab Episcopis mitiori tamen pœna. tom. 2. tract. 2. resol. 96. & 90. §. 2. pag. 147. & 141

Et

Et notatur ædilem non posse Clericum compellere, ut domum ruinosam destruat, ne vicinis noceat; neque pro plateis mundanis, ubi ipsi degunt, pœnas pecuniarias judex sæcularis extorquere possit? tom. 9. tr. 2. r. 97. §. ult. pag. 148

An Clerici, qui falsa mensura triticum, & vinum, vel oleum vendunt, vel quoad pretium rerum venalium possint puniri in mulctis pecuniariis à lege positis per judicem laicum? t. 9. tr. 2. ref. 98. 99. 101. §. 1. in fine. pag. 148. 149. 150

An judex laicus, seu ejus minister inveniens Ecclesiasticos exportantes pecuniam, frumentum, equos, &c. à Regno contra legem possit talia auferre sine fractione libertatis Ecclesiasticæ, & timore excommunicationis? t. 9. t. 2. r. 100. & 101. §. ult. & in aliis earum not. p. 150

An Clerici transgressores legum civilium possint puniri à judice laico pœna pecuniaria à lege constituta? tom. 9. tr. 2. r. 101. p. 150

Ubi in exemplum proponuntur aliqui casus, sed jam omnes magis late in suis specialibus §§. sunt discussi.

An judex laicus possit procedere contra animalia, & pecora Clericorum, & Religiosorum, quæ in alienis pascuis reperta fuerint, & damnum factum exigi? t. 9. tr. 2. r. 102. & 103. & in aliis earum not. p. 150. & 151

An Notarius effectus Clericus sit puniendus à judice laico pro falsitate quando erat laicus? Et difficultas est, quid faciendum, si talis Clericus adhuc conficeret acta, & instrumenta? t. 9. tr. 2. r. 104. p. 151

An instrumentum incussari possit coram judice laico contra debitorem qui post obligationem Clericus effectus est? t. 9. tr. 2. r. 105. p. 151.

An si quis effectus est Clericus postquam lis contra eum coram judice laico mota est, possit apponere declinatoriam pro remissione ad judicem Ecclesiasticum? tom. 9. tr. 2. r. 106. p. 151

Ubi, quod stando in prima opinione, illa multis modis limitatur.

An laicus relegatus per certum tempus, intra quod efficitur Clericus & rumpit exilium, sit à judice laico pro dicta fractione cognoscendus? Et quid è contra? t. 9. tr. 2. r. 107. & 108. p. 152

An si quis fuerit bannitus tempore, quo erat laicus, & banno durante efficitur Clericus, liberetur à jurisdictione laicali? ibid. in fine r. 107. p. 152

Et quid, si Clericus committat delictum tempore Clericatus, & post delictum ducat uxorem? t. 9. tr. 2. r. 108. in fine p. 152. & r. 147. §. 1. & 2. p. 167

An sint aliqui casus, in quibus Principes sæculares possint pœnis coërcere Clericos? t. 9. tr. 2. r. 110. & in multis aliis Ref. & §§. hujus verbi p. 153. Sed vide in dicto tr. 2. t. 9. r. 24. 25. 91. §. ult. r. 111. p. 113. 114. & 153

An si Papa faceret aliqua mandata in destructionem Ecclesiæ possit Princeps sæcularis facto, & vi resistere illis, & impedire executionem talium mandatorum? t. 9. tr. 2. r. 110. in fine. p. 153

An judex sæcularis possit capere Ecclesiasticos, & Religiosos impedientes & resistentes jurisdictioni laicali, necnon illos punire pœna pecuniaria? t. 9. tr. 2. r. 111. pag. 153. & pro captura in ref. 112. 114. 115. & 25. §. 3. p. 153. 154. 155. & 114

An judex laicus possit in aliquibus casibus capere Clericum, & detinere in carceribus ultra viginti horas? Imo neque eo tempore detinere eum possit, si breviori illum judici Ecclesiastico remittere possit? tom. 9. tr. 2. r. 113. & in aliis ejus not. p. 154

Et in dicto casu si officialis laicus capiens Clericum statim suo judici non præsentat, incidit in excommunicationem Bullæ Cœnæ? ibid. §. 2. r. 113. & in fine resol. 115. p. 154

An qui alium capit ex justa causa possit illum detinere per spatium 20. horarum, & ipsum captum judici præsentare? Et si illum detinet ex justa causa, qua pœna puniri debetur? tomo nono, tract. 7. resolut. 64. à linea 5. pag. 132

An judex laicus, & ejus minister possit capere personam Ecclesiasticam in fragranti crimine, & deducere illam sine injuria ad suum Ecclesiasticum Superiorem? t. 9. tr. 2. resol. 114. 115. 112. 111. §. 1. & seq. & resol. 25. pag. 154. 155. 153. & 114

Et qui intelligendum, si non in fragranti crimine, sed noctu cum armis prohibitis, vel mutato habitu, Clericus inventus est, an in tali casu Clericus comprehendi possit? Ubi, an judex sæcularis jure defensionis suæ, aut alterius innocentis, licite comprehendat Clericum non solum in actuali aggressione crimine patrando, præveniendo illum, sed etiam in crimine patrato, ne fugiat, ut præsentetur suo Superiori? tom. 9. tr. 2. resol. 115. §. 1. & 2. pag. 155

An minister laicalis possit spoliare Clericum armis prohibitis absque metu excommunicationis, & maximè tempore noctis? Ubi, an Clericus ferens arma possit resistere cum armis bitroario volenti eum capere? t. 9. tr. 2. ref. 116. 117. 118. 119. 110. §. 1. à vers. Puede. p. 154. 155. 156. & 153

Et in dicto casu an judex Ecclesiasticus possit compellere arma illa spoliata restituere? tom. 9. tr. 2. r. 116. in fine §. 1. pag. 155

An Clericus exercens prohibitam venationem, vel piscationem, possit spoliari à judice sæculari, vel suis ministris avibus, vel canibus, vel aliis instrumentis? ibid. §. ultim. &c.

An minister laicalis possit tollere à Clericis vestes prohibitas deferentibus? tom. 9. tr. 2. ref. 117. §. 3. ad medium. pag. 156

An ad declinandum forum judicis sæcularis sufficiat possessio Clericatus? Et an Clericus, qui in re aliquâ in Trid. sess. 23. cap. 6. præscripta deficit, ob idque foro laicali subijciatur, non solum à judice laico, sed etiam à judice Ecclesiastico possit puniri, atque judicari? Ubi notatur, quod prima Tonsura unius testimonio probatur? tom. 9. tract. 2. resol. 120. §. 1. & sequentibus. p. 157

An Clericus in Minoribus, ut gaudeat privilegio fori, opus sit ut tempore delicti, vel saltem capturæ reperiatur in Tonsura, & habitu? tom. 9. tractat. 2. resolut. 122. p. 157

An si Clericus aliquis dimisisset habitum Clericalem, & illum reassumeret etiam sine licentia Episcopi, gaudeat privilegio fori, etiam si in Synodo hoc prohibitum esset fieri? t. 9. tr. 2. ref. 122. §. 3. p. 158

An privilegio fori gaudeat Clericus incedens in habitu, & Tonsura, & per paucas vices in Choro, & processionibus interfuit, quamvis de mandato Episcopi alicui Ecclesiæ non inserviat, vel beneficium Ecclesiasticum non habeat? tomo nono, tract. 2. resolut. 123. §. ult. p. 158

An Clericus gaudeat privilegio fori, & sit à laica jurisdictione exemptus, si tantum deferat habitum, & non Tonsuram, vel è contra? tomo nono, tract. 2. ref. 123. & 124. pag. 158

An Clericus, ut gaudeat privilegio fori debeat portare non solum pallium, sed etiam togam usque ad talos? tomo nono, tract. 2. resolut. 125. 126. & 127. in fine. pag. 158. & 159

Vtrum judex laicus possit in casu contingenti cognoscere de Clericatu, vel habitu? Pro utroque ibidem in resol. 127. & 128. p. 159. & pro parte habitus in r. 126. §. 1. 127. 128. 129. & 130. p. 159. & 160. & pro parte Clericatus in ref. 127. 128. pag. 159. & in tr. 1. r. 120. cursim post medium. p. 157

Et si Clericus captus incedat in habitu laicali, an tunc possit detineri per judicem sæcularem, donec judex Ecclesiasticus

cleſiaſticus ferat declarationem, an habitus, cum quo inventus eſt Clericus, ſit Clericalis, & dum pendet talis cognitio judex ſæcularis debeat ſuperſedere à progreſſu in cauſa delicti? Et quid, ſi fama eſſet publica, & notoria, quòd ille eſſet Clericus, an in tali caſu ſtatim ſit remittendus ad judicem Eccleſiaſticum ante cognitionem Clericatus? tom. 9. tract. 2. reſolut. 126. à linea 6. p. 159

An judex laicus poſſit punire Clericum, qui aſſumpſit habitum Clericalem poſt delictum patratum intentione ſubtrahendi ſe à ſæculari poteſtate? tom. 9. tract. 2. reſ. 131. 132. p. 160

Et in dicto caſu, ſi talis dicat ſe ſuſcepiſſe habitum Clericalem ex vi voti, an ipſius juramento ſtandum ſit? ibidem §. 2. reſ. 132. p. 161

Et notatur non poſſe judicem laicum talem Clericum ordinatum in fraude punire quoad pœnam corporalem, ſed tantum quoad pœnam pecuniariam, & confiſcationem bonorum, quamvis hoc non careat difficultate, quia exempta perſona non poteſt in rebus moleſtari? tom. 9. tr. 2. r. 131. §. 3. p. 160. & reſ. 66. & latiſſimè in aliis ejus not. p. 135

In Diœceſi N. volentes ad Ordines promoveri prius adſcribuntur Eccleſiæ Cathedrali, & per annum geſtant habitum Clericalem inſerviendo eidem Eccleſiæ, prout faciunt Clerici jam Ordinati, quæritur, an in dicto anno gaudeant privilegio fori? Vbi, an omnes ſervientes Eccleſiis gaudeant privilegio fori, maximè Scholares addiſcentes, & ſervientes Eccleſiæ? t. 9. tr. 2. r. 133. & 134. p. 161. & 162

Et notatur, quod licet Clerici, qui dicuntur Salvatici, non gaudeant privilegio Canonis, neque exemptione gabellarum, tamen gaudent privilegio fori? tom. 9. tr. 2. r. 134. §. 2. p. 162. & pro privilegio Canonis in tom. 5. tr. 2. reſ. 9. §. ult. p. 129

An percutiens Clericum non deferentem habitum, & Tonſuram incurrat excommunicationem Canonis? t. 9. tr. 2. r. 135. §. ult. p. 163

An Clericus incedens cum habitu, & Tonſura, ſed non deſerviens alicui Eccleſiæ, gaudeat privilegio fori? Et notatur, quod licentia Epiſcopi deſerviendi in certa Eccleſia, ſufficit, ut obtineatur ore tenus, ſed non ſufficit ſervitium in temporalibus, ſed in ſpiritualibus, & ſufficit, ſi ſervitium præbeatur in divinis alteri Eccleſiæ, quam illi, in qua mandavit Epiſcopus, etiam ſi ſerviat Capellæ exiſtenti in Eccleſia, quæ ab Epiſcopo confraternitati laicorum eſſet aſſignata? tom. 9. tract. 2. r. 135. 136. pag. 163

Et quid, ſi deſerviat alicui Eccleſiæ, etiam ſi hoc non faciat de mandato Epiſcopi? tom. 9. tr. 2. reſ. 136. §. 2. à linea 6. p. 163

An Clericus deſerviens Eccleſiæ de mandato, & ex licentia obtenta à Vicario Epiſcopi gaudeat privilegio fori? r. 9. tr. 2. r. 137. p. 164

Vbi infertur, quod forma legis non poteſt per æquipollens adimpleri? ibid. §. 3. ad medium, &c.

An adſcriptio in Eccleſia hodie non ſit neceſſaria de mandato Epiſcopi, ſed ſufficiat, quod realiter fiat ſervitium in divinis? t. 9. tr. 2. reſ. 136. §. 2. poſt medium. p. 163. & in reſ. 137. §. ult. p. 164

An Clerici Minores, ut gaudeant privilegio fori debeant in Dominicis diebus cum ſuperpelliceo Divinis intereſſe? t. 9. tr. 2. reſ. 138. p. 164

Et an hoc intelligendum ſit non rigide, id eſt pro omni tempore, ſed pro majori parte ipſius? ibid. §. 2. à lin. 5.

An Clerici in Minoribus obſervantes requiſita Concilii Tridentini, gaudeant omnibus privilegiis, quibus gaudent Clerici in Sactis conſtituti? t. 9. tr. 2. r. 139. p. 164

An judex laicus poſſit punire Clericos in Minoribus conſtitutos? Ubi explanantur omnia, quæ determinavit Concilium Tridentinum ſeſſ. 13. cap. 6. ut quis gaudeat privilegio fori? tom. 9. tract. 2. reſol. 140. p. 165

Vtrum Clericus habens beneficium, ſed non deſerens habitum, & Tonſuram, nec alicui Eccleſiæ deſerviens gaudeat privilegio fori? t. 9. tr. 2. r. 141. & 140. §. 2. p. 165

An ſi dictus Clericus habeat tantum titulum, & collationem beneficii, non autem poſſeſſionem, gaudeat privilegio fori, & ſit à jurisdictione laica exemptus? Et an hoc etiam procedat in Clerico poſſidente beneficium, ſed ſine redditibus? t. 9. tr. 2. reſ. 142. p. 166

An Clericus, qui habet tantum poſſeſſionem ſuper aliquo beneficio, gaudeat tanquam Beneficiarius privilegio fori, itaut ſit exemptus à jurisdictione ſæculari? Et quid, ſi non incedat in habitu, & Tonſura? tom. 9. tr. 2. reſ. 143. p. 166

An Capellanus, cui Capella in perpetuum, vel in titulum fuerit à Papa, vel Epiſcopo aſſignata gaudeat privilegio fori? Et quid eſt dicendum ſi habeat Capellaniam, vel beneficium vulgare dictum, ſervitium Miſſarum? Et quid, ſi Clericus habeat Præſtimonium, ſeu Fratraſiam, ſi dictum Præſtimonium poſſideat in titulum perpetuum, & aliquod ſpirituale annexum habeat? tom. 9. tr. 2. reſ. 144. p. 166

An habens Coadjutoriam à Papa conceſſam gaudeat privilegio fori? Et quid, de clerico, qui beneficium obtinet, quod obtinere non poterit, puta quia illegitimus, irregularis, vel ſi ordinatus eſt cum falſis dimiſſoriis, vel ſine illis? t. 9. tr. 2. r. 145. §. 1. & 2. p. 166

An ordinatus ante legitimam ætatem, vel extra tempora, & ſine dimiſſoriis, aut cum falſis, vel per ſymoniam aut ab Epiſcopo impedito ordines faciendi, v. g. excommunicato, ſuſpenſo, interdicto, &c. an gaudeat privilegio fori? t. 9. tr. 2. r. 146. p. 167

An qui beneficium habens delinquit, & poſtea matrimonium contrahit, ſit à judice laico puniendus? t. 9. tr. 2. reſ. 147. p. 167

An Clericus conjugatus cum unica, & Virgine, veſtes Clericales, & Tonſuram deponens, ſi poſtea illas reaſſumat, gaudeat privilegio fori? t. 9. tr. 2. r. 148. p. 167

An Clericus, qui poſt delictum commiſſum tempore, quo omnia requiſita habebat, ut fori privilegio gauderet, effectus ſit bigamus iniens aliud matrimonium, an gaudeat privilegio fori? t. 9. tr. 2. r. 147. §. ult. p. 167.

An Clericus ſolutus in Minoribus tempore delicti, ſi poſtea viduam ducat, ex bigamia amittat privilegium fori? t. 9. tr. 2. r. 149. p. 167

An ſit bigamus, itaut amittat privilegium fori, ſi quis fœminam à ſe prius cognitam ducat poſtea in uxorem? ibid. §. 2. r. 149. p. 167

An judex laicus poſſit cognoſcere, ſi Clericus ſit bigamus? t. 9. tr. 2. r. 150. p. 168

An miniſter laicalis jurisdictionis poſſit exercere jurisdictionem circa Clericos conjugatos non in criminalibus, ſed in civilibus? t. 9. tr. 2. r. 151. & 152. p. 168

An omnis negociatio, quæ aliis Clericis prohibita eſt, etiam Conjugatis Clericis prohibita cenſeri debeat? t. 9. tr. 2. r. 151. in fine. p. 168

An Clericus conjugatus, poſt dimiſſum habitum, & Tonſuram, ſi pro delicto aliquo in Curia laicali eſt citatus, & ob contumaciam condemnatus fuerit, ſi deinde reaſſumpto habitu, & Tonſura, modo non in fraudem Eccleſiæ deſerviat, an poſſit à judice laico propter delictum in carcerem conjici, aut perſonaliter adſtringi? Ubi docentur, quod ſi Clericus Conjugatus pro crimine Capiatur, incedens ſine habitu, & Tonſura, & deinde è carcere fugiens habitum, & Tonſuram reaſſumat, & in ea iterum capiatur, an gaudeat privilegio fori? ibidem §. 3. per totum, & in reſ. 152. p. 168

An Græcus, qui poſt contractum matrimonium, iniatus eſt minoribus Ordinibus gaudeat privilegio fori? t. 9. tr. 2. r. 153. p. 169

Et docetur Clericos in Minoribus conjugatos Orientales, quos

quos Græcos appellamus gaudere privilegio Canonis, & fori etiamsi Ecclesiæ non deserviant? ibidem propè fin. §.2

An uxores Clerici Græci, vel Latini in Minoribus constituti gaudeant privilegio fori in casu, quo ejus vir gaudeat? Et non solum vivente viro, sed etiam mortuo, durante viduitate, itaut uxor Clerici, quæ commisit homicidium, vivente, marito, vel durante viduitate, debeat conveniri coram Episcopo, non autem coram judice sæculari? t.9. tr.2. resol.154. 155. 156. §.2. & in aliis earum not. p.170. & 171

An uxores Equitum D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. gaudeant privilegio fori, etiam mortuo viro, donec alteri nubant? t.9.tr.2.r.156. & 157. p.171

Et quid dicendum est mortuo viro, si in viduitate permaneant de exemptione gabellarum, quod idem dicendum est de uxore Clerici conjugati, & Sacerdotis Græci? ibid. in res.156. & latè in res.157. p.171. & in fine res.154. p.170

Et quo sequitur non esse denegandam absolutionem viduæ olim uxori Equitis D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. si gabellas defraudet. ibidem in fine resol.156. p.171

An viduæ, & pupilli professorum, Doctorum, Medicorum, studiosorum, ipsiusque servientium, parentorum, maritorumque prædefunctorum, gaudeant Immunitatis commoditate, id est privilegio fori? t.9.tr.2.r.157. latè ante med. §.1. usque in fin. res.p.171. & in r.161. à lin.6. pag.174. & in tract.8. res.3. §.2. & in resol.7. pag.443. & 447. ante medium. Et hæc exemptio & pro parte in t.6. tr.1. ex lata doctrina res.132. in diversis ejus vers. signanter ad lin.6. §.1. & in fine §. Sed his, vers. Nono accedit, sed lege eam per totam, & non pigebit. p.92

An filii Clericorum gaudeant privilegio fori, itaut judex laicus illos punire non possit? Et an hoc intelligatur tantum de filiis legitimis, & vivente Patre? t.9.tr.2. res.158. 159. & 157. §.7. p.173. & 172

Et an supradicti filii Clericorum gaudeant exemptione gabellarum? ibid. in fine res.158. p.173

An Clericus emphytenta sit conveniendus coram judice laico ad solutionem laudemii, vel coram Ecclesiastico? t.9.tr.2.r.159. in fine. p.173

An familia laica Clericorum gaudeat privilegio fori? Et difficultas est de servis Clericorum temporalibus, & conductoriis. t.9.tr.2.r.160.§.2. p.173

An servi perpetui Clericorum, etiamsi sint Mauri, Turcæ, & à Catholica Ecclesia alieni, gaudeant tamen privilegio fori? tom.9. tract.2. resol.160. §. primo, & ultimo. p.173

An Religiosus professus, qui miscuit se in criminibus enormibus, amiserit privilegium fori, itaut sine metu censurarum possit illum judex laicus punire? Et supponitur Religiosum professum nunquam perdere privilegium fori etiamsi apostataret à Religione, habitumque dimitteret, quia privilegium fori est indultum à jure divino. t.9.tr.2.r.162. p.174

Et quæ sunt necessaria, ut Religiosus, & Clericus perdant privilegium fori? ibid. à §.4. usque ad 9. & in res.409. per tot. p.152

Et an in supradicto casu Religiosus à suo Superiore sit degradandus, & Curiæ sæculari tradendus; quod idem dicendum est de Clerico. t.9. tr.2. r.162. §.10. & seq. p.175. & latè in res.328. p.273

An Novitii in Religione Clericorum Regularium tempore hospitii gaudeant privilegio Canonis & fori? Ubi an Novitius cum licentia P. Generalis acceptatus in nostra Religione ante pubertatis annum, sit propriè Novitius, itaut gaudeat privilegio Canonis, & fori? t.9.tr.2.r.163. p.176

Et pro Novitiis in aliis Religionibus in res.263. cursim in duabus ult. ejus lin.

An impuberes admissi ad Religionem ante annos pubertatis gaudeant privilegio Canonis, & fori? t.9. tr.2. res.163. §.4. p.177.

An supradicti Novitii hospites gaudere etiam debeant privilegio exemptionis gabellarum, si aliqua bona possideant? ibid. §.5

An illi, qui assumpto aliquo habitu Religioso adhibentur ad servitium & obsequia Monialium, & ad petendum pro ipsis eleemosynam, gaudeant privilegio Canonis, & fori? t.9. tr.2.r.263. p.232. & r.176. §.1. in fine. pag.182. & pro privilegio Canonis in tom.5. tr.2. recitanter in §. Notandum est.

An Novitius ob delictum ab eo ante Religionis ingressum commissum sit ad judice laico puniendus, etiam si hoc in fraudem fecerit? Et an possit judex laicus punire in pecunia & bonis, non autem in corpore? tom.9. tr.2. r.164. & 165. p.177

An Novitius, habitu Religionis dimisso, possit à judice sæculari puniri ob delictum tempore Novitiatus commissum? Idem est de Religiosis emissis è Societate Jesv, si uxorem ducant, vel liberi in sæculo maneant? t.9. tr.2. r.166. p.178

Ubi notatur non posse Novitium cogi à Prælato Religionis ad luendam pœnam delicto suo condignam, etiamsi re integrâ, id est ante cœptum judicium discedere velit à Religione. ibid. §.4

An Equites Novitii D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, & sancti Joannis, &c. gaudeant privilegio fori? Et quid, de ipsis Equitibus jam professis D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. t.9. tr.2. resol.167. & 168. pag.178. 179

Et quid de exemptione gabellarum supradictorum Equitum Novitiorum? ibid. in res.167. ad lin.3. §.2. & in aliis ejus not. p.178

An judex laicus possit civiliter, seu criminaliter cognoscere causas adversus Equites D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. Et an dicti Equites gaudeant privilegio Canonis & fori? t.9. tr.2. r.169. p.179

An Fratres D. Joannis, qui portant mediam Crucem albam gaudeant privilegio fori, & gabellarum? tom.9. tr.2. r.170. p.179

An Milites D. Joannis gaudeant privilegio fori? t.9 tr.2. r.171. p.180

An Milites S. Stephani, S. Lazari, Avis, & Montesæ gaudeant privilegio fori? t.9. tr.2. res.171. §.3. & 4. & res.172. p.180. & res.167. §.ult. p.178

Et quid est dicendum de quibuslibet Religionibus militaribus tria vota emittentibus in manibus Prælati à Sede Apostolica approbatis? Secus autem dicendum est de Equitibus aurei Velleris, S. Michaëlis, Annunciationis B. Mariæ Virginis, & de Militibus Garreriorum, & de illis vulgò dictis *de la Banda*, & de omnibus aliis absque Sedis Apostolicæ authoritate erectis. t.9.tr.2.r.171. §.4. ad med. p.180. & r.167. §. ult. p.178

An Principes laici possint imponere, & exigere gabellas ab Equitibus D. Joannis, D. Jacobi, Alcantaræ, Calatravæ, Avis, Montesæ, S. Lazari, S. Stephani, &c. & adhuc Novitiis? t.9. tr.2. res.262. 167. §.2. & in aliis earum not. p.231. 178

Et an supradicti Equites sint verè Religiosi? tom.9. tr.2. res.262. à lin.5. p.231. & in res.167. breviter in §.1. p.178. & resol.169. cursim in principio. pag.179. & magis latè in tom.7. tr.3. ex res.54. §.1. p.270. & ibi in tr.1. res.99. §.2. p.75. & res.100. p.76. & in t.5. tr.7. res.34. §. Adde. p.333. & res.35. §.1. propè fin. p.334. & res.36. §. Nec valet. p.335

Et infertur dictos Equites posse confiteri cum Sacerdote sæculari non approbato ab Ordinario, sicut possunt alii Regulares, quod est valde notandum. tom.7. tr.1. res.87. in fine. p.64. & res.96. §.1. p.71. & res.99. §.2. p.75. & res.100. p.76. & in tom.1. tr.3. resol.22. §. Quoad secundum, & seqq. p.97. & in tom.2. tr.2.

ref. 22. §. 2. ante medium. pag. 171. & in tom. 3. tr. 1. refol. 39. §. ult. pag. 49. & ref. 79. §. Ex quibus, ante medium. p. 101. & in t. 9. tr. 2. ref. 262. inter medium, & finem, verſ. & docet. p. 232

An Rectores Hoſpitalium gaudeant privilegio fori, licet Hoſpitale non fuerit erectum authoritate Epiſcopi. t. 9. tr. 2. r. 173. & 177. in fine. p. 180. & 182

An Eremitæ gaudeant privilegio fori? Et quid de Eremitis profugis, qui non ſubſunt alicui Superiori Eccleſiaſtico? t. 9. tr. 2. r. 174. p. 181

An Tertiariæ D. Franciſci, ſeu Bizoche, vel Beatæ, ut vocant, gaudeant privilegio fori, & Canonis, & exemptione gabellarum? t. 9. tr. 2. r. 175. p. 181

An dictæ Tertiariæ poſſint conſequi legatum pro Monachatu, non obſtante quod vivant in propriis domibus. t. 9. tr. 2. r. 175. §. ult. & in aliis ejus not. ibid.

An viri Tertiarii Ordinis S. Franciſci, aliique ſimiles ſi collegialiter vivant, ſeu in clauſtris habitent, gaudeant privilegio fori? t. 9. tr. 2. r. 175. §. 2. ibid.

An oblati viventes in aliquo Monaſterio cum aliquibus conditionibus gaudeant privilegio fori? tom. 9. tract. 2. ref. 176. pag. 182

An Confraternitates laicorum gaudeant privilegio fori, itaut Epiſcopis ſint ſubjectæ? Et quid, ſi in eis opera charitatis, & pietatis, & exercitia ſpiritualia exerceant, etiamſi authoritate Epiſcopi non ſint fundatæ? Vbi an bona ſupradictarum Confraternitatum poſſint alienari ſine aſſenſu Apoſtolico? t. 9. tr. 2. r. 177. p. 182

An judex laicus poſſit dirimere controverſias ortas inter Confraternitates incedendi in aliqua proceſſione? t. 9. tr. 2. r. 178. ibid.

An ſint exempti ab onere hoſpitandi Patres, fratres, & nepotes Clericorum, dum una ſimul habitant? Vbi notatur Magiſtratus ſæculares non poſſe hoſpitari facere milites in domibus Eccleſiaſticarum perſonarum, quamvis laicis locatis. t. 9. tr. 2. r. 179. p. 183

An Epiſcopus poſſit cognoſcere de delicto admiſſo à laico officiali ſuo? Et an carcerarii, Fiſcales, Commiſſarii, Magiſtri, Litores, Notarii, Actuarii, &c. Curiæ Epiſcoporum, & Bariſellus Epiſcopi etiamſi ſint laici in omnibus delictis etiam commiſſis extra Officium, quamvis non habeant requiſita Concil. Trid. t. 9. tr. 2. r. 180. & 181. §. ult. & in multis aliis earum not. p. 183

An Epiſcopi poſſint excommunicare judices laicos, qui volunt cognoſcere delicta ſuorum officialium, & famulorum? t. 9. tr. 2. r. 180. in fin. & 181. ibid.

An familia laica Epiſcoporum gaudeat privilegio fori, id eſt, familiares commenſales, vel conducti, & mercede ſervientes Epiſcopis, qui domeſticis ſervitiis mancipantur, quamvis non habeant requiſita Concil. Trident. t. 9. tr. 2. ref. 181. §. 1. & 2. p. 183. & ref. 182. 183. §. ult. p. 184. & ref. 133. §. 6. p. 162. & in tr. 8. ref. 2. §. 2. poſt med. p. 442. & r. 8. à lin. 6. p. 448. & ibi lege declarationes adductas in ref. 4. p. 443

An familia laica Epiſcopi Titularis, vel aliorum Prælatorum habentium territorium, & jura Epiſcopalia cum poteſtate juriſdictionis, ut eſt in Sicilia, Archimandrita Meſſanenſis, &c. gaudeat privilegio fori? Ubi in caſu occurrenti, an pro delicto punienda ſit ſupradicta familia laica Epiſcopi Titularis ab Ordinario loci, & non ab ipſo Epiſcopo Titulari? tom. 9. tract. 2. ref. 184. p. 186

An familia laica Vicarii Epiſcopi gaudeat privilegio fori? t. 9. tr. 2. r. 185. p. 187

An judices laici poſſint præſcribere numerum ſatellitum Epiſcoporum, vulgò dictorum *Alarii*? t. 9. tr. 2. reſolut. 186. ibid.

An offendentes Curſorem, ſeu alium Miniſtrum Epiſcopi, non in executionem officii, ſed ex odio, & inimicitia privata, ſint puniendi ab Eccleſiaſtico, vel à judice ſæculari? Et an ſaltem ſit caſus mixti fori? tom. 9. tr. 2. r. 187. ibid.

Ubi in exemplum alii diverſi caſus de offendentibus Clericum, Conſiliarios Principes, & Miniſtros S. Inquiſitionis.

An Epiſcopi poſſint viſitare Hoſpitalia etiamſi à Patrono in ipſius fundatione aliter cautum ſit; maximè conſentiente ipſo Epiſcopo? Et quid in caſu negligentiæ, ſi fundator, aut teſtator alios executores non ſubſtituerit? t. 9. tr. 2. r. 188. p. 188

An Epiſcopus poſſit viſitare Hoſpitalia, & Confraternitates quoad decentiam cultus, etiamſi exiſtant ſub protectione Regum? Vbi, quod licet Epiſcopus non viſitet Capellas particulares & exemptas, tamen poteſt inquirere, an decenter ibi Sacra miniſtrentur. tom. 9. tr. 2. ref. 189. p. 189

An juriſdictio temporalis Archiepiſcopi Montis-Regalis ſit à Rege Guillelmo II. ita ei conceſſa, ut omnem ſuperioritatem à ſe abdicaverit, & poſſit ab illo exerceri per Gubernatorem Eccleſiaſticum? t. 9. tract. 2. ref. 190. pag. 190

Vbi infertur, quod quando ſumus in dubiis, vel diverſis opinionibus illa eſt ſequenda, quæ favet Eccleſiæ, & ejus juriſdictioni, etiamſi contraria ſit communis, ibid. propè fin. ref. 190. p. 193. & latiſſimè in ref. 201. & in multis aliis ejus not. p. 197

An quando Clericus inſtituit hæredem alium Clericum, vel laicus condidit teſtamentum ad pias cauſas poſſit judex Eccleſiaſticus dicta teſtamenta publicare? t. 9. tr. 2. r. 191. p. 193

Et in dicto caſu, an inventarium ſit faciendum ante judicem Eccleſiaſticum? ibid. in fine dictæ ref. 191

An mortuo Epiſcopo inventarium pro ſpolio poſſit fieri à judice laico? t. 9. tr. 2. r. 192. p. 193

An judex laicus poſſit cognoſcere in cauſa hæreſis, ſi agatur de quæſtione facti? t. 9. tr. 2. r. 193. 194. & in aliis earum not. p. 194

Judex laicus non poteſt cognoſcere de crimine ſortilegii, quando hæreſim continet. t. 9. tr. 2. ref. 193. in fine. p. 194. & in t. 5. tr. 10. r. 103. p. 453

An judex laicus poſſit punire Apoſtatas? tom. 9. tract. 2. ref. 195. p. 194

An Reges poſſint ſtatuere, ut familiares S. Inquiſitionis non gaudeant privilegio fori in aliquo delicto ſine conſenſu DD. Inquiſitorum? Vbi, quod hoc privilegium fuit conceſſum propter benemerita, & ſervitia facta à Tribunali S. Officii ad bonum publicum: ergo eſt remuneratorium, quod tranſiit in vim contractus, & factum eſt irrevocabile, maximè ut conceſſum non ſubdito. t. 9. tr. 2. r. 196. p. 195

An ſi Princeps conderet ſtatutum abrogans aliud ſtatutum, quod Clericorum exemptionem continebat, peccet contra Immunitatem Eccleſiaſticam, & alter volens incurrat in excommunicationem Bullæ Cœnæ? t. 9. tr. 2. r. 197. p. 195

Et advertitur ſtatutum eſſe contra libertatem Eccleſiæ, quando eſt contra libertatem unius Eccleſiæ tantum. ibid. in fine dictæ ref. 197. p. 196

An ſtatuta laicorum etiam favorabilia Clericis ſint valida? t. 9. tr. 2. ref. 198. & in aliis ejus not. p. 196

An ſtatuta, & leges Principum ſæcularium, etiam licita, & honeſta propter bonum commune, & neceſſitatem, aut publicam neceſſitatem facta ſint, & quæ privilegia Eccleſiæ non læderent, adhuc non ligent Clericos? t. 9. tr. 2. r. 198. §. 2. & in multis aliis ejus not. p. 196

Quid facere debeat Epiſcopus, dum judices laici edunt aliquod ſtatutum contra libertatem Eccleſiaſticam? Vbi docetur, quod ſtatuentes poſſint cogi per cenſuras, ut declarent, quod non comprehenduntur Eccleſia, & perſonæ Eccleſiaſticæ. t. 9. tr. 2. ref. 199. & in aliis ejus not. p. 196

Quando ſtatuta laicorum ſint contra Immunitatem Eccleſiaſticam? Primo, quando Eccleſia, & perſonæ Eccleſiaſticæ prohibentur, aut impediuntur uti rebus, aut facultati

facultatibus à jure communi sibi concessis, &c. t. 9. tr. 2. r. 200. & in multis aliis ejus not. p. 196

Et an quando Ecclesiasticæ personæ efficiuntur timidiores. t. 9. tract. 2. res. 200. §. 3. & seqq. pag. 196. Vbi alii quatuor casus. Sed jam omnes in suis specialibus §§. sunt adnotati.

Quando sumus in dubiis, vel opinionibus, an aliquod statutum sit contra Immunitatem Ecclesiasticam, an debeamus opinionem, quæ favet Ecclesiæ amplecti? t. 9. tr. 2. res. 201. p. 197. & in fine. §. 9. r. 162. p. 175. & latè in §. 5. r. 190. p. 190. & in fine res. 195. p. 194. & in res. 207. §. 7. p. 200. & in res. 214. §. 1. ad med. p. 203. & ibi in tr. 1. r. 42. §. 2. propè fin. p. 30. & in res. 118. §. ult. p. 73. & in res. 128. in fine §. 9. p. 84. & ibi in tr. 3. res. 11. §. 1. ad med. p. 311. & ibi in tr. 8. res. 4. §. ult. p. 445. & in tom. 6. tr. 7. res. 119. §. 5. ad medium. pag. 374

An Principes statuentes ne in eorum statu possint ædificari de novo Ecclesiæ, & Monasteria sine eorum licentia, derogent Immunitati Ecclesiasticæ? Vbi, an Constantinus Imperator concesserit facultatem, ut Ecclesiæ per totum Orbem ædificari possint? t. 9. tr. 2. r. 202. & 203. p. 197. & 198

An Principes possint statuere, ne beneficia Ecclesiastica exteris conferantur? tom. 9. tract. 2. res. 204. & 205. §. ult. pag. 198

Et infertur non esse liberum Magistratibus, & judicibus sæcularibus literas Pontificias rejicere, quarum authoritate beneficia exteris conferuntur. t. 9. tr. 2. res. 204. §. 2. pag. 198

An possit Romanus Pontifex juri patronatus laicorum derogare, si velit? ibid. propè fin. res. 204

An statuta, in quibus cavetur, ne quis possessionem apprehendat alicujus Ecclesiæ, vel beneficii sine facultate Principis, vel suorum Ministrorum sint contra libertatem Ecclesiasticam? t. 9. tr. 2. r. 205. p. 198

Et an hoc procedat in Regibus, qui ex privilegio Pontificis habent collationem, &c. ut in eorum Regnis nullus exterus beneficium obtinere possit? ibid. §. ult.

An judex, & Minister Regius possint cognoscere causam, cum agitur, v. g. ut Petrus recuperet Ecclesiæ possessionem, à qua est ejectus per vim; vel retineat beneficii possessionem, in qua ab alio turbatur; neque ob receptam consuetudinem hæc causa ad judices sæculares pertinere potest, neque potest adduci tolerantia Pontificis? t. 9. tract. 2. relolut. 206. 207. & 330. §. 3. pag. 198. 199. & 279

An judex laicus, si pro sua jurisdictione habeat opinionem probabilem, sed excommunicatur ab Episcopo, vel declaratur incidisse in excommunicationem latam à jure, stante probabilitate contraria, sit verè excommunicatus, & teneatur ei obedire? t. 9. tr. 2. r. 207. §. 5. & 6. & in aliis ejus not. p. 199

Vbi, in conflictu opinionum illa est sequenda, quæ favet Ecclesiæ. Vbi etiam, quod opinio communis non est attendenda, quando altera contraria favet jurisdictioni Ecclesiasticæ. ibid. §. 7. & latè in multis aliis ejus notationum.

An saltem, quando v. g. est dubium, an statutum sit, vel non sit contra Immunitatem Ecclesiasticam, consulendus sit prius Summus Pontifex? ibidem ad medium dicti §. 7

An si Princeps statuat, ne suis privilegiis potiantur ji, qui subditi non sunt, an fiat contra Immunitatem Ecclesiasticam, & Clerici illis non possint uti? t. 9. tract. 2. res. 208. pag. 200

Quædam civitates habent privilegium, ut qui ad eas confluant habitationis causa, non possint per quinquennium ab eorum creditoribus constringi; quæritur, an si Princeps in causa particulari statuat per publicam scripturam, ne aliqui debitores, inter quos nominat quendam Sacerdotem, possint dicto privilegio frui, vel hoc statutum sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? t. 9. tr. 2. r. 209. p. 201

An statutum, quando fundatur in publica utilitate, & necessitate politica, etiamsi faciat mentionem de Clericis, sit invalidum, & lædat Immunitatem Ecclesiasticam? t. 9 tr. 2. r. 209. §. 4. p. 201. & res. 210. p. 202. & in aliis multis positis in adnot. ejus ultima.

An statutum, si tollat Clericis ea, quæ tanquam civibus sibi competunt, sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? t. 9. tract. 2. res. 211. & in multis aliis ejus notationum. pag. 202

An statuta prohibentia extractionem, vel introductionem annonæ, videlicet vini, frumenti, tritici, olei, bladæ, leguminum, & hujusmodi deferri, vel introduci in civitate, comprehendant Clericos, extrahentes, vel introducentes hujusmodi bona, vel fructus in suis prædiis recollectos? t. 9. tr. 2. r. 212. 213. §. 2. p. 203

An statuta, quæ non efficiuntur animo præiudicandi Ecclesiasticos, sed propter bonum commune infringant libertatem Ecclesiasticam? t. 2. tr. 2. r. 214. §. 16. p. 206

An Principes possint statuere, ne laici vendant Clericis, vel emant, ne molant, aut coquant panem, aut ne exhibeant aliqua alia servitia, vel obsequia; an ita statuentes incidant in excommunicationem Bullæ Cœnæ? t. 9. tr. 2. r. 215. p. 207

An statutum laicorum prohibens generaliter librorum impressionem, absque eorum licentia comprehendat Clericos? Et an Episcopi possint hoc statuere? tom. 9. tr. 2. r. 216. p. 207

An Pragmatica super Chartam, vulgò dictam *Papelsellado*, violet Immunitatem Ecclesiasticam? tom. 9. tract. 2. res. 217. ibid.

Vbi, quod ex justa causa Rex potest concedere venditionem aliquarum rerum, & monopolium circa aliquas merces. ibid. in §. 4. & 12

An Principes, si per aliqua statuta disponant de his, quæ ad funera & exequias pertinent, efficiant contra libertatem Ecclesiasticam, & sint excommunicati? Vbi plura circa hoc explanantur, & distinguntur. tom. 9. tr. 2. r. 118. p. 210

An lex, seu statutum, quod aliquis adiens hæreditatem non confecto inventario, teneatur ultra vires hæreditatis, comprehendat Clericos, Ecclesias, & Monasterios? t. 9. tr. 2. r. 219. p. 211

An statutum, ut quis, qui nondum habet ius in re bonorum, quæ possessurus est, Dominus sit, si non ingrediatur Religionem, sin vero amittat, an tale statutum sit illicitum, & contra Immunitatem Ecclesiasticam? Idem est, si in testamento aliquis apponat dictam conditionem. t. 9. tr. 2. r. 220. p. 211. & in tom. 6. tr. 8. res. 42. pag. 332

An si legentur ducenta si nubat, centum vero si Religionem ingrediatur, debeantur ducenta Religionem ingredienti? ibid. in fine res. 220

An Principes possint leges condere circa matrimonium, & eius impedimenta? t. 9. tr. 2. r. 221. & 222. p. 212

Et quid circa accessoria, & accidentalia matrimonii; v. g. circa dotem & lucrum dotis; vel donationem inter virum, & uxorem; disponsalitiam largitatem; filios spurios, & illegitimos, & similia? ibid. in §. 2. res. 221

An Principes laici quoad suos subditos possint statuere, & inducere impedimenta dirimentia, vel dissolventia matrimonium? t. 9. tr. 2. r. 222. 340. 341. & 342. latissimè. p. 212. 293. 297. & 298. Vbi expenditur locus Concil. Trid. de cognitione causarum matrimonialium, & respondetur ad argumenta contraria. ibid. in resol. 341. 227. 228. 229. & 279. §. 5. pag. 293. 215. & 237

Et notatur fideles subiectos Principibus Ethnicis non adstringi impedimentis matrimonium dirimentibus juxtà ritus & leges eorum civiles. t. 9. tr. 2. resol. 340. §. 14. ad medium. p. 296

Difficul

Difficultas est, an si Princeps Christianus de facto apponeret aliquod impedimentum dirimens matrimonium, non obstante hac reservatione factum teneret, & matrimonium contractum cum tali impedimento validum esset. t.9.tr.2.r.222.§.4. & 5. p.212
An vero sola consuetudine possit induci impedimentum dirimens matrimonium? ibid. in fine res. 222. p.213
Et asseritur singularem unius Doctoris sententiam, si sustinet valorem matrimonii esse præferendam communi opinioni. t.9.tr.2.r.340.§. ult. p.296. & latè in t.2. tr.6.r.135. & in aliis ejus not. p.412
An valeat statutum, in quo cavetur, ne filia, vel filius possit contrahere matrimonium sine consensu Patris, aliàs cadat ab hæreditate? t.9.tr.2.r.223.224.226. propè fin. p.213.214. & latè in res.343.p.299
Et notatur Patrem non debere, nec posse in foro conscientiæ exhæreditare filiam, etiam stantibus his legibus si nupserit contra eius voluntatem; nec posse Confessarium absolvere Patrem in articulo mortis, nisi prius revocet testamentum, ubi eam exhæreditavit. t.9.tr.2.r.223.§.3. in fine. p.213
An testator possit disponere, ut sua filia nubat de consilio alicuius? ibid. §.2. in fine.
An Pater incurrat excommunicationem Concil. Trident. si iniustè impediat matrimonium filiorum? ibid. §. 3. ad medium.
An statutum disponens, & puniens mulierem matrimonium cum hominibus alterius civitatis contrahentem, & nubentem cum sua familia privandam fore hæreditate, & si ei sit quæsita, sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? t.9.tr.2.r.225.p.214
An filii debeant adimplere sponsalia à Parentibus promissa? t.9.tr.2.r.243.p.213. & latè in tom.2.tr.6. res.58.p.365
An Princeps laicus possit imponere pœnas, ne matrimonium inter consanguineos contrahatur, & illas exigere, etiam impetrata à Pontifice dispensatione? t.9. tr.2.r.226.p.214
An laicus sit judex competens, quando agitur de possessorio matrimonii? t.9.tract.2.resol.227.279.§.5. p.215.237. & latè in res.341.p.297. Vbi expenditur locus Concil. Trident. de cognitione causarum matrimonialium.
An iudex Ecclesiasticus sit iudex competens in causis sponsalium? Et quid si iuramento firmatæ sint? Vel an saltem sint mixti fori? tom.9. tract.2. resolut.228. pag.215
Ad quem iudicem spectat spiritualem, vel sæcularem, pendente lite super matrimonio, vel sponsalitiis sequestrare puellam, causa explorandi voluntatem? tom.9. tr.2. res.229.230.§.5. & seqq. p.215
De sequestrando Novitio à Religione, vel puella, pendente lite matrimonii, ut eorum voluntas cognoscatur. Vbi docetur potestatem sæcularem non posse cogere Religionem ad ita exponendum Novitium, de positandumve, nisi illi ex parte Religionis vis fieret manifesta; & extra hunc calum iudices sæculares, si id tentarent, gravissimè peccarent, & excommunicationem Concil. Trident. sess.25. cap.18. de Regul. ipso facto incurrerent. Et quid est sentiendum, si authoritate Ecclesiastica Summi Pontif. vel Nuntii Apostolici id fiat? t.9.tr.2.r.230.p.215
An de causa dotis principaliter, & non incidenter intentenda possit iudex Ecclesiasticus inter laicos cognoscere? Et quid, quando dos in testamento relicta est puellæ pauperi? t.9.tr.2.res.231.p.216
Probatur matrimonia inter raptores Virginum esse valida. t.9.tr.2.r.344.p.301
An matrimonia consanguineorum Principum sine eorum consensu contracta sint valida? ibid. §. quinto, & seqq.
An Principes, seu Ministri laici possint statuere irritando aliqua juramenta, quæ in certis contractibus apponuntur, ut super matrimonio, decimis, & similibus? t.9.tr.2.res.232.p.216
An Princeps sæcularis possit relaxare obligationem iuramenti præstiti? Et an saltem si non possit propriè iuramentum relaxare, possit tamen condonare, & remittere obligationem, quam pars ipsa, cui iuratur, concedere potest? t.9.tr.2.r.233.p.217
An iudex laicus possit cogere sæculares ad condonandam obligationem iuramenti metu, aut iniuria extorti? Et an quando iudex laicus hoc possit efficere, poterit etiam iudex Ecclesiasticus? tom.9.tract.2.resol.234. ibidem.
An Principes sæculares non tantum possint resistere iuramento, itaut prohibeant, ne fiat, sed etiam possint impedire effectum illius, itaut si fiat, nullatenus sequatur obligatio? Et quid circa hoc in Regno Cathaloniæ, & de ordinatione Lusitana, prohibente apponi iuramentum in ullo contractu? tom.9. tract.2. resol.235. ibidem.
Vbi non solum iudex laicus ad observationem iuramenti super contractu, vel simili negotio interpositi laicos suos compellere potest, sed etiam iudex Ecclesiasticus, itaut in tali casu materia iuramenti sit mixta? ibidem propè finem.
An leges illæ irritantes contractum solum propter adiectionem iuramenti sint saltem indirectè contra libertatem Ecclesiasticam? ibid. inter medium & finem resolut.235. à vers. Non carent, & resolut.232.280. §.3.281. in fine, & resolut.282. §.1. & 2. pag.238. & 240. & in tract.8. resolut.7. propè finem à vers. Ad id. p.448
An iudex Ecclesiasticus sit competens quoad relaxationem iuramenti, sed ad effectum etiam agendi, ut præstita relaxatione annullet, & rescindat ipsum contractum? Et quid, si causa agatur cum hæredibus iurantis? t.9.tr.2. res.236. p.218
An Principes imponentes gabellas licet iustas super bona Ecclesiasticorum, incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, vel tantum incurrant in aliam excommunicationem Papalem, à qua satisfacta parte per Bullam Cruciatæ absolvi possint? tom.9. tract.2. resol.237. ibid.
An aliqua civitas, vel Princeps possint exigere tributa à Clericis, quia per consuetudinem immemorabilem ita semper factum est? Et an colore talis prætextus liberentur à censura excommunicationis, & restitutionis debito? t.9.tr.2.r.238.& 239. p.219
An quædam doctrina Sylvestri de gabella solvenda à Clericis super carne, vino, &c. sit vera? t.9. tract.2. res.240.241. & 244. p.219.& 220
Et an laici possint aperire tabernas, in quibus sine onere vectigalis consuere possint Clerici? ibidem propè finem resolutionis 240. & 244.§. ultimo ad medium. pag.219, & 221
An emens victualia pro filio Clerico, vel Capellano suæ familiæ, teneatur solvere gabellas? Et additur, quod in tali casu Patres possunt donationem facere filiis de tota illa summa, quam expensuri sunt pro illis, & postea eorum nomine illam expendere in eorum servitio. t.9.tr.2.r.242.p.220
An licitè Senatus Panormitanus, & alia Respublica exigant gabellas ab Ecclesiasticis cum animo restituendi eas in fine anni? t.9.tr.2.r.243.p.220
An si Princeps, vel aliqua Respublica propter aliquam iustam causam augeret tantillum pretium carnis, vini, olei, &c. ut illud plus convertatur in illam causam, non quidem in gravamen Clericorum faciens principaliter, sed generaliter in gravamen omnium, incurrant in excommunicationem Bullæ Cœnæ, si talem gabellam à Clericis exigant? t.9.tr.2.r.244.§.1.& 2. & res.240. & 241. p.220. & 219

Et

Et an in tali casu aperienda sit alia taberna ad quam sine tributo confluere possint Clerici ad emendum vinum, oleum, &c. justo pretio? t. 9. tr. 2. r. 244. §. ult. p. 221. & in fine r. 240. p. 219

An Princeps laicus, si juste statuendo pretium legitimum vini, vult postea super emptore laico gabellam, quam extra pretium legitimum, & legale justum dandum venditori, debeat ipse emptor dare pro bono, & necessitate publica, quæritur, an talis gabella sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? t. 9. tr. 2. r. 245. p. 221

Ubi asseritur gabellam impositam super emptore rerum Ecclesiasticarum esse injustam, & contra Ecclesiasticam Immunitatem.

An Princeps, seu alius Superior laicus sine consensu Clerici possit imponere gabellas super ejus bona ex aliqua publica necessitate, ut pestis, &c. t. 9. tr. 2. r. 246. & in aliis ejus not. late. p. 222

An Clerici teneantur ad subsidium Patriæ, & onere communi? t. 9. tr. 2. resol. 336. 246. & late in multis aliis earum not. p. 287. & 222

An in casu, quo collectæ, seu gabellæ juste imponantur pro communi, & justa Reipublicæ utilitate, possint imponi inconsulto Romano Pontifice? t. 9. tr. 2. r. 247. & in multis aliis ejus not. p. 222

Et quid, si periculum est in mora consulendi Summam Pontificem? ibid. in §. 2. & in multis aliis ejus not.

An dictæ gabellæ, si excedant octavam partem, sint iniustæ? ibid. §. 3. & seqq.

De conditionibus, quas requirit Cap. Non minus, & cap. Adversus, de Immunitate Eccles. ut Clerici possint collectari in communibus utilitatibus, vel necessitatibus. t. 9. tr. 2. r. 248. p. 223

An in tali casu inconsulto Summo Pontif. sufficiat ad validitatem actus consensus Episcopi, & Clerici? ibidem §. 2. & in aliis eius not.

Et in dicto casu, quid sub nomine Clerici intelligatur? ibidem §. 4. pag. 224

Et advertitur, quod hæc necessitas, ut imponatur gabella, inconsulto Summo Pontif. potest contingere in exactione, quæ ad unum actum, vel ad breve tempus fit. ibid. prope finem §. 3. &c.

Et in dicto casu, si adsit consensus Pontificis, an sit necessaria consultatio Clerici, & vocato Clerico, an tunc sit necessarium servare formam, cap. Non minus, de Immunitate Eccles. Ibid. §. ult. ad medium, p. 225

Et notatur, quod exactio in dictis casibus, & contributionibus per Ecclesiasticos persolvenda est, & per personas Ecclesiasticas tantum ab Episcopis deputandas efficienda erit. ibid. prope fin. dictæ r. 248

An Decretum Bonifacii VIII. in cap. Clericis, de Immunitate Eccles. in 6. hodie persistat? Et quidquid sit de aliis Regibus, difficultas est de Regibus Galliæ stante privilegio Bonifacii VIII. concesso Philippo pulchro, ut non spectato Episcoporum consensu, possint, urgente necessitate, imponere onera Ecclesiasticis, & an tale privilegium sit in usu. t. 9. tr. 2. r. 338. p. 291

Quando laicorum facultates non sufficere censendum sit, ad hoc ut Clerici cum consensu Episcopi, & consulto Romano Pontif. contribuere in aliquibus casibus teneantur? t. 9. tr. 2. r. 249. p. 225

Et notatur in dicto casu Dominos Episcopos non debere statim licentiam Pontificum executioni mandare, nisi visis, videndis, &c. quæ in dictis Bullis Pontificum pronuntur. t. 9. tr. 2. r. 248. §. ult. ibid.

An Ecclesiastici teneantur solvere gabellas impositas pro primo introitu Regis in civitate? tom. 9. tract. 2. resolution. 251. p. 226

Utrum Clerici teneantur ad gabellam, quæ imposita est pro manu tenendo Exercitum in partibus inimicorum, ut tutius confinia Regni conserventur? tom. 9. tract. 2. r. 252. & 336. p. 226. & 257

An Princeps laicus possit imponere gabellas super bona Ecclesiasticorum propter reparationem murorum, pontium, viarum, fontium, & similium, ad communem usum civium, & Clericorum necessaria, nisi in subsidium, nempe quando deficerent facultates laicorum? t. 9. tr. 2. r. 253. & in multis aliis eius not. p. 226

An clerici teneantur ad expensas Academiæ publicæ Principis sæcularis? Et quid pro Physico, Chirurgo, ludi Magistro, &c. t. 9. tr. 2. r. 337. in fine. p. 291

An Clerici teneantur ad contributionem, ut oppidum, quod Rex vendere parat, se redimat? t. 9. tract. 2. r. 253. §. 4. in fine, & seq. p. 227

An Clerici teneantur, & possint per judices laicos cogi ad reparandam viam ante domos suas? tom. 9. tract. 2. resol. 254. pag. 227

Et quid, si graculi, aut vermes, vel locustæ, seu bruchi nascantur in vineis, vel messibus alicuius Clerici, vel pro reparatione aggerum, ne flumen vicinos agros Clericorum, & laicorum inundet? tom. 9. tract. 2. resolution. 254. §. 3. ibid.

An Principes possint imponere gabellas super bona patrimonialia Clericorum, sive ipsis donata, aut empta; aut quovis alio titulo quæsita sint? tom. 9. tr. 2. r. 255. & in multis aliis eius not. ibid.

An Clerici teneantur solvere vectigal in extractione frumenti, vini, olei, & similium, quæ ex bonis patrimonialibus collegerunt, ut alibi conducendo carius vendant? t. 9. tr. 2. r. 256. p. 228

Et docetur non omnem negociationem lucrativam esse interdictam Clericis, sed illã tantum, quando res ipsa non meliorata cariori pretio vendenda est, & quæ debitum tributum habet annexum, secus si res meliorata cariori pretio vendenda, quam empta fuit, ut emere jumenta, ut nutrita, & meliorata vendant cum lucro. Item oves emere, & nutrire, ex quibus vendant caseos, & agnos; vel quodcumque genus rei, quod noverint sua arte meliorandum sit, &c. t. 9. tract. 2. resol. 256. §. 3. à lin. 6. pag. 228. & resol. 214. §. 17. p. 206. & resol. 264. §. 2. p. 232. & in t. 6. tr. 3. r. 187. §. 1. à lin. 5. & in §. 2. prope fin. vers. Et tandem, p. 219. & in r. 188. §. 3. p. 221. & hoc intellige pro negociatione lucrativa ex re meliorata.

Et pro negociatione lucrativa, sed re non meliorata in r. 2. & 3. not. præteriti §. & melius cum multis DD. in r. 5. §. Respondeo, ante medium, à vers. Quia illa tantum; & in t. 6. tr. 3. r. 179. p. 216

An Clerici teneantur solvere gabellam, & collectam certam, & invariabilem impositam per statutum super aliqua bona priusquam ad eos perveniissent? tom. 9. tr. 2. r. 257. §. ult. & 258. &c. p. 229. & 230

Et asseritur, quod prædia omnia sunt obligata pro tributis Reipublicæ impositis, & imponendis, & cum hoc onere transire ad Ecclesiam, sed resolvitur, quod hæc opinio est falsa. t. 9. tr. 2. r. 258. §. ult. p. 230

An Princeps possit imponere, & exigere gabellas à Clericis in Minoribus constitutis? Et quid de constitutis in prima Tonsura? Et quid, si adsit consuetudo in contrarium? Et an qui vectigalia ab illis exigerent, vel imponerent, in excommunicationem Bullæ Cœnæ inciderint. t. 9. tr. 2. r. 159. & in aliis ejus not. ibid.

An Princeps sæcularis possit imponere, & exigere gabellas à Clericis in Minoribus, non habentibus requisita Concilii Trid. sess. 23. c. 6. t. 9. tr. 2. r. 260. p. 231

An Princeps possit imponere gabellas super bona Clericorum, qui habitum Clericalem assumpserunt sine intentione Clericandi, sed tantum in fraudem collectarum? t. 9. tract. 2. r. 261. p. 231

An Princeps possit imponere, & exigere gabellas ab Equitibus D. Iacobi, Alcantaræ, Calatravæ, & adhuc Novitiis? t. 9. tr. 2. r. 262. & in aliis ejus not. ibid.

Et an supradicti Equites sint veri Religiosi, & possint confiteri cum Sacerdote non approbato ab Ordinario, sicut possunt alii Regulares? t. 9. tr. 2. r. 262. à lin. 4. & late in multis aliis eius not. ibid.

An Princeps possit imponere gabellas super bona Novitiorum ? tom. 9. tract. 2. resolution. 263. & in multis aliis ejus not. pag. 232

An Clericus, vel Religiosus conducens agros alienos teneatur solvere gabellam ex fructibus inde perceptis ? t. 9. tr. 2. r. 264. & in aliis eius not. ibid.

An Clericus negotiator statim ante trinam monitionem teneatur solvere gabellas, & Princeps laicus illas ab illo possit licite exigere ? tom. 9. tract. 2. resolut. 265. 266. 267. pag. 233

An dicta, vel alia gabella, quando Clerici tenentur illam solvere, possit superior laicus ad illam solvendam compellere ? t. 9 tr. 2. r. 268. p. 234

An etiam post trinam monitionem Clericus negociator non perdat exemptionis Immunitatem quoad bona Ecclesiastica ? t. 9. tr. 2. r. 267. §. ult. ibid.

Et explanatur, quod si Clericus negociator in judicio pulsaretur, plura allegare posse, quæ eum à culpa relevarent, pro excusatione Clericorum negociatorum. ibidem.

An judex laicus possit exigere gabellas à Colonis partiariis Religiosorum ? Et quid, si prædicti coloni Religiosorum fructus collectos deferant de loco ad locum, aut alienent ? t. 9. tr. 2. r. 269. p. 234

Et an coloni, seu affectatores prædiorum Ecclesiasticorum non teneantur solvere gabellam dictam *Diluxiuri* ibid. §. ult. pag. 235

An Conservatores Religiosorum possint procedere contra eorum debitores laicos? Et an his Conservatoribus concedatur posse cognoscere de manifestis iniuriis, & violentiis factis adversus Religiosos, & Monasterium? t. 9. tr. 2. r. 270. §. 1. & 2. p. 235

An possint Regulares eligere Conservatorem, qui defendat sua animalia, seu pecora damnum facientia in agris alienis, & an hæc causa pertineat ad conservatorem, & non ad judicem sæcularem? ibidem, & lege §. 2. resol. 97. 102. & 103

An judex laicus possit iudicare in causa decimarum, vel sit causa mixti fori ? tom. 9. tractatu secundo, resolution. 271. pag. 235

An iudex laicus possit simul cum iudice Ecclesiastico causam decimarum cognoscere, saltem titulo compromissi? t. 9. tr. 2. r. 272. §. 1. ibid.

An vero de possessorio decimandi iudex Ecclesiasticus, vel laicus? ibidem, & in resol. 276. & 275. §. 2. ad medium. pag. 236

An laicus conductor decimarum sit conveniendus coram iudice laico, vel sit causa mixti fori ? tom. 9. tr. 2. resol. 273. pag. 235

An quando decimæ sunt Principibus, vel aliis sæcularibus in fœudum datæ, cognitio, & earum exactio, aut lites pertineant ad iudicem Ecclesiasticum vel laicum, aut sit causa mixti fori ? tom. 9. tract. 2. resol. 274. 275. & 279. §. 4. p. 236. & 237

An quando quæstio est facti, & non iuris decimandi, & quando causa agitur contra laicos fures de fructibus decimæ solvendis, hæc cognitio spectet ad iudicem Ecclesiasticum. tom. 9. tract. 2. resolution. 275. vers. Secundo, & Quarto. pag. 236

An iudex laicus possit cognoscere de causis decimarum, si Clerici illas petant à laicis, qui præscriptione, & consuetudine immemorabili illas nunquam soliti sunt persolvere. t. 9. tr. 2. r. 275. §. 2. ad medium, p. 236

An Colonus laicus Religiosorum pro sua portione colonica teneatur solvere decimas ? tom. 9. tract. 2. resolut. 277. pagina 236

Et quid est dicendum de privilegio exemptionis decimarum concesso Societati Iesu à Greg. XIII. de quo gaudet nostra Religio ? ibid. §. 3

Vbi advertitur, quod si in aliqua Provincia Moniales, Regulares, & eorum coloni solvunt decimas, hoc forsitan eveniet, quia Episcopi obtinuerunt aliquod Breve Pontificium revocatorium dictorum privilegiorum, secus minime tenentur. ibidem, ad medium, dicti §. 3

Utrum emphyteuta Ecclesiæ teneatur ad tributa. t. 9. tr. 2. r. 278. & 279. §. 6. p. 237

Vbi, quod doctrina de Emphyteuta non procedit in censuario, neque circa Emphyteutam redimibilem. t. 9. tr. 2. r. 278. §. ult. ibid.

An iudex Ecclesiasticus sit competens ad cognoscendum laicum pro re, quam in Emphyteusim tenet ab Ecclesia? t. 9. tr. 2. r. 279. ibid.

Vbi apponuntur quinque conclusiones pro Immunitate Ecclesiastica, quæ in quadam decisione Rotæ Romanæ ex sacris Canonibus, & DD. firmantur. t. 9. tract. 2. à §. 2. usque ad 7. r. 279. p. 237

An iudex laicus sit competens ad cognoscendum Clericum pro restitutione pecuniæ, illi liberatæ cum cautione de restituendo, dum creditor anterior comparuit, vel adeundum sit iudicem Ecclesiasticum ? ibidem in §. 7. ibidem.

An Clericus possit convenire laicum coram iudice Ecclesiastico pro rebus non solum Ecclesiæ, sed etiam pro fructibus ? tom. 9. tract. 2. resolution. 280. 281. p. 238. & 239

Vbi quomodo, & quando actor debeat sequi forum rei tom. 9. tr. 2. r. 280. in principio §. 1. & late in §. 7. & seq. pagina 238

Et quæritur, an possit fieri statutum, ut actor sequatur forum rei? ibid. ante medium §. 8

An laicus possit conveniri coram Episcopo, ut solvat laudemium ? ibi post medium § 4

An ne laici conductores bonorum Ecclesiasticorum possint conveniri coram iudice Ecclesiastico, licitum sit condere Pragmaticam prohibentem laicis prorogationem iurisdictionis alienæ, & ideo in Regno Portugalliæ, & Castellæ adsunt leges, in quibus prohibetur ut in contractibus non apponatur iuramentum, ne ratione ipsius prorogetur iurisdictio iudicis Ecclesiastici; & ideo dictæ leges sunt contra Immunitatem Ecclesiasticam, & illas statuentes incurrunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ ? t. 9. tract. 2. r. 282. & in multis aliis eius not. p. 240

Vbi notatur, quod de iure communi competit Episcopis ratione iuramenti præstiti, & positi in contractibus convenire laicos in Curia Ecclesiastica. t. 9. tr. 2. resol. 282. §. 7. pag. 241

An iudex Ecclesiasticus sit competens, quando agitur de dando Tutore Clerico minori, aut mente capto? Vbi notatur, quod si Clericus minor litigat tanquam actor coram iudice sæculari, possit idem iudex sæcularis dare ei Curatorem ad litem. Et an inventarium Clerici mortui, qui filios minores reliquit, pertineat ad iudicem laicum illud facere ? tom. 9. tract. 2. resolution. 283. pagina 242

An iudex Ecclesiasticus possit acquirere iurisdictionem in laicos ex consuetudine, vel præscriptione, & non è converso ? Vbi an valeat consuetudo, ut laicus possit indistincte coram Ecclesiastico conveniri t. 9. tr. 2. r. 284. pag. 243

An iudex Ecclesiasticus possit cognoscere inter laicos de alimentis filio spurio debitis, vel an cognitio huius causæ sit mixti fori ? Vbi notatur, an sub nomine alimentorum veniant Cibaria, vestes, pomine habitatio, medicinæ, lectus, & alia similia, sine quibus vita transgredi non potest ? Sed difficultas est, an alimenta præstanda sint filio spurio, attentis & consideratis divitiis Paternis, & eius qualitate, & dignitate ? Idem est dicendum de filiis erga Parentes t. 9. tr. 2. r. 285. p. 243

An iudex Ecclesiasticus possit cognoscere laicum simul delinquentem cum Clerico ? maxime si præveniat. t. 9. tr. 2. r. 286. 287. p. 243. & 244

An

An sæcularis delinquens in Ecclesia possit à judice Ecclesiastico puniri: quia is, qui in Ecclesia delinquit, Sacrilegium committit, quod est crimen misti fori? maxime si præveniat. t.9.tr.2.r.288.289. p.244
Et an hoc etiam conveniat non solum in rebus Ecclesiæ, sed etiam in rebus Clericorum; ita ut laici eorum invasores coram judice Ecclesiastico debeant conveniri? ibidem.
Et an laicus coram judice Ecclesiastico possit conveniri, si verba injuriosa adversum Clericum emisit? t.9. tr.2. r.289. §. ult. p.245
Quando judex laicus, & Ecclesiasticus possint cognoscere de crimine adulterii, ita ut sit crimen mixti fori? t.9. tr.2. r.290. & 291. ibid.
An de adulterio ad pœnam sanguinis imponendam solus judex sæcularis sit competens; & quoad alias pœnas sit causa mixti fori? Ideo datur locus præventioni t.9. tr.2. r.291. §.2. ibid.
Idem est si de divortio, & amissione dotis agatur. ibid. in fine dicti §.2
Sed in causa divortii judex Ecclesiasticus solus est judex competens. ibid. ante medium dicti §.2
An si de sola separatione conjugum ad tempus ob lepram, vel aliud impedimentum agatur, solus judex Ecclesiasticus sit competens? ibid. §.3
Et quid, quando quæstio mota est de alimentis præstandis adultæ à viro separatæ? ibid. §.4
An judex Ecclesiasticus possit punire laicos concubinarios? t.9. tr.2. r.292. p.245
An concubinatus sit delictum mixti fori, ita ut si præveniatur possit puniri à judice laico. t.9 tr.2.r.293.p.246
Et infertur non posse Ministros laicos prohibere, ne Ministri Curiæ Episcopalis visitent loca, & domus meretricum. ibidem in fine dictæ ref.
An judex laicus possit statuere, ne concubinæ teneantur pro furtis ab ipsis concubinis factis, etiam si hoc extendatur ad concubinas Clericorum.t.9.tr.2.r.294.p.247
An judex Ecclesiasticus possit incidenter cognoscere de rebus temporalibus, seu prophanis, & è contra judices laici de rebus spiritualibus, & Ecclesiasticis? t.9. tr.2. resol.296. ibid.
An judex Ecclesiasticus tanquam dignior sit judex, quando agitur quæstio, cuius sit jurisdictio, v. g. cum tam pro judice Ecclesiastico, quam pro judice sæculari sint rationes probabiles circa eorum jurisdictionem, an definienda sit quæstio per judicem Ecclesiasticum? t.9. tract.2. resol.297.298. & in multis aliis earum notationum. p.248
An quando duo judices sunt Ordinarii, vel delegati, & pro utroque sunt rationes probabiles circa eorum jurisdictionem, an eligere debeant arbitros? tom.9. tr.2. resol.298.§.4. p.249
Et quid, si unus sit Ordinarius, & alius delegatus? ibidem.
An judex Ecclesiasticus teneatur in causis Ecclesiasticis, aut mixti fori præbere processum judicibus sæcularibus à quibus auxilium petit? t.9.tr.2. r.299. p.250
An Ordinarius, vel iudex delegatus debeat necessario præmittere censuras antequam imploret pro sua sententia exequenda brachium sæculare? Et si iudex sæcularis non vult brachium suum præstare, an possit ad id cogi pœna excommunicationis? t.9. tr.2. r.300. ibid.
An Episcopi, & iudex Ecclesiasticus in criminalibus mixti fori possint per propriam familiam capere laicos, & sine invocatione, & auxilio brachii sæcularis in carcere detrudi? Et in tali casu criminosi laici non in Regiis carceribus, sed in Ecclesiasticis reponendi sunt? tom.9. tr.2. resol.301. & 302. p.251
Et docetur Episcopum habere territorium, & in eo uti posse iurisdictione contentiosa, tenendo familiam armatam, Fiscum, & carcerem, ibid. in §.2. & seq.r.302. & in multis aliis eius not.
An Episcopus possit habere familiam armatam, idest Carcerarios, Fiscales, Commissarios, Magistros, Lictores, & carcerem? t.9. tr.2. resol.302. §.4. & seqq. & in aliis eius not. p.251
An Episcopi possint habere Fiscum? ibidem in dicto §.4
An in criminibus mixti fori reus semel punitus in foro Ecclesiæ, possit iterum pro eadem causa, & culpa à judice sæculari puniri etiam ad excessum pœnæ? Et quid è contra? tom.9. tractatu secundo, resolution.303. & 304. pag 252
Coram quo judice facienda sit appellatio, quando causa fuit decisa per duos judices unum laicum, alium Ecclesiasticum? t.9. tr.2. r.305. ibid.
An si viduæ, pupilli, & aliæ personæ pauperes fuerint oppressæ, tunc etiam nulla data negligentia judicis sæcularis possint adversarios suos ad judicem Ecclesiasticum trahere, & in illo foro convenire? tom.9. tract.2. r.306. & 307. p.253
Et notatur, quod si pupillus, vel viduæ sunt divites non gaudent privilegio trahendi laicos ad Tribunal Ecclesiasticum. ibid. in §.2. r.307
Et pro miserabilibus personis mutis, surdis, & cœcis in supradicto casu, in t.8. tr.9. r.10. p.195
An judex Ecclesiasticus possit præcipere judici sæculari sub pœna excommunicationis, quod supersedeat in executione contractus, donec decidatur, an sit usurarius, necne? t.9. tr.2. r.308. p.253
An judex Ecclesiasticus ad quem aliqua causa spiritualis remittitur, possit opponere exceptionem illam, & præfigere tempus, & terminum peremptorium, intra quem probare teneatur? ibid. §. ult.
Et quid è converso? ibid. ad medium dicti §. ult. &c.
An judex laicus possit cognoscere crimen usuræ, sive de jure, sive de facto quæratur, vel sit crimen mixti fori? t.9. tr.2. r.309. & 310. p.253. & 254
An Principes sæculares possint ex justa causa dare Iudæis positivam licentiam exercendi usuras absque Pontificis authoritate? t.9. tr.2.r.311. p.255
An iudex laicus possit punire laicum sub prætextu eius prohibitionis, etiam si habeat licentiam ab Episcopo laborandi in die festo? t.9. tr.2. r.312. p.255
An Princeps laicus possit legitimare filium Clerici, si ipse filius sit Clericus? Et quid si filius Clerici sit laicus? t.9. tr.2. r.313. p.256
An Prælati Summo Pontifici inferiores delegare possint indistincte causas Ecclesiasticas? Vbi supponitur posse Summum Pontificem, si viderit expedire iurisdictionem spiritualem laicis exercendam committere ad tractandas causas non solum civiles, & criminales, sed etiam spirituales. t.9. tr.2. r.314. p.256. Et pro secunda diffic. huius §. in t.6. tr.1. ex doctrina r.20.§. Verum post medium, à vers. Sicut & potest. p.15. & in t.3. tr.1. ex r.75.§. Notandum, pag.36. & pro prima diffic. huius §. ibid. §. Et hoc.
An Legatus natus possit exercere iurisdictionem, in Regulares exemptos? t.9. tr.2.r.315. p.256

De statuto, seu lege prohibente alienationem bonorum stabilium in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas.

An statutum mandans bona Ecclesiæ relicta infra certum tempus vendi sit contra libertatem Ecclesiasticam? t.9. tr.3. resol.1. & 2. p.305. & fere omnes resolutiones dicti tr.3. pertinent ad istam quæst.
An sit licita lex, vel statutum prohibens ne bona dicta *Realengo* transferantur in Ecclesias, vel Ecclesiasticas personas, vulgo *à Mano morta*, sine licentia Regis? Ubi an leges *Amortizationis*, sint contra Immunitatem Ecclesiasticam? t.9. tr.3. r.3.4.5.9. cursim in §. ult. & late in resolution. 18. §.6. & resolution. 19. p.308.310.318. & 319

An sit contra libertatem Ecclesiasticam condere statutum, ut immobilia non alienentur in extraneos, prohibendo expresse, ut non alienentur in personas Ecclesiasticas sine facultate Regia? tom.9. tr.3. r.6.7.8. p.308.309. & 310. & lege ibi doctrinam resol.3.4. & 5. p.308. ibi in tr.2. §.4. r.214. p.203

Et notatur, in tali casu posse Episcopos cogere statuentes, ut declarent illud statutum non deberi extendi ad Clericos. tom.9. tract.3. resol.7. & in multis aliis ejus not. pag.309

An statutum, seu lex prohibens, ne bona stabilia alienentur in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas sit licitum? Vbi pro firmanda sententia affirmativa proponuntur sex diversi casus & argumenta, sed omnes refelluntur in seqq. Resolutionibus. t.9. tr.3. resol.9. per totam. pag.310

Proponitur fundamentum primum pro negativa sententia. t.9. tr.3. resol.10. p.311

Vbi, quod dictum statutum est contra sacros Canones, & illud promulgantes, & observantes sunt violatores libertatis Ecclesiasticæ, & in censuram Bullæ Cœnæ incidunt. ibid. in principio dictæ resol.10. & in r.12. §.1. ad medium.

Proponitur fundamentum secundum pro supradicta sententia negativa. t.9. tr.2. r.11. p.311

Proponitur fundamentum tertium pro dicta sententia negativa. t.9. tr.3. r.12. p.312

Proponitur fundamentum quartum, & probatur ex authoritate Pontificum, & Conciliorum. tom.9. tr.3. resol.13. pag.313

Proponitur fundamentum quintum, & probatur ex authoritate Doctorum. t.9. tr.3. r.14. ibid.

Proponitur responsio ad argumenta contraria, signanter contra primum argumentum positum in §.2. res.9. t.9. tr.3. resol.15. p.315

Respondetur ad secundum, & tertium argumentum positum in §.3. & 4. resolution.9. tom.9. tract.3. resolut.16. pag.316

Respondetur ad quartum argumentum positum in §.5. r.9. t.9. tr.3. r.17. p.317

Respondetur ad quintum argumentum positum in §.6. r.9. t.9. tr.3. r.18. ibid.

Respondetur ad sextum argumentum positum in §.7. r.9. t.9. tr.3. in dicta r.18. §.4. p.318

Et pro observatione talis statuti in Regno Galliæ, Portugalliæ, & Veneti posita in §.7. dictæ r.9. t.9. tr.3. ex r.18.§.6. p.318. & ibi lege doctrinam r.4. & 5. & in r.19. Vbi continuatur responsio ad dictum sextum argumentum in ejus §.1.2. & 3

Aespondetur ad exemplum Regis Odoardi in Anglia. t.9. tr.3.r.19. §.4. p.319

Respondetur ad exemplum de quibusdam statutis circa supradicta in Germania, & Saxonia, posita in §.ult. resolution.9. in fine. tom.9. tract.3. resolution.19. §.5. & 6. pagina 320

An statutum, sive lex invalidans donationem omnium bonorum factam à Patre filio Clerico sit contra Immunitatem Ecclesiasticam? tom.9. tract.3. resol.20. pagina 320

An donationis factæ Ecclesiis requiratur insinuatio? Sed hanc, & alias plures difficultates, & quæstiones pro donationibus factis Ecclesiis invenies in verb. *Donatio.*

* Vide alia plura super hoc verbo *Statutum* supra in verbo *Immunitas Ecclesiastica.*

Appendix ad alias paucas difficultates mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Resol. quæ simul pertinent ad supradictum Verbum Immunitas Ecclesiasticorum.

De publicatione, acceptatione, & contrario usu legum Pontificiarum, præsertim in materia Immunitatis Ecclesiasticæ. tom.9. tract.2. resol.345. & in aliis ejus not. pag.302

Et an judices laici trahentes ad sua Tribunalia personas Ecclesiasticas extra casus à jure permissos possint in nostro Sacro Tribunali à Fidei Quæsitoribus examinari, & puniri? ibid. §.7. p.304

Et quid de Scriptoribus id posse fieri docentibus, ibid.

Iudices sæculares male faciunt, dum vexant famulos, colones, vel ministros alios Clericorum, qui de eorum mandato in Civitate vinum, frumentum, vel aliquid aliud introducunt, vel extrahunt, hoc enim indirecte est contra libertatem, & Immunitatem Ecclesiasticam, quia operarii ad nihil tenentur, quando obediunt mandato conductoris in re, quæ de sua natura non sapit delictum. Deinde ministri Clericorum nullum jus habent in re, ideo judicium non substantiatur in eis, sed in Clericis, quorum negotium gerebant. t.9. tr.2. r.214. §.18. p.207

Docetur, quod non pauci eximuntur à jurisdictione Ordinaria, & subduntur Superiori sui officii, & hoc non solum concedebatur ipsis officialibus, sed etiam eorum uxoribus, filiis, & matribus, & etiam servis & colonis. tom.9. tr.8. resol.7. §.1. ante medium. vers. Et quidem. pag.447

An si Summus Pontifex existeret in aliquo Regno v. g. Hispaniæ teneretur vi directiva observare leges illius Regni latas pro bono publico? Et an Clericus Beneficiarius vel in Sacris constitutus possit exercere munus Advocati coram judice sæculari pro uno negotio tantum, & hoc finito pro alio, & sic de singulis? Et an ex jure possint prædicti Advocati munus exercere in propria causa, & Ecclesiæ, & in causis viduarum, & pupillorum, & pro conjunctis, & amicis intimis, etsi existunt in Romana Curia pro omnibus. Et quid in aliis Tribunalibus Ecclesiasticis? Et an in casibus, in quibus interdictum est Clericis Advocationis officium exercere, possint domi consulere, & conficere juris allegationes in scriptis? Et an si quis exigat ab Ecclesiasticis gabellas, quod prohibitum est jure antiquo sub pœna excommunicationis, ut constat ex *cap. Quamquam de censibus*, tamen exigentes prædictas gabellas non incurrunt duas excommunicationes, sed unam tantum contentam in Bulla Cœnæ? tom.6. tractatu primo, resolution.51. 85. & 55. §.3. pag.38.58. & 28

Notatur, quod S. D. Vrbanus VIII. in Bulla incipiens *Romanus Pontifex*, die S. Iunii 1641. damnat omnia præjudicialia contra Immunitatem Ecclesiasticam sub prætextu, quod Bullæ Pontificiæ non fuerint publicatæ, vel usu receptæ? tom.6. tractatu primo, resolution.13. pag.9

An excuietur à peccato Pontifex, qui simulat, vel connivet, quando Princeps sæcularis usurpat bona temporalia Ecclesiæ, si absque minori scandalo & damno potest id impedire? tom.7. tractat.5. resolution.77. pagina 369

Utrum Episcopi, & Ecclesiastici teneantur vocati accedere ad Parlamentum, ita ut contravenientes possint expelli à Regno tanquam inobedientes mandatis Regis? Et an in Parlamento hujus Regni Siciliæ opus sit, ut ad donativum contribuendum concurrat semper brachium Ecclesiasticum? tom.7. tr.6. res.14. & 23. pag.375. & 378

Explanatur beneficium duorum ducatorum esse sufficiens ad gaudendum privilegio fori. Et an, qui suscepit Tonsuram, vel minores Ordines animo non ascendendi ad alios Ordines, sed gaudendi privilegio fori, & exemptione gabellarum, peccet mortaliter? Et an in præcepto gestandi Tonsuram Clericalem detur parvitas materiæ? tomo secundo, tractatu quinto, resolution.49.50.111. & 117. pagina 291.292.326. & 331

An

Et an contrafacientes incurrant excommunicationem, priventur officio, & teneantur reddere duplum? Et an si supradicta acciperent ab aliis Ministris S. Officii? ibidem.
Et an Minister, cum sciverit alium Ministrum donum accepisse, teneatur sub eisdem pœnis illum Inquisitoribus revelare? ibid.
Inquisitores an excusentur à residentia Parochiali, & an

gaudeant fructibus Præbendarum, & distributionibus? ibid. ref. 135
Inquisitores an possint dispensare super irregularitate contracta ab hæreticis? ibid. r. 136
Et an licet hæretici contrahant irregularitatem, attamen suspecti de hæresi, postquam illam abjuraverint, non sint irregulares? ibid. § 3. & in aliis ejus not.
Et an prohibitum sit Inquisitoribus dispensare cum hæreticis Sacerdotibus pœnitentibus, ut Missam celebrent? ibid. §. 2
Inquisitores an possint legere libros hæreticorum? ibid. resolut. 137
Et an in Regnis Hispaniarum solus Inquisitor Generalis habeat potestatem legendi libros hæreticos, & cui ipse commiserit, & non alii Inquisitores? Et an Episcopi possint dictos libros legere? ibid. §. 3
Et an Urbanus VIII. derogaverit omnes licentias legendi libros hæreticos, & omnes alios prohibitos, & hodie hanc potestatem det solum Sacra Congregatio? ibidem §. ultim. &c.
Inquisitores an possint præbere licentiam legendi libros hæreticorum? Et quid de Generalibus Religionum in Regnis Hispaniarum; vel an solus Pontifex talem licentiam possit præbere? Vnde neque Collegium Cardinalium Sede Apostolica vacante prædictam licentiam concedere possit? ibidem resolution. 138. pagina 468
Et an nemini liceat libros hæreticos ad suas manus devenientes propria authoritate comburere, sed eos ad Inquisitores deferre teneantur? ibid. §. 3
An intelligens aliquem librum esse hæreticum, comburendo illum, & non Inquisitoribus tradendo incurrat excommunicationem hujus Canonis? Et quid de peccato? ibid. ref. 139
An in retentione librorum hæreticorum detur parvitas materiæ, itaut per unum, vel duos dies retineret librum prohibitum non incurrat in excomm. Bullæ Cœnæ, vel Iudicis? ibid. r. 140. p. 469
An privilegiatus ab Inquisitoribus hujus Regni Siciliæ ad legendos libros prohibitos, possit uti hoc privilegio in alio territorio, verbi gratia, in Regno Castellæ? t. 5. tract. 1. ref. 141. p. 469
An libri Catholicorum cum explanatione hæreticorum, & commentariis sint prohibiti? ibid. r. 142
An quis possit legere libros prohibitos securus, quod nocumentum non recipiet ex eorum lectura? ibidem resolut. 143. & 144. p. 470
Et an non solum libri hæreticorum damnentur, qui continent falsam doctrinam contra fidem, sed etiam minime de Religione tractantes, ut sunt Dialecti, & Rhetorici, Grammatici, &c. ibid. §. ult. dictæ ref. 143
Et cursim docetur non esse absolvendos à Confessariis retinentes libros hæreticorum? ibidem prope finem §. 18. dictæ Ref. 144. p. 472
An qui legit librum hæretici de Religione tractantem, hæresim tamen non continentem, incidat in censuram Bullæ Cœnæ? ibid. r. 145
Et quanta pars libri hæretici requiratur ad incurrendam censuram Bullæ Cœnæ, si quis eam legat? ibidem §. 3. pagina 473
Et an si libri hæreticorum unum, aut alium contineant errorem & ille debeatur omnino, possint sine incursione excommunicationis legi? ibid. §. 5
Et quid si diversi sint tomi ejusdem authoris hæretici, & unus tantum hæresim contineat, reliqui vero hæresim non contineant, an solum ille, qui hæresim continet, sit prohibitus sub censura Bullæ Cœnæ? ibid. §. 6
An in lectione librorum hæreticorum detur parvitas materiæ? Et an possit Confessarius absolvere eum, qui unam paginam libri hæretici legerit? ibid. r. 146. & in ejus notat. pag. 473
Et quid, verbi gratia si legantur duæ, vel tres lineæ, in quibus legens certo novit contineri hæresim? ibid. §. 3
De potestate Principum circa bona hæreticorum confiscata, & jura Tribunalis S. officii defenduntur? ibidem ref. 147. pag. 474
Et pro intelligentia supradictarum quæstionum, aliqua primo in textu hujus Resolut. supponuntur? ibidem §. 1. & sequentibus.

Appendix ad alias quæstiones pertinentes ad hoc verbum, Inquisitores.

Si inquisitor præsens est, an quilibet Sacerdos possit in articulo mortis Hæreticum absolvere? tom. 5. tract. 8. ref. 26. §. 1. p. 364
Inquisitores excommunicantur, qui odio, vel amore ducti injustitias reis faciunt? tomo secundo, tom. 6. r. 171. §. 2. pag. 438
Et quid, si odium, vel amor sit omnino occultus, & nullo signo, aut opere exteriori manifestatus, aut indicatus, an inducat excommunicationem? ibid.
Inquisitores an possint præbere licentiam legendi libros prohibitos, donec corrigantur? Ubi alia multa pro hac lectione, & librorum horum retentione, &c. t. 3. tr. 3. r. 84. §. 1. & seq. p. 347
Inquisitores Hispani an teneantur ad jejunium? t. 4. tr. 6. ref. 27. §. 1. p. 216
Inquisitores an possint excommunicare Episcopos, & è contra? t. 5. tr. 1. r. 95. per totam. p. 64
Inquisitores an possint imponere Confessariis Regularibus solicitantibus, quod teneant ultimum locum inter Regulares sui Monasterii in Choro, & Refectorio, & in aliis locis, & aliquando mandare, ut sententia contra Confessarium Regularem lata publicè legatur in proximo Capitulo generali suæ Religionis? t. 5. tract. 9. ref. 92. §. 4. p. 415
Aliquæ distinctiones proponuntur pro cognoscendo de crimine solicitationis ab Episcopis, & Inquisitoribus, ubi adest Inquisitio Hispanica, & ubi non adest? tomo quinto, tract. 9. resolut. 96. §. 1. & sequentibus. pagina 416
Inquisitores an possint animadvertere in solicitationem præteritam, si jam præjudicata fuerit ab Episcopo? t. 5. tr. 9. r. 98. §. 1. p. 418
Inquisitores an possint in Ecclesiis Regularium, ipsis invitis, eorum acta celebrare? tomo septimo, tr. 1. ref. 50. §. 3. pag. 34
Inquisitores an possint excommunicare Reges, & eorum Consiliarios non solum in Regno Siciliæ, sed etiam in aliis Regnis? tomo nono, tract. 2. resol. 46. §. 1. & sequentibus. pag. 125
Inquisitori an sit reservata absolutio blasphemiæ hæreticalis? tomo quinto, tractat. 8. resolut. 25. §. 6. pagina 364
Separatim ab Inquisitoribus, ubi non adest Inquisitio Hispanica, an possint Episcopi proferre sententiam contra Confessarios solicitantes, & è contra? Et quid de sententia absolutoria? tomo quinto, tract. 9. resol. 97. §. 1. pag. 417
Ab Inquisitoribus puniri debet Confessarius solicitans ratione pœnæ, qui non judicatur suspectus, & non est remittendus ad suum Ordinarium? tomo quinto, tract. 9. ref. 98. §. 4. p. 418
Si Inquisitoribus bono zelo seruus infidelis Dominum Apostatam à fide denunciat, etsi nullibi inveniatur concessa illi libertas, certe illi danda est? tom. . tract. 8. ref. 22. §. 4. pag. 439
Vide verb. *Hæresis*, *Vicarius*. tom. 3
Item verb. *Immunitas*. tom. 4
Item verb. *Abjurare*, *Dispensare*, *Facultas*, *Impeditus*. tomo quinto.

Item

Item tractat. 11. tomo quinto, de Tortura inferenda ſuſpectis de fide, & tractat. 12. de pœnis delictorum pertinentium ad Tribunal S. Inquiſitionis, & tract. 13. Ubi ſunt Decreta, & Conſtitutiones recentiorum Pontificum ad Tribunal S. Inquiſitionis ſpectantes, ubi plura.
Item verb. *Inquiſitio S. Officii.* tom. 7
Item verb. *Familiares, Hæreſis.* tom. 9

Inſanus.

Inſano an validè confetri poſſit Sacramentum Ordinis, & Epiſcopatus? tom. 4. tractat. 8. reſolut. 48. §. Ex his. pag. 348
Vide verb. *Vxor.* tom. 2.

Inſcium.

Vide verb. *Liber.* tom. 7

Inſcriptio.

Inſcriptio proprii nominis in Bulla Cruciatæ an ſit de neceſſitate? t. 4. tr. 3. r. 10. §. 3. p. 71
Inſcriptio temporis videlicet anni, menſis, & diei an ſit neceſſaria in teſtamento ad pias cauſas? t. 6. tr. 8. r. 31. §. 1. pag. 409
Et an inſcriptio loci? Ubi de aliis quatuor circumſtantiis agitur? t. 6. tr. 8. r. 32. per totam. ibid.

Inſerviens.

Inſerviens Miſſæ, ſi aliquando recedit à Sacrificio, an ſatisfaciat præcepto in die feſto? tom. 2. tract. 3. r. 15. §. 4. pag. 231
Et quid, ſi ingrederetur Sacriſtiam, vel exiret extra Eccleſiam ad afferendum aliquid neceſſarium Miſſæ, maximè tempore conſecrationis, vel ſumptionis? tomo ſecundo, tract. 5. reſolut. 24. §. 3. pag. 235. & reſolut. 25. §. 3. pag. 236
Inſervientes Profeſſorum, Doctorum, Medicorum, ſtudioſorum, &c. an gaudeant Immunitatis commoditate eorum, ideſt privilegio fori? tom. 9. tract. 2. reſ. 157. §. 7. pag. 172
Vide verb. *Deſervientes, Famulus, Servientes.* tom. 9
Inſervientes menſis ſæcularium, & Regularium, an poſſint in jejuniorum diebus aliquid cibi ſumere, antequam ſerviant, & poſtea comedere? tom. 4. tract. 6. reſ. 102. §. 2. p. 259
Et an hoc non ſolum in modica quantitate, ſed in magna? ibidem.
Et quid, ſi nullam habeant neceſſitatem? t. 4. tr. 6. r. 108. §. 1. pag. 261
Vide verb. *Famulus.* tom. 4

Inſidere.

Si quis inſideret ſupra murum Monaſterii Monialium, an incidat in cenſuram? Vbi plura circa clauſuram Monialium? tom. 5. tr. 1. r. 83. §. 1. p. 55

Inſidiæ.

Qui per inſidias deducit aliquem, ut ab alio occidatur, & ille deductus occiſus eſt, an gaudeat immunitate Eccleſiæ? tomo nono, tractat. 1. reſolution. 90. §. 10. pagina 54
Inſidiis uti in bello an ſit licitum? tom. 7. tract. 7. reſ. 23. §. 1. pag. 358
Et quid, ſi fidem dediſſes non utendi inſidiis, niſi fortè coactus dediſſes, quia tunc etiam firmatam juramento implere non debes. ibid.
Vide verb. *Bannitus, Proſcriptus.* tom. 8
Item verb. *Inimicus.* tom. 9

Inſigne.

Inſignibus Pontificalibus, uti Cardinales an poſſint in ſuis titulis? tom. 9. tr. 7. r. 39. §. 1. p. 389

Inſignia.

Inſignia, & ornamenta Pontificalia quæ ſunt. tom. 3. tr. 5. reſ. 77. §. 1. & 8. pag. 343
Si inſignia Cardinalitia tradita non ſint Cardinalibus, an habeant vocem in Electione Pontificis? tom. 9. tract. 7. reſ. 11. §. 1. p. 380
Inſignia Regia, & Titulum an Pontifices concedere poſſint Principibus de Eccleſia benemeritis? t. 9. tract. 12. reſ. unic. §. 1. p. 468
Vide verb. *Eccleſiæ, Laicus.* tom. 6

Inſignire.

Vide verb. *Canonicus.* tom. 3

Inſignis.

Vide verb. *Epiſcopus.* tom. 4

Inſinuatio.

Inſinuatione an indigeat remuneratoria donatio dummodo merita quantitatem donationis adæquent? t. 6. tr. 1. reſ. 17. §. 2. p. 317
Vide ſuper hoc verb. tr. 7. t. 6. de Donationibus à reſ. 92. uſque ad 102. ubi plura.

Inſordeſcentes.

Vide verb. *Excommunicatio.* tom. 5

Inſpector.

Vide verb. *Admonere.* tom. 6

Inſpiratio.

Inſpirationibus non correſpondere, an ſit peccatum, & benefaciant, qui ſe de hoc accuſant in confeſſione? t. 1. tr. 3. r. 196. §. 1. p. 219
Vbi quod inſpirationis oblatæ tranſgreſſio, quando offertur occaſio frangendi præceptum non eſt diſtinctum peccatum à crimine tranſgreſſi præcepti. ibid. §. 5

Inſtantia.

Inſtantia prima Capituli Sede vacante an cenſeatur præſervata in Concilio Trid. ſeſſ. 24. cap. 20. de Reform. t. 3. tr. 5. r. 8. §. 1. & ſeq. p. 384
Vide verb. *Hæres.* tom. 9

Inſtituere.

Inſtituere an poſſit Epiſcopus diem feſtum alicujus Sancti nondum Canonizati? t. 3. tr. 3. r. 90. §. 1. p. 355
Inſtituere novos Epiſcopos olim cum violentia Principes conſtituerunt? t. 9. tr. 9. r. 5. §. 4. p. 455
Vide verb. *Conſenſus.* tom. 3
Item verb. *Bona temporalia, Cenſus, Extraneus, Feſtum, Hæres, Hoſpitale, Monaſterium, Teſtator.* tom. 6
Item verb. *Abſcondere, Inventarium.* tom. 7
Item verb. *Avus, Debitor.* tom. 8
Item verb. *Hæres.* tom. 9

Inſtitutio.

Vide verb. *Capellania.* tom. 4

Inſtitutum.

Si in inſtituto Religionis interdictum ſit, ne Religioſi poſſint eſſe executores teſtamenti, an cum licentia ſuperioris

rioris tale munus exercere possint? Et quid de Prælato Religionis in dicto casu? tom.6. tract.9. resol.11. §.6. & in res.12. §.2. pag.461
Vide verb. *Confessio*. tom.3.

Instructio.

Instructio an sit præmittenda infidelibus baptizandis tempore mortis? t.1.tr.1. r.33. §.1. & seqq. p.24

Instrumentum.

Instrumenta Ordinis an debeant necessario ordinandis porrigi immediatè ab Episcopo, & non per Archidiaconum? t.2. tr.5. r.7. §.1. p.270
Instrumento aliquo medio an possit Episcopus conferre Confirmationem, vel sit de necessitate Sacramenti & præcepti, ut unctio fiat immediatè manu Episcopi & dextero pollice, & aliter faciendo Sacramentum efficiat nullum? t.1. tr.2. r.6. §.4. p.74
Instrumentum an incusari possit coram judice laico contra debitorem, qui post obligationem effectus est Clericus? t.9. tr.2. r.105. §.1. p.151
Vide verb. *Contactus*, *Episcopus*, *Opinio*, *Sacerdos*, *Vir.* tomo secundo.
Item verb. *Contractus*. tom.3
Item verb. *Contactus*, *Unctio*. tom.4
Item verb. *Carcer*, *Index*. tom.6
Item verb. *Ancilla*. tom.7
Item verb. *Spoliare*. tom.9

Instrumentum Musicum.

Instrumenta musica an sint in Ecclesiis adhibenda? tom.8. tr.10. r.16. p.202
Vide verb. *Ecclesia*. tom.8

Insula.

Insula Siciliæ an sit pars Italiæ? Vbi idem de Sardiniæ, & & Corsicæ Insulis? t.7. tr.1. r.273. p.183

Insultum.

Si quis insultum faciat ad domum Cardinalis, itaut ex hoc ei verecundiam tantum inferat, an incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ? tom.9. tract.7. resol. 77. §.1. pag.403

Intellectus.

Vide verb. *Partus*. tom.7

Intendere.

Vide verb. *Vendere*. tom.8

Intentare.

Si intentet Dominus prohibere servo suo, ne ineat matrimonium, an peccet? t.7. tr.8. r.57. §.2. p.453

Intentio.

Cum intentio Ministri Sacramentorum sit triplex, habitualis, virtualis, & actualis, quænam sit sufficiens ad validè conficiendum Sacramentum? tom.1. tr.1. res.1. §.1. & seqq. pag.1
Intentio Ministri an sit necessaria facienti Sacramentum, vel sufficiat ad valorem Sacramenti tantum integra, & legitima verba proferre super legitimam materiam, prout jubet Ecclesia? t.1. tr.1. res.2. §.1. & sequentibus. pagina 2
Intentio perversa Ministri in conferendo Baptismo, & aliis Sacramentis an suppleatur à Deo quoad gratiam, & quid, quoad Characterem? tom.1. tract.1. resol.5. §.1. & seqq. pag.4. & 5
Intentio saltem virtualis in eodem tempore Missæ an requiratur ad applicandum fructum sacrificii, cui præbuit stipendium? t.2. tr.1. r.52. §.1. p.29
Intentio formalis, vel virtualis ad implendum præceptum de recitatione Horarum Canonicarum, & auditione Missæ præter attentionem internam, an sit necessaria? t.2. tr.3. r.1. §.1. p.221
Vbi, quid est sentiendum de Sacerdotibus dubitantibus, an habuerint intentionem requisitam consecrandi hostiam, an illis tantum præcipiatur proferre verba consecrationis attentè, & devotè; non autem, ut proferant cum intentione aliqua volendi consecrare, aut satisfaciendi præcepto obliganti ad consecrandum? §.2
Intentio Papæ quando dispensat in gradu prohibito, est solum dandi facultatem contrahendi, non autem approbandi, & ratum habendi, quod illicitè actum est? t.2. tr.6. r.25. §.4. p.344
Intentio habitualis an sufficiat ad lucrandas Indulgentias, id est, an satis sit ad lucrandam Indulgentiam opera injuncta præstare, etiamsi quis ignoret Indulgentiam facientibus illa opera concessam esse? tom.4. tr.5. r.18. §.1. & seq. p.187
Si absque intentione adimplendi pœnitentiam à Confessario impositam quis illam fecerit, imo cum intentione contraria, an teneatur denuo illam facere? tom.1. tr.6. r.55. §.1. & seq. p.340. & seq.
Vbi, quod, si alicui Confessarius imposuit pro pœnitentia jejunium, vel eleemosynam disiunctim, & ipse dederit eleemosynam cum intentione non adimplendi pœnitentiam per illam partem, sed jejunando postea, potest adhuc pœnitens postea non jejunare? ibid. §.3. p.341
Qui cum intentione positiva non satisfaciendi præcepto audiret sacrum, an adhuc satisfaciat, nec teneatur aliud sacrum audire? t.2. tr.3. r.5. §.2. p.224
Et quid, si talem intentionem habuerit, qui vovit Missam audire? ibid.
Quando sine intentione formali faciendi, quod facit Ecclesia quis contraheret, licet illud matrimonium non sit Sacramentum quia in Ministro non adfuit intentio necessaria, attamen manet validum in ratione contractus, itaut contrahentes non possint deinde alteri nubere, neque in posterum posse tale matrimonium effici Sacramentum? t.2. tr.6. r.118. §.3. p.403
Si non ea intentione, ut solvat jejunium, quis dat operam ludo, pilæ, venationi, vel recreationi alicui alteri, prævidens tamen ex defatigatione se evasurum impotentem ad jejunandum, potest excusari à jejunio? t.4. tr.6. r.18. latè §.5. p.211
Secus autem, si id voluntariè facit ea intentione, ut eo die jejunare non possit? ibid. p.212
Idem est de pollutione prævisa in ebrietate, nimia comestione, vel in comestione talis cibi, vel ex tali modo jacendi in lecto, dum quis dormit, &c. ibid. §.3. p.210
Et non est eadem ratio de illo, qui descendit è loco, ubi obligat jejunium ad locum, ubi non obligat ex intentione non jejunandi, ac de illo, qui in die festo è proprio domicilio proficiscitur ad alium locum, ubi hoc festum non servatur, animo, & intentione exercendi ibi servilia? ibid. §.4. p.211
Quando super intentione datur tortura reo convicto, an danda sit ab Inquisitoribus cum clausula: Citra præjudicium probatorum? tomo quinto, tract.11. resol.32. per totam. p.495
Si cum intentione petendi licentiam à Prælato Religiosus accipit aliquid considerabile, etsi non concesserit illud reddere cui dedit, an peccet? tom.7. tract.3. resol.66. §.3. pag.277
Si absque intentione recta, ex justa tamen causa Princeps inferat bellum, an sit injustum? tom.7. tract.7. resol.7. per totam. pag.386

De

De intentione jurandi certus, sed dubitat de intentione se obligandi, an teneatur ad juramentum? tom. 8. tr. 4. r. 22. §. 1. p. 56
Vbi aliqui casus pro praxi circa intentionem se obligandi.
Si contra intentionem Prælati Sacerdos regularis applicet Missis, an valeat talis applicatio? t. 2. tr. 1. r. 54. §. 1. p. 30
Si intentionem habeat Sacerdos consecrandi solum panem, non verò vinum, an panis remaneat consecratus? t. 2. tr. 1. r. 218. §. 1. p. 137
Et in hoc casu an sit verè, & propriè sacrificium? t. 2. tr. 1. r. 229. §. 1. p. 139
Intentionem negantem reum facientem ritus hæreticales, seu proferentem verba hæreticalia, an Inquisitores debeant punire tanquam Hæreticum? tom. 5. tr. 12. r. 34. per totam. p. 530
Si intentionem habeat Religiosus petendi licentiam prius quam expendat illud, quod sine licentia Superioris accepit, an peccet contra paupertatem? t. 7. tr. 3. r. 18 §. 1. p. 257
Et quid, si ad breve tempus retineat illud? Vbi specialis casus pro praxi, & aliqua notabilia, & practicabilia. ibid.
Circa intentionem se obligandi ad juramentum aliqui casus pro praxi. t. 8. tr. 4. r. 22. §. 1. & seqq. p. 56
Vide verb. *Adulter, Defunctus, Ministrare, Praxis, Sacerdos, Sacramentum, Votum.* tom. 2
Item verb. *Affinis, Concelebrare, Consanguineus.* tom. 3
Item verb. *Confessarius, Impotens, Missam celebrare, Opus pium, Sacramentum.* tom. 4
Item verb. *Beneficium, Manifestare, Oblivio.* tom. 5
Item verb. *Amicus.* tom. 7
Item verb. *Polluvio.* tom. 8
Item verb. *Fraus, Paries, Subtrahendum.* tom. 9

Intercedere.

Vid. verb. *Concubina.* tom. 7

Intercessio.

Super hoc verb. Intercessio ad Beneficium, lege aliquas difficultates in tract. 7. tomi 5. de Simonia, signanter in r. 20. 21. 22. 24. & 26

Intercessor.

An sit ut intercessor apud Ioannem Religiosus se habeat, v. g. ut ipse Ioan. nomine suo det Petro aliquam rem, non peccet contra votum paupertatis, neque contra Bullam Clem. VIII. de Largit. muner. t. 7. tr. 3. r. 8. §. 2. p. 251

Interdicere.

Interdicere usum Sacramentorū aliquibus an Pontifex possit? t. 3. tr. 1. r. 2. per tot. p. 2. Vbi proponuntur diversi casus.
Interdicere famulos regularium Episcopus non potest sine mandato Pontificis. t. 7. tr. 1. r. 43. §. 2. p. 30
Interdicere in suis Titulis an Cardinales possint? t. 9. tr. 7. r. 39. §. 1. p. 389
Interdicitur Ecclesiasticis venatio tantum illa quæ est clamorosa, & assidua, non tamen sub mortali culpa ratione Ecclesiastici præcepti, nec ratione scandali, modo rarò fiat. t. 7. tr. 5. r. 6. §. 3. p. 329
Interdictum an sit Equitibus D. Ioan. D. Iacobi, Alcantaræ, Calatravæ, &c. donare in Bulla Clem. VIII. de Largit. munerum? t. 7. tr. 3. r. 54. §. 1. p. 270
Et quid, si sint Commendatarii? t. 7. tr. 3. r. 55. §. 1. p. 271
Interdictum olim fuisse à Summis Pontificibus, ne populus, & Principes se immiscerent in Electione Episcoporum demonstratur. t. 9. tr. 9. r. 6. §. 1. & seq. p. 455
Vide verb. *Interdictum, Interdictus.* t. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. & 9

Interdictum.

Interdicta pro quibus ferendis licentiam habent Episcopi à jure Concilii an regulares observare teneantur? tom. 6. tract. 1. res. 44 §. 2. pag. 34
Vt interdicta ab Apostolica Sede, vel propria authoritate Episcopi lata Regulares populo denuncient, an Episcopus Regularibus possit præcipere? t. 7. tr. 1. r. 40. per tot. p. 27
Interdicti tempore an moribundus sit ungendus, qui non potest recipere Sacramentum Pœnitentiæ? tom. 2. tr. 4. resol. 32. §. 1. pag. 259
Interdicti tempore an liceat contrahere matrimonium? t. 2. tr. 6. res. 107. §. 1. p. 398
Interdicti tempore an possint fieri matrimonii denunciationes? ibid. §. 4. p. 399
Interdicti tempore non possunt benedictiones nuptiales fieri, quia sunt officia divina. t. 2. tr. 6. r. 108. §. 2 ibid.
An saltem interdicti tempore possint fieri benedictiones nuptiales in diebus, in quibus permittuntur officia divina, ut Paschatis, &c. t. 2. tr. 6. r. 109. §. 3. ibid.
Interdicti tempore an teneatur audire Missam habens privilegium Bullæ Cruciatæ, aut Breve Oratorii privati? t. 31 tr. 1. r. 102. §. 8. p. 136
Si interdicti tempore conceditur privilegium Sacerdoti, ut Missam celebrare possit, extenditur privilegium ad Ministrum servientem. t. 3. tr. 6. r. 65. §. 3. p. 456
Interdicti tempore non tenetur audire Missam, qui Bullam Cruciatæ habet. t. 4. tr. 2. r. 35. §. 1. & seqq. p. 49
Interdicti tempore nemo tenetur sumere Bullam Cruciatæ, ut audiat Missam die festo. t. 4. tr. 2. r. 36. §. 3. ibid.
Interdicti tempore an possit Missa celebrari, & audiri in Oratorio privato? t. 4. tr. 2. r. 38 §. 1. & seq. p. 50
Interdicti tempore, ut quis possit celebrare in Oratorio privato virtute Cruciatæ, an sit omnino necessaria licentia Episcopi? t. 4. tr. 2. r. 52. §. 1. p. 60
Interdicti tempore an licitum sit in Oratoriis privatis virtute Cruciatæ non solum in diebus concessis, sed etiam in festivitatibus prohibitis celebrare, & ibi Missam audire? t. 4. tr. 2. r. 55. §. 1 p. 62
Interdicti tempore, qui audit sacrum virtute Cruciatæ, an teneatur sub mortali, vel tantum sub veniali emittere aliquas preces Deo pro unione Principum Christianorum contra infideles? t. 4. tr. 3. r. 124. §. 3. p. 117
Interdicti tempore Regulares habent privilegia celebrandi in aliquibus festivitatibus, an per Cruciatam dicta privilegia suspendantur? t. 4. tr. 3. r. 125. §. 2. ibid.
Interdicti tempore Chrisma confici potest pro Baptismo ministrando. t. 4. tr. 8. r. 87. §. 1. p. 383
Interdicti tempore Sacramentorum administratio, & receptio prohibetur. t. 4. tr. 8. r. 100. §. 1. p. 393
Interdicti tempore certis temporibus, & festivitatibus celebrari permittitur. t. 4. tr. 8. r. 101. §. 1. p. 394
Interdicti tempore quædam Sacramenta administrare, & recipere licet, v. g. Baptismum, & Pœnitentiam, & aliquod ex aliis Sacramentis. ibid.
Ad interdicti valorem an reperiatur monitio? tom. 5. tr. 1. res. 4. §. 4. p. 2
Si interdicti lex sit usu recepta dubitatur, an præsumendum sit non esse usu receptam? tom. 6. tract. 1. resolut. 40. §. 1. & seq. pag. 32
Si sub interdicti pœna lex aliquid præcipit, an obliget sub mortali? t. 6. tr. 1. r. 43. §. 1. p. 33
Vt interdicti tempore Regulares celebrare possint virtute privilegiorum, an dicta privilegia revocata sint per Concilium Trid. sess. 25. c. 12. t. 7. tr. 1. r. 125. per totam. p. 87
Interdicti tempore an possit Eucharistia dari omnibus parturientibus, & proficiscentibus ad bellum, tanquam constitutis in periculo mortis? t. 9. tr. 7. r. 126. §. 1. p. 439
Interdicto personaliter, qui causam dederit, an sit licitum ministrare Sacramentum Baptismi, & Confirmationis? t. 1. tr. 2. r. 20. §. 1. p. 80
Vbi qui ministrat hæc Sacramenta in dicto casu non peccat per violationem interdicti, sed quia ministrat in peccato mortali, & proinde non facit duo peccata, primum quia ministrat in peccato, secundum quia violatur interdictum. ibid.
Ab interdicto personali an non solum Clericus, sed etiam

laicus in articulo mortis absolvere possit? tom.5.tract.1. ref.210. §.4. pag.120
Interdictorum effectus. tomo quarto, tract.8. ref.100. §.1. & seqq. pag.393
Interdictum tam personale, quam locale an Capitulum sede vacante ponere possit? t.3.tr.5.r.30.§.2. p.394
Interdictum aliud est locale, & aliud personale. t.4. tr.8. r.100. §.1. p.393
Interdictum aliud quoque est generale, & aliud particulare. ibid.
Si interdictum absolute non proferatur, sed ferendum sit, an obliget ad peccatum mortale? t.5. tr.1.r.1 1. §.3. p.9
Dubius an interdictum incurrerit quid facere debeat? t.5. tr.1.r.125. §.4 p.79
Vide verb. *Episcopus*, *Prohibitum*. tom.2
Item verb. *Eucharistia*, *Extrema-Unctio*. tom.3
Item verb. *Designatio*, *Domesticus*, *Sacerdos*. tom.4
Item verb. *Appellatio*, *Beneficium*, *Conditio*, *Contumacia*, *Ignorantia*. tom.5
Item tract.4. tomi 5. de *Interdicto*, ubi plura.
Item verb. *Institutum*. tom.6
Item verb. *Militia*. tom.7
Item verb. *Cœmeterium*, *Episcopus*, *Habitatio Ecclesiæ*, *Includere*, *Inhibere*, *Pollutum*, *Violatum*. tom.9

Interdictus.

Interdicta urbis templa, & loca omnia præter unam Ecclesiam, quæ extra, vel intra muros est, libera ab interdicto, an diebus festivis omnes, secluſa gravi intemperie ad illam confluere teneantur etiam fœminæ delicatæ, & alicujus authoritatis ad audiendam Missam de præcepto? t.2. tr.3. r.6. §.1. p.225
Interdicta an maneat Ecclesia, si quis occisus est ante Ecclesiam, & cum adhuc aditus esset intra illam illatus credens inimicus adhuc esse vivum, vulnus ei grave intulit, ex quo manavit copiosa sanguinis effusio? t.9. tr.1. ref.134. §.1. p.88
Interdicti an excusentur à præcepto annuæ Communionis? t.2. tr.2. r.14. §.1. p.162
Et supposito, quod interdicti possint absolvi, si nollent eo fine, ut non communicent, an peccent contra præceptum? ibid. §.3
Interdicto personaliter qui causam dederit, an sit licitum ministrare Sacramentum Baptismi, & Confirmationis? t.1. tr.2. r.20. §.1. p.80
Vbi qui ministrat hæc Sacramenta in dicto casu non peccat per violationem interdicti, sed quia ministrat in peccato mortali, & proinde non facit duo peccata, primum, quia ministrat in peccato, secundum, quia violatur interdictum. ibid.
Ab interdicto Sacerdote Sacramentum Pœnitentiæ ministratum an sit nullum? Et ejus absolutio invalida? t.1. tr.4. r.14. §.1. & seqq. p.232
Qui ab interdicto Sacerdote audit Missam in die festo, an satisfaciat præcepto? t.2. tr.3. r.15. §.1. p.230
Interdictus à sacro faciendo an possit Ordines conferre? t.2. tr.5. r.26. §.1. p.282
Et in dicto casu non solum minores, sed etiam alio celebrante possit Episcopus majores Ordines conferre. ibid.
Interdictus excusatur à præcepto Missæ, licet facile possit obtinere absolutionem à censura. tom.3. tract.1. ref.102. §.12. pag.137
Interdictus Clericus an teneatur dicere Horas Canonicas? t.3.tr.6. r.31.§.1. & seqq. p.435
An pueri possint sepeliri in loco interdicto si ante usum rationis decedant? t.5. tr.1. r.108. §.5. p.72
An, non solum Clericus, sed etiam laicus in articulo mortis absolvere possit ab interdicto personali? tom.5. tract.1. ref.210. §.4. pag.120
Interdictus Clericus an gaudeat privilegio Canonis? t.5. tr.2. r.37. §.4. p.147
An censeantur Religiosi interdicti, interdicto Clero? t.5. tr.2. r.51. §.2. p.154
Interdictus recipiens Ordinem sacrum, an fiat irregularis? t.5. tr.5. r.14. §.1. p.212
Interdictus exercens solemniter actum minorum Ordinum, an incurrat irregularitatem? tom.5. tract.5. ref.17. §.5. in fine. pag.213
Interdictus ab ingressu Ecclesiæ an gaudeat ejus immunitate? t.9. tr.1. r.27. §. Quæro secundo p.21

Appendix ad aliquas alias difficultates pertinentes ad hoc verbum Interdictum, Interdictus.

Interdictum personale speciale an possit fieri pro culpa veniali? t.5. tr.4. r.1. p.141
Interdictum personale generale an possit fieri pro debito pecuniario? t.5. tr.4. r.2. p.142
Quale peccatum sit violare interdictum? t.5. tr.4. r.3. ibid.
Et an laicus non interdictus, si fine vi, aut scandalo audiat Officia divina, præsertim Missam in loco interdicto, peccet mortaliter? ibid. §.2. & seq.
An in violatione interdicti detur parvitas materiæ? ibid. ref.4. p.143
An sit peccatum mortale dicere Missam tempore interdicti, omissa una circunstantia ex requisitis *in Cap. Alma mater*, ut v. g. facere Sacrum apertis januis, &c. ibid. r.5
An prohibitus celebrare in loco delicti possit celebrare, v.g. in Ecclesia Patrum Capuccinorum, vel Carmelitarum prope urbem existente? ibid. r.6. signanter §.2. p.144
An licitum sit celebrare coram personis interdictis? Et difficultas est, si persona interdicta expelli non possit, quid est faciendum? ibid.r.7
An deficiente Clero possit Sacerdos accipere laicum ad serviendum Missæ? Et in dicto casu an possit celebrare cum duobus Ministris? ibid. r.8. p.145
An Sacerdotes, qui possunt in interdicto Missam dicere, & Clerici divinis Officiis assistere, possint etiam communicare absque celebratione? ibid. ref.9. &c.
An laici, quibus tempore interdicti licitum est in aliquibus diebus Missam audire, possint etiam Sacram Eucharistiam sumere? Et an, si tempore interdicti occurrat præceptum sumendi Eucharistiam, ut in Paschate Resurrectionis, poterit dari sæcularibus? ibid. r.10. p.146
An tempore interdicti, quando celebrantur divina Officia, ex privilegio per Festa Paschatum, intelligantur tantum primi dies? t.5. tr.4. r.11. &c.
Et an dicta Festa Paschatum accipienda sint à primis Vesperis juxta morem, quo Ecclesia solet Festivitates inchoare? Adde Festum Paschatis posse sumi saltem à *Gloria in excelsis* Sacri diei Sabbathi. Et aliqua alia circa supradicta, & circa celebrationem Corporis Christi, & ejus octavas explanantur in prædicto casu, & tempore interdicti? ibid. §.3. & 4
An Clerici conjugati possint interesse divinis Officiis tempore interdicti? ibid. r.12
An qui habet duo domicilia, alterum in loco interdicti, & alterum in loco non interdicto; censeatur ipse interdictus? ibid. r.13. p.147
An licitum sit alicui non interdicto audire Missam Sacerdotis interdicti personaliter? ibid. r.14
De pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ imposita ab Urbano VIII. contra non residentes. Et clare, & breviter explicatur, quid importet dicta pœna. Et an si quis ita interdictus celebret intra Ecclesiam, fiat irregularis? Et quid, si tantum audiat officia divina? ibid. r.15. §.1. per totum. p.148
Et an Episcopus interdictus ab ingressu Ecclesiæ possit intra illam recipere Sacramenta? Et an in Ecclesia possit exercere actum jurisdictionis pro foro interno. ibid. §.2
Vbi inter alia alii decem casus adnotantur, in quibus Episcopis interdicitur ingressus Ecclesiæ.

An

An interdicto ab ingressu Ecclesiæ prohibeatur omnis ingressus? Et an saltem dum celebratur divinum Officium possit talis interdictus ibi orare, loqui, disputare, & concionem audire? ibid. r. 16. &c.
An interdictus ab ingressu Ecclesiæ possit intra illam recipere Sacramenta? ibid. r. 17. p. 149
Interdictus ab ingressu Ecclesiæ an possit in Cœmeterio Officia divina audire, & Missam celebrare? ibidem res. 18. p. 149
Interdictus ab ingressu Ecclesiæ, si moriatur cum signis Pœnitentiæ an possit absolvi, ut sepeliri possit in loco sacro? ibidem. res. 19
In Interdicto personali generali an licita sit Ecclesiastica sepultura? ibid. res. 20. p. 150
An qui tempore interdicti habent privilegium particulare assistendi Divinis Officiis, vel interessentes in diebus Paschatis, Pentecostes, &c. possint in loco sepeliri? t. 5. tr. 4. res. 21. p. 150
Et an in diebus dictis possint nuptiales benedictiones celebrari? ibid. in fine.
An Episcopus possit suspendere interdictum? ibid. r. 22
An Confessarius possit tollere interdictum personale particulare sine reservatione latum, post satisfactionem, vel satisfactionis cautionem? ibidem. res. 23. & in aliis ejus notationum. p. 151
Interdicto Clero, an intelligantur interdicti Religiosi? Et quid, si Religiosi habeant beneficium sæculare, v. g. Pastoratum, Canonicatum, &c. ita ut censeatur à suis segregatus? ibid. res. 24. &c.
Et quid est dicendum si censura feratur sub nomine personarum Ecclesiasticarum, an comprehendantur Religiosi, etiam Conversi, Moniales, Novitii, & Eremitæ? ibid.
Vide. *Bulla Cruciatæ*, *Matrimonium*, *Oratorium*.

Interesse.

Qui interesse potest tantum usque ad consecrationem non censetur adstrictus usque ad illam assistere, cum in illa parte præceptum de audiendo sacro nequeat impleri quoad substantiam. t. 2. tr. 3. r. 23. §. 2. p. 235
Interesse alicui exercitui an possint Clerici, excitando generaliter milites ad pugnam? t. 7. tr. 7. r. 58. §. 1. p. 422
Interesse bello absque peccato an Clerici sine superioris licentia Episcopi possint? t. 7. tr. 7. r. 61. §. 1. p. 424
Interesse divinis cum superpelliceo in diebus Dominicis an debeat Clericus in minoribus, ut gaudeat privilegio fori? t. 9. tr. 2. r. 138. §. 1. & seq. p. 164
Si quis non intersit consecrationi, & sumptioni, vel parti Canonis, licet reliqua Missæ audiat, non satisfacit præcepto. t. 2. tr. 3. r. 22. § 1. p. 234
Si interfunt Clerici bello causa adjuvandi spiritualiter militibus, & non pugnandi, an spolia hostium perinde ac milites accipere possint; nisi de contraria supremi Ducis voluntate constet? t. 7. tr. 7. r. 58. §. 1. in fine, p. 423
Vide verb. *Adesse*, *Assistere*. tom. 2
Item verb. *Comædia*. tom. 7
Item verb. *Habitus*. tom. 9

Interessis.

Interesse contractus alimentia, an licitè postea adjiciatur sorti principali, dum dictus contractus renovatur? t. 6. tr. 3. r. 35. §. 1. p. 138
Interesse pœnarum nullo modo peti potest, ut v. g. aliquis nomine pœnæ tenetur aliquid solvere, si pœnam in tempore non solvit, non tenetur solvere interesse dictæ pœnæ. ibid. §. 4
Interesse, vel usuræ, an currant, stantibus dilationibus? t. 6. tr. 5 r. 33. per totam. p. 290
Interessis, vide verb. *Inferior*.. tom. 9

Interfector.

Vide verb. *Filius*, *Gradus*, *Homicidum*, *Occidere*. tom. 8

Interficere.

Interficere aliquem volenti, an possit quis ex metu mortis, vel alio gravi metu vendere, vel commodare ensem? t. 7. tr. 5. r. 76. §. 4. p. 368
Interficere volentes alium, non peccat Nauclerus, qui metu mortis Cymba transuehit. ibid. §. Et ideo p. 369
Interficere reum in Ecclesia judex laicus jubens, an incurrat excommunicationem Bullæ Greg. XIV. tum ipse, quam ejus minister? t. 9. tr. 1. r. 128. §. 1. p. 81
Vide verb. *Adulter*, *Maritus*. tom. 2
Item verb. *Adulter*, *Bellum*, *Homicidium*, *Occidere*. tom. 5
Item verb. *Indifferentia*. tom. 7
Item verb. *Filius*, *Gradus*, *Homicidium*, *Occidere*. tom. 8
Item verb. *Homicidium*, *Occidere*, *Sacerdos*. tom. 9

Interficientes.

Interficientes Cardinales, qui nondum Capellum habuere, an incurrant censuram Bullæ Cœnæ? t. 9. tr. 7. r. 11. §. 3. p. 386
Interficientium Cardinales receptatores, & defensores, an incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ, & non gaudeant Immunitate Ecclesiæ? t. 9. tr. 1. r. 49. §. 1. p. 33
Et an incurrant in censuram latam in Cap. Fœlices, de pœnis in 6. ibid. §. 2. p. 34

Interimere.

Vide verb. *Occidere*, *Prævenire*. tom. 8

Interitus.

Interitus rei legatæ an spectet ad legatarium? tom. 6. tract. 8. res. 115 §. 1. pag. 456
Et quid quando res, quæ casu perempta est æquè fuerit apud creditorem, & in nostro casu apud legatarium qui hæredis creditor est peritura? ibid.

Intermedium.

Vide verb. *Colloquentes*. tom. 5

Internum.

Interna donatio an donatorem obliget? tom. 6. tract. 7. res. 127. §. 1. p. 378
In internis peccatis an frigidus, vel eunuchus debeant aperire circumstantiam impotentiæ? tom. 1. tract. 7. res. 130. §. 2. pag. 408
Pro interno purè peccato an possit fieri excommunicatio? tom. 5. tract. 1. res. 14. §. 1. p. 10
Quando internum opus cui annexa est excommunicatio fuit mortale; externum vero veniale tantùm, an incurratur excommunicatio? t. 5. tr. 1. r. 16. per totam. p. 11
Vide verb. *Actus*, *Peccatum*. tom. 3
Item verb. *Actus internus*, *Compensatio*, *Mentale*. tom. 6.

Interpres.

Interpres optima legum est consuetudo, & observantia subsequens. t. 9. tr. 7. r. 96. § 2. p. 412
Interpres Confessionis, si solicitet pœnitentem an sit denunciandus? Et quid, si interpres sit etiam Sacerdos? t. 5. tr. 9. r. 83. per totam. p. 412
Interpres Confessionis an teneatur ad sigillum? t. 1. tr. 3. r. 78. §. 4. p. 139
Interpres an teneatur celare peccata sub sigillo sacramentali? t. 1. tr. 8. r. 39. §. 1. p. 442
Qui absque interprete non potest confiteri, & est in articulo mortis, an possit communicare absque prævia Confessione? t. 1. tr. 3. r. 147. §. 1. & seqq. p. 190
Per interpretem an teneatur Confiteri in articulo mortis, qui alio modo non potest? t. 1. tr. 3. r. 78. §. 2. p. 139
Et quid pro adimpletione præcepti annuæ confessionis? ibid. §. 1
Et quid, si existens in peccato mortali habeat probabilem existimationem de sua contritione? t. 1. tr. 3. r. 79. §. 3. p. 140

Et quid, si dubitat de sua contritione ? tom.1.tract.3.r.78. §.2.p.139
Et an in tali casu possit confiteri aliqua peccata venialia, & generatim omnia mortalia, dicendo se confiteri alia omnia peccata, quibus Deum offenderit? ibid.§.4
Per interpretem an teneatur præmittere confessionem, si quis nesciat linguam, & velit sumere Eucharistiam? t.1.tr.3.r.147.§.1. & seqq. p.190
Vide verb. *Consensus.* tom. 2
Item verb. *Colloquentes, Dubium.* tom.5

Interpretandum.

Vide verb. *Dubium, Latè, Strictè.* tom.7

Interpretari.

Interpretantur usus, observantia, praxis, consuetudo, leges, & statuta. t.2.tr.1.r.88. §.5.p.48
Vide verb. *Consensus.* tom.2
Item verb. *Causa, Dubium, Facultas, Latè, Privilegium, Strictè.* tom. 3
Item verb. *Colloquentes, Dubium.* tom.5
Item verb. *Vis.* tom.6

Interpretatio.

Interpretatio extensiva non dicitur fieri, sed comprehensiva in his, quæ per rationem legis comprehenduntur. t.9.tr.7.r.95.§.4.p.411
Vide verb. *Causa, Dubium, Facultas, Latè, Privilegium, Strictè.* tom.3

Interrogans.

Vide verb. *Consulere, Responsor casuum,* tom.8
Non interrogans Confessarius ex negligentia culpabili de circumstantia necessaria ad integritatem Confessionis, an teneatur pœnitentem monere de defectu commisso ? t.1. tr.7.r.44.§.1. & seqq.p.368
Et quid, si defectus hujusmodi esset conjunctus cum damno tertii, vel ipsius pœnitentis ? ibid. §.2
Vbi pro consolatione Confessariorum quod omittere aliquam interrogationem necessariam per inadvertentiam, aut oblivionem non est peccatum mortale ? §.4

Interrogare.

Interrogare pœnitentem an teneatur Confessarius sub onere peccati mortalis? t.1.tr.3.r.122.§.1. & seqq. p.171
Et quanta interrogatio in aliquibus casibus necessaria est ex parte Confessarii ? ibid.§.1
Interrogare testes an sint Iudæi, Sarraceni, &c. an debeant Inquisitores ? t.5.tr.10.r.46. per totam. p.434
Interrogare reos in tortura quomodo Inquisitores debeant ? t.5.tr.11.r.19. per totam. p.488
Interrogare de observantia cæremoniarum, & constitutionum an Prælatus Regularis in visitationibus sub mortali culpa teneatur? t.7.tr.1.r.302.§.1.p.210
Interrogare de complice in confessione, ut corrigatur, an licitum sit? tomo septimo, tract.4. resolution.25. §.3. in fine. pag.295
Antequam interrogent Inquisitores reos, an teneantur manifestare infamiam, indicia, vel semiplenam probationem esse contra ipsos, ut intelligant legitimè interrogari ? t.5. tr.10.r.52.§.1.p.436
Et supponitur reos non teneri respondere, & veritatem dicere, quam aliqualiter sibi constet processus, & acta, & judicem, & legitimè interrogare. ibid.
Vide verb. *Fictè, Ignorantia, Parochus.* tom.2
Item verb. *Pœna, Responsor casus.* tom.5
Item verb. *Index, Iudicium, Iuramentum, Reus, Subditus, Testis.* tom.6
Item verb. *Christianus, Infidelis.* tom.7
Item verb. *Consulere, Responsor casuum.* tom.8

Interrogatio.

Quanta interrogatio in aliquibus casibus pœnitentis necessaria est ex parte Confessarii ? t.1.tr.3.r.122.§.1.p.171
Omittere aliquam interrogationem necessariam per inadvertentiam, aut oblivionem, non est peccatum mortale. t.1.tr.7.r.44.§.4.p.368
Si interrogationibus respondere non vult reus, an possint Inquisitores illum torquere ? tom.5.tract.11.res.34.per totam. pag.496
Vide verb. *Pœna, Responsor casus.* tom.5

Interrogatum.

Interrogati Regulares à visitatoribus de observantia regulari, an teneantur sub mortali respondere ? t.7.tr.1.r.301 §.1.p.210
Vide verb. *Christianus, Infidelis.* tom.7

Interrumpere.

An interrumpat annum Novitiatus egressio Novitii è Monasterio cum licentia tamen Superioris ? t.7.tr.1.res.153. §.1.p.102
Et quid, si licentia sit illicitè data ? Vbi aliqua alia cum interruptionem anni Novitiatus. ibid. & in res.154.per totam. ibid.
An interrumpatur consuetudo decennalis, vel quadragenalis per unicum actum ? t.6.tr.2.r.5.§.1.p.103
Vide verb. *Voluntas.* tom.7

Interruptio.

Interruptio actus interni an sit circumstantia in confessione toties, quoties exprimenda? t.1.tr.7.r.122.§.1. & seqq.p.349
Interruptione formæ Sacramentorum, an detur parvitas materiæ ? t.1 tr.1.r.6.§.1. & seqq. p.5
Qui sine interruptione sufficiente ad multiplicandum peccatum sæpius decrevit cum muliere fornicari, & ita deinde pluries fornicatur, an unum numero peccatum censeatur admisisse, an vero plura ? t.1.tr.7.r.15.§.13.p.352
Qui sine interruptione morali multa verba blasphemiæ in Deum profert, an solum unum blasphemiæ delictum committat ? t.1.tr.7.r.29.§.2.p.363
Si cum interruptione notabili inter psalmos ejusdem horæ Canonicæ vel nocturni aliquis Officium divinum recitet, an peccet mortaliter ? t.3.tr.6.r.67.§.1.p.458
Et quid, si interruptio duret per unam, vel duas horas ? ibid.
Imo an in Matutinis Vigiliæ nocturnæ plusquam per 30. horas inter se sine causa absque lethali culpa dici possint, & ita recitantes divino officio, & præcepto satisfaciunt, & non tenentur repetere sequenti die. t.3.tr.6.r.68.§.1. p.459. & res.98.§.5.p.478
Et an supradicta interruptio intelligatur etiam in ordine ad recitationem publicam quæ efficitur in Choro ? t.3.tr.6. r.98.§.5.p.478
Qui cum interruptione notabili quis recitat partem Rosarii ex voto, vel pœnitentia imposita, an dicatur satisfacere, etiam si dimidiam partem mane, & aliam vespere recitet ? t.8.tr.4.r.47.§.1.p.70
Circa interruptionem Novitiatus aliqua notabilia. t.7.tr.1. r.153.§.1.p.102. & in res.154. per totam, ibid.
Vide verb. *Osculari.* tom.2
Item verb. *Votum.* tom.4
Item verb. *Voluntas.* tom.7

Interruptum.

Vt Interruptus annus Novitiatus possit continuari, an privilegium Iulii II. concessum Minoribus sit revocatum ? t.7.tr.1.r.156. per totam p.103

Interstitia.

Interstitia nulla requiruntur in receptione Tonsuræ, & omniumminorum ordinum, sed possunt recipi eodem die, si

si videbitur Episcopo, & de minoribus ad Subdiaconatum, remittitur ad usum Provinciæ, &c. t. 5. tr. 3. r. 45. §. 2. in fine, & in §. 1. etiam in fine. p. 190
In interstitiis tenetur Episcopus dispensare, si adsit iusta causa. t. 3. tr. 2. r. 15. §. 6. p. 184
Vt in interstitiis non servatis quis ordinetur, an Capitulum sede vacante dispensare possit? Et quid de Vicario Capituli quoad hoc? t. 3. tr. 5. r. 16. §. 1. & seqq. p. 388
Interstitiis temporum non servatis, qui ordinatur, v. g. Diaconus elapso tempore anni unius ab Ordine Subdiaconatus, an incurrat suspensionem? tom. 5. tract. 3. ref. 45. §. 1. pag. 189
Et an super hoc ex rationabili causa Episcopus dispensare possit? ibid. §. 2. post medium. p. 190
Idem est quando Abbates remittunt suos subditos, ut ordinentur ab Episcopo? ibid. §. 3
Absque interstitiis an possint ordinari Regulares per privilegia concessa Societ. Iesu? t. 7. tr. 1. r. 259. §. 1. p. 172
Vide verb. *Censura*, *Dispensare*, *Familiares*, *Irregularitas*, *Regulares*, *Superior regularis*. tom. 2

Intervenire.

Vt interveniat alicui Capitulo Generali, an cœcus Regularis sit eligibilis? t. 7. tr. 1. r. 7. §. 1. p. 6

Interventus.

Absque interventu Superioris Religionis sententia data ab Episcopo N. super nullitatem professionis cujusdam ejecti, an fuerit nulla? t. 7. tr. 1. r. 196. §. 1. p. 124
Et quid, si Religiosus non fuerit ejectus, sed petierit nullitatem professionis coram Episcopo? Vbi aliqua alia notabilia. ibid. & seqq.

Intrantes.

Fœminæ intrantes ulteriora loca in monasteriis regularium an possint ingredi & videre capellas positas in claustro? t. 7. tr. 1. r. 245. §. 1. p. 156
Intrantes in Parlamentum an possint credere Regi attestanti se esse in necessitate? Et quid si moraliter contrarium constet? t. 7. tr. 6. r. 5. per totam. p. 373
Intrantes Procuratores, & alii in Parlamentum an debeant proponere aliquid, licet ab illo, qui caput est Parlamenti non proponantur? t. 7. tr. 6. r. 21. per totam. p. 377

Intrare.

Ad intrandi effectum in Parlamentum an plures Vniversitates, & Barones Regni possint constituere unum, vel alterum in Procuratorem? t. 7. tr. 6. r. 18. per totam. p. 377
Si quis intraret in cubiculum ægrotantis, ubi ad ipsum communicandum Sacerdos cum SS. Sacramento advenisset, & ibi à Bitruariis comprehensus fuisset, antequam Sacerdotem tangeret, an gaudeat Immunitate Ecclesiæ? t. 9. tr. 1. r. 12. §. 1. p. 12
Si intrat aliquis in Parlamentum tamquam Procurator, an possit rogatus substituere alterum in Procuratorem? t. 7. tr. 6. r. 20. per totam. p. 377
Vide verb. *Os*. tom. 2
Item verb. *Cogere*, *Ecclesia*, *Ingredi*, *Metus*, *Puella*. tom. 5
Item verb. *Ingredi*, *Iustitia*, *Legitimatum*, *Monialis*, *Nupta*, *Templum*. tom. 7
Item verb. *Compellere*. tom. 9

Introducentes.

Introducentes consuetudinem adversus legem peccant toto tempore, quo consuetudo introducta non est. t. 6. tr. 2. ref. 6. §. 2. pag. 104
Introducentes consuetudinem contra legem, seu contra antiquam consuetudinem legitimè receptam in foro conscientiæ non peccant, quando consuetudo ita invaluit, ut docti, & pii viri sine remorsu conscientiæ eam sequuntur. t. 6. tr. 2. r. 7. §. 2. p. 104
Vbi, quod licet consuetudo contra legem; & Canonem introducta sit ex causa non justa, & primi illi legis transgressores peccaverint, successores tamen eorum excusantur à peccato ob talem consuetudinem introductam.

Introducere.

Quænam frequentia actus introducat consuetudinem? t. 6. tr. 2. r. 13. per totam. p. 108
Ad introducendam consuetudinem contra Canones, an requiratur scientia, & expressus consensus Papæ? t. 6. tr. 2. r. 10. §. 6. p. 106
Introducere consuetudinem quinam possint? t. 6. tr. 2. r. 21. §. 1. p. 111
Et an mulieres? t. 6. tr. 2. r. 22. §. 1. p. 111. & seq.
Introducere statuta prohibentia in Civitatem, vinum, frumentum, &c. vel aliud recollectum in suis prædiis an comprehendat Clericos? t. 9. tr. 2. r. 213. & 214. p. 203
Introduci statuto ignominiosa cessio bonorum an possit? t. 6. tr. 5. r. 22. §. 5. p. 286
Vide verb. *Clericus*, *Mulier*, *Stabilire*, *Vsus*. tom. 6
Item verb. *Baro*, *Civitas*, *Consuetudo*, *Impedimentum*, *Ritus*. tom. 9

Introductum.

In dubio, si introducta sit consuetudo ex animo devotionis, vel ex animo se obligandi, an præsumendum sit introductam fuisse animo obligandi? tom. 6. tract. 2. ref. 18. §. 1. p. 110
Introductam esse consuetudinem animo inducendi obligationem quomodo cognoscetur? t. 6. tr. 2. r. 17. §. 1. p. 110
Et pro praxi demonstrantur quatuor conditiones. ibid. §. 2

Introitus.

Pro introitu primo Regis in Civitate gabellas impositas an Clerici teneantur solvere? tom. 9. tract. 2. ref. 251. §. 1. & seq. pag. 226

Intromissio.

Vide verb. *Fœmina*. tom. 8

Intromittere.

Intromittere se an possint judices laici in executione legati pii, aut sit casus misti fori? tom. 6. tract. 9. resolut. 52. §. 1. pag. 479
Et quid data negligentia hæredum, vel executoris talis legati? t. 6. tr. 9. r. 53. per tot. p. 479
Intromittere se an possint Reges, quando ab aliquo Episcopo non servatur aliquod Decretum Concilii Trid. t. 9. tr. 2. r. 31. §. 1. p. 117

Intrusus.

An qui sine authoritate Superioris, & titulo in officio judicis, Parochi, aut Confessoris se intrusit, si tamen communis error accedat, gesta per illos quoad utrumque forum spectantia valida sint? t. 2. tr. 6. r. 81 p. 379
Vide verb. *Parochus*, *Titulus*. tom. 2

Invadentes.

Vide verb. *Vrbs*. tom. 7

Invadere.

Si quis invadit Sacerdotem stantem in Altari, & divina celebrantem, an Sacerdos possit intermittere Sacrum, & se defendere, & si cum moderamine justo talem offendentem occidit, an Missam perficere licitum sit ei? tom. 8. tract. 5. ref. 1. §. 1. pag. 90

Invalidè.

Invalidè quædam obstetrix baptizavit plures infantes, quid in hoc casu ipsa obstetrix, & Confessarius cum ea facere teneatur? t. 1. tr. 1. r. 8. §. 3. p. 7

Qui invalidè ministrat Sacramentum Baptismi, & Ordinis, an teneatur cum periculo vitæ, & honoris manifestare hunc defectum? t. 1. tr. 1. r. 9. §. 1. & seq. p. 7
Et quid maximè, si invalidè fuisset collatus Ordo Sacerdotalis, & Episcopalis? ibid. §. 3
An invalidè, & illicitè Superior, re non integra, revocet licentiam datam subdito, ut possit exercere munus executoris? t. 6. tr. 9. r. 19. per tot. p. 465
Vide verb. *Confessio*, *Iterare*. tom. 1
Item verb. *Absolvere*, *Actus*, *Beneficiarius*, *Donatio*, *Filius*, *Ingressus*, & passim in aliis verbis. tom. 6

Invalidum.

Vide verb. *Beneficium*, *Confessio*. tom. 3
Vide verb. *Absolvere*, *Actus*, *Beneficiarius*, *Donatio*, *Filius*, *Ingressus*, *Invalidè*. tom. 6
Item verb. *Actus*, *Professio*. tom. 7

Invasor.

Invasorem occidere cum moderamine inculpatæ tutelæ an licitum sit? t. 8. tr. 5. r. 1. §. 1. p. 90
Invasorem occidendo, an Religiosi possint defendere suum honorem? t. 8. tr. 5. r. 14. §. 1. p. 98
Invasorem occidere an licitum sit, si ex ejus morte sequatur damnum reipublicæ, quia est persona valdè necessaria, ut si aggressor sit Rex, Dux, &c. t. 8. tr. 5. r. 17 §. 1. p. 100
Invasorem occidere an liceat, si invasus sit in culpa, ut aggrederetur ipsum, ut adulter ex injuria quam facit marito, itaut non amittat jus defendendi se? t. 8. tr. 5. r. 21. §. 1. p. 101
Invasorem si quis occidit excedens moderamen, an teneatur ad restitutionem? t. 8. tr. 5. r. 61. §. 1. p. 121
Si quis invasorem reum suarum occidit, an teneatur ad restitutionem? t. 8. tr. 5. r. 62. §. 1. ibid.
Si invasorem maritum adulter occidat cum moderamine inculpatæ tutelæ, an teneatur ad aliquam restitutionem? t. 8. tr. 5. r. 68. §. 1. p. 124
Et testis, qui per imprudentiam occultum crimen detegit, si bona fide detexit, (ut frequenter solet accidere,) quia putabat se legitime de hoc interrogari à judice, an teneatur lege justitiæ retractare testimonium suum, itaut si non retractaverit, obligetur ad restitutionem? ibid. § 3. post medium.

An testis ratione falsi testimonii non teneatur aliquando ad restitutionem? tom. 6. tr. 1. r. 92. p. 62

Et an qui falsum testimonium dixit ex ignorantia, vel exin advertentia damnabili, vel ex oblivione saltem non mortifera, ratione cujus contingit aliquem damnari, teneatur ad restitutionem? ibid. §. 2. &c.

An testis falsus teneatur revocare dictum suum, ratione cujus mors aut mutilatio alicui est inferenda, quamvis ipse similis pœnæ periculum timeret, imo licet ex revocatione majus malum illi immineat? tom. 6. tr. 1. res. 93. p. 62

Et quid, quando testis falsus dubitat an talis revocatio sit profutura necne? ibid.

An testis teneatur denunciare, quando scit nullum alium scire illud delictum, etiam interrogatus sub præcepto, & juramento? tom. 6. tr. 1. r. 94. p. 62

An testis teneatur respondere, si judex ad evitandum scandalum interroget, quando crimen est notorium, sed ignoratur author ipsius? tom. 6. tract. 1. resolutione 95. pag. 63

Et an judex in tali casu non possit inquirere, nec interrogare, & aliter faciendo an peccet mortaliter? ibid.

An reus, & testis teneantur respondere, si dubitant, utrum judex juridice illos interroget? tom. 6. tract. 1. res. 96. pag. 63

Et an si judex in re dubia inquirat, peccet, & testis, si obsequatur, sit injustus? ibid. §. 2. in fine, §. 3. &c.

Et an quando judex, vel Superior generaliter inquirit super aliquo delicto notorio, cujus author ignoratur, tunc subditus, qui dubitat, an infamia, vel indicia sint contra illum, quem ipse sit commisisse delictum, an teneatur prodere delinquentem, vel debeat respondere se nescire, quis commisit? ibidem. §. ult. &c.

An reus teneatur respondere, si sciat adversus se stare solum dictum denunciatoris? tom. 6. tract. 1. resolutione 97. pag. 64

Et notatur non licere aliis cooperari, cum reo ad confringendum carcerem. Et an conjunctissimi, quales sunt Parentes, conjuges, fratres, possint juvare reos auxilio, consilio, & pecunia? Idem est de his, qui spectatis circunstantiis certissimè timerent revelandos à reo fore, comprehendendos, puniendos, & infamandos à judice? ibid. §. 2. per totum, &c.

Et tandem quæritur, an reus innocens, qui reipsa damnatur injuste ad mortem, juste tamen juxta allegata, & probata possit vi, & armis se defendere à judice, & eius ministris, etiam occidendo eos si necessarium sit? ibid. §. 3. & in aliis eius annotationum.

An reus teneatur judici respondere, si testium depositio non notificetur? Et quid circa hoc cum Regularibus? t. 6. tr. 1. r. 98. p. 64

An reus confessus, & convictus de uno crimine teneatur respondere interrogatus de complicibus, nulla infamia laborantibus? t. 6. tr. 1. r. 99. p. 65

Et an judices de dictis complicibus interrogantes extra casus assignatos in textu hujus Resolutionis peccant mortaliter. Et an confessarii possint reos obligare ad respondendum tantum in casibus supra expressatis? ibidem. §. 2

Et absolute docetur in omnibus casibus non esse complices revelandos, quando quis cognovit correctos, vel emendatos esse, aut si probabiliter emendatos iri per solam correctionem fraternam, quod est valde notandum? ibid. in fine, &c.

An opinio asserens, quod reus juridice interrogatus in causa capitali honoris, & famæ non tenetur respondere ad mentem judicis, sit probabilis? tom. 6. tract. 1. res. 100. pag. 65

Et an reus non sit cogendus à Confessario, ut veritatem aperiat in causa capitali, honoris, & famæ, triremium, confiscationis omnium bonorum, & similibus, dum adest spes evadendi, & confessarius in talibus casibus tenetur absolvere reum, qui est in proposito negandi veritatem, utendo restrictione mentali, vel æquivocatione? ibid. sub finem, &c.

Et quid in dicto casu si contra reum sit semiplena probatio, vel judicia æquivalentia? Et quid si delictum sit plene probatum, an in tali casu teneatur reus respondere ad mentem judicis? t. 6. tr. 1. r. 101. p. 66

An reus juridice interrogatus de homicidio commisso ob sui sui justam defensionem teneatur respondere? Ubi multos alios casus circa juridicam interrogationem in textu hujus Resolutionis decisos invenies? tom. 6. tr. 1. res. 102. pag. 67

Et notatur, ut quod quis juret licite, & absolute, satis est, si rem audierit à personis valde fide dignis, secus autem in judicio, ubi debet exprimere, quomodo hoc sciat? ibid. §. ult. &c.

An reus, qui negavit veritatem post judicium finitum etiam ad mortem damnatus, teneatur manifestare veritatem negatam? tom. 6. tr. 1. r. 103. p. 68

Unde caveant Confessarii urgere reos pœnitentes, qui ducuntur ad supplicium ad hoc efficiendum. ibid. §. 2. ad medium, &c.

Et si reus ob metum tormentorum falsum crimen sibi imposuit, propter quod ad mortem damnatur, an tunc non teneatur se retractare, nisi infamia notabilis in alios redundet, & ea retractatione illi damno obvietur? ibid. sub finem.

An reus, qui in iudicio à judices secundum ordinem iuris interrogatus, negavit veritatem, qua manifestata condemnaretur, teneatur in conscientia ad retractandum dictum antequam finiatur judicium, & proferatur sententia? t. 6. tr. 1. r. 104. p. 68

Et

Et an tunc esse in malo statu dicendum sit, nisi ad fatendam veritatem, etiam non rogatus se offerat, ac proinde à Confessario absolvendum non esse, nisi id facere proponat? ibidem. §. 2. paulo post initium, & seq. &c.

An reus pœnam pecuniariam meritus, si juridice interrogatus crimen à se admissum injuste neget, teneatur ad restitutionem? tom. 6. tr. 1. res. 105. p. 69

Et infertur uxorem adulterii accusatam, & falsis testibus se tuentem aut opponendo licet falso simile adulterium viro, minime teneri dotem aut alia bona viro suo restituere, quæ illi alioquin propter mulieris adulterium luerari deberet, vel ad quid teneatur? t. 6. tr. 1. r. 106. §. 2. post medium. p. 69

Et an judex injustè non condemnans teneatur ad restitutionem pœnæ pecuniariæ Fisco, vel parti læsæ? Idem est de Procuratore fiscali non accusante? ibid. §. 3. &c.

An si is, cujus bona ob crimen iuste sunt confiscanda, vel diripienda, si hoc fraude, aut mendaciis impediat, teneatur ad restitutionem? tom. 6. tractat. 1. resolutione 107. pag. 69

Et ex doctrina hujus quæstionis multi alii casus deduci, & decidi possunt, & in textu hujus Res. octo casus assignantur pro praxi supradictæ difficultatis, & quæstionis à §. 3. usque in finem, & in aliis eorum notationum. An liceat instrumenta ad præfringendum carcerem suppeditare? Et an quis potest consulere reum, ut fugiat? tom. 6. tr. 1. r. 108. p. 70

An reus juste condemnatus ad mortem, ad triremes, ad carcerem perpetuum, vel tempotaneum, possit fugere, & effringere carcerem, rumpendo vincula, & parietes carceris, ita ut non teneatur restituere damna inde sequuta, dummodo hoc efficiat non inferendo vim ministris justitiæ, &c. ibid. §. 3. 4. & 6. &c.

Et quid, si alii captivi, invento carcere rupto, vel aperto fugiant, modo illis fugam non consuluerit, an in hoc non peccet, nec teneatur restituere damna inde sequuta? ibid. §. 5. &c.

An Superior teneatur servare pactum de impunitate reo promissa, si reus negatum delictum confiteatur? Et aliqua alia explanantur, quæ contingere possunt in supradicto casu. t. 6. tr. 1. r. 109. p. 71

Et notatur, quod quando judex juridice procedens timet reum male negaturum veritatem posse licite, & juste reo impunitatem cum æquivocatione, & restrictione mentali promittere, ut sic deceptus confiteatur veritatem. ibid. §. ult. p. 72

Et docetur, quod in duobus casibus potest judex excusari à restitutione. Primò, si judici suppetebant aliæ rationes ex quibus reum juridice damnaturus erat, vel damnare poterat. Secundo, quando error à judice contra juris ordinem commissus est in aliquo puncto, in quo Princeps Supremus poterat dispensare? ibidem. §. 12. 13. & 14

An liceat judici informationem unius litigantis alteri tradere? tom. 6. tr. 1. r. 110. §. 1. p. 72

Et docetur esse peccatum mortale petere ab impressore, vel à famulo judicis, seu auditoris, vel ab amanuensi Advocati, ut prædictas infirmationes capiat, ut tradat litiganti. ibid. §. 2

Et notatur, quod quando litigans potest prædictas informationes capere, non potest Advocatus illas recipere, nec amanuensis illas scribere. ibid. §. 3

An judex in Civilibus conscius veritatis possit contra aliquem ferre sententiam juxta allegata, & probata? Et quid in criminalibus levibus? t. 6. tr. 1. r. 111. p. 73

Et an hoc extendatur ad ministrum justitiæ? t. 6. tract. 1. res. 112. §. 2. prope finem. p. 74

Et in textu Res. 111. & 112. multa docentur, quæ in tali casu judices debeant facere, antequam reum, quem sciunt, ex privata scientia esse innocentem, condemnent, & occidant.

An judex debeat attendere solum in ferenda sententia ea, quæ allegata sunt vel etiam ea, quæ allegari possint? t. 6. tr. 1. r. 113. p. 74

Et notatur, quod judex tenetur omnibus modis laborare, ut veritas inveniatur, & falsitas detegatur, ut secundum ipsam possint judicare. ibid. §. ult. p. 75

An pars accusatrix teneatur remittere reo pœnam mortis, à judice inflictam si judex ex parte sua illam remittat? Et quid de pœna perpetui exilii? t. 6. tract. 1. resolutione 114. p. 76

Et an quis possit accusare alium, qui occidit Patrem, fratrem, aut consanguineum & dolet de culpa, atque sufficientem offert satisfactionem pecuniarum pro damnis, si quæ sunt inde illata? ibid.

An reus, dum jam carnifex funem collo apposuit, possit se ex scala præcipitem dare? t. 6. tr. 1. r. 115. p. 76

An condemnatus ad mortem per famem, possit se abstinere à cibo clanculum oblato? t. 6. tr. 1. res. 116. & in aliis ejus not. p. 76

An damnatus ut veneno pereat, possit illud haurire? Et an in tali casu reus peccet si ad hoc coactus permittat, ut sibi venenum applicetur, mere passive se gerendo? t. 6. tr. 1. r. 117. p. 77

Et advertitur neminem à judice condemnari posse, ut sibi mortem inferat sed ut mortem patiatur. ibidem. §. 2. ad medium.

An præcipiente judice, ut reus se interficiat, possit id facere? t. 6. tr. 1. res. 118. p. 77

Et utrum judex in pœnam delicti possit reo imponere, ut sibi ipsi membrum aliquod v. g. manum amputet, & an reus teneatur obedire? Et quid, si reus non obtemperet, judex condemnaret eum morte? ibid. §. 17. p. 78

Et an sit licitum seipsum mutilare, nec occidatur à Tyrano, aliquo minante mortem? ibid. §. 14. &c.

Et notatur peccare eos, qui castrant se, aut permittunt id fieri à Parentibus ad conservandam, vel procurandam vocis suavitatem. ibid. §. 16. &c.

An licita sit appellatio, & citatio ad judicium Dei in Valle Iosaphat. Et in textu huius res. adducuntur aliqua exempla pro praxi dictæ difficultatis; & datur doctrina, & Regula judici, quid facere debeat in prædicto casu de appellatione, & citatione ad judicium Dei in Valle Iosaphat. t. 6. tr. 1. res. 119. p. 79

An causa, *appellatione remota*, includat quamcumque appellationem? t. 6. tr. 1. r. 120. p. 79

Et quid, si per Papam alicui Cardinali sit commissa causa, *appellatione remota*? ibid. §. 4. p. 80

Et notatur, quod dicta clausula nihil operatur, si constat de gravamine notorio, neque operatur contra tertium, nec tollit supplicationem ad Superiorem, nec restitutionem in integrum. ibid. §. 5. &c.

An liceat Protegibus condemnare aliquem de mandato, non adhibitis solemnitatibus, terminis, & processu de jure necessariis, aut non data facultate se tuendi secundum leges? Et an peccent ministri, si hujusmodi Principum mandatis obediunt? tom. 6. tractat. 1. resolutione 122. pag. 80

An Rex ex privata scientia possit occidere Reginam, & simul cum ipsa adulterum? tom. 6. tract. 1. resolutione 123. pag. 81

Idem est, si Princeps sciret ex privata scientia certo aliquos in Principem conjurasse, vel aliquod grave, & atrox delictum in Rempublicam vel innocentem machinare, si aliter malum vitare non possit. ibid. §. 3. &c.

Et Resolutio horum casuum pendet ex illa celebri quæstione, an quando delictum ita est occultum, ut non possit juridice probari, saltem plene, scitur tamen à Principe, an scilicet possit eum Princeps, rationabili causa existente condemnare delinquentem absque juridica probatione per testes, & absque citatione & defensione rei? ibid. §. 5

An

An licita sit petitio Fisci instantis, ut aliqui rei initiati tantum ad torturam condemnentur ad triremes sine aliquo termino defensionis, quia leges absolutè decernunt non esse condemnandos reos inauditos? Et docetur defensionem esse de jure naturali, & divino, ideo consuetudo nihil adversus illud prævalere potest? tom. 6. tr. 1. r. 124. ubi latissime. p. 82

An Princeps ex causa necessitatis possit homines malæ vitæ in carceribus existentes deponere super Regiis triremibus, donec eorum causæ expediantur? tom. 6. tr. 1. res. 125. pag. 84

Et an saltem ex causa necessitatis possint remiges à Principe compelli in triremibus perseverare per aliquod tempus? ibid. §. 3

An liceat Romæ famulari, &c. Iudæos, si non adsit periculum perversionis, quia tales servientes firmi sunt in Fide? t. 6. tr. 1. r. 126. p. 85

Et an lex hoc prohibens accipienda sit solum contra Iudæos, non autem contra Sarracenos, & Paganos? ibidem. §. 3

Et quodnam peccatum sit violare has leges? ibid. §. 4

In Ecclesiis Cathedralibus, & Regularibus solent stare sedilia, & scamna laïcorum pro audiendis concionibus, quæritur, an Episcopi, & Superiores Regularium possint amplius illa non admittere, & ideo removere, vel alia eorum loco apponere, laïcis invitis? tom. 6. tr. 1. r. 127. p. 86

Et quid de sedili juris Patronatus? ibid.

Et pro firmanda doctrina supra dictæ difficultatis multa alia deducuntur, & objiciuntur, quæ contingere possunt in supradicto casu. ibid.

Et quid est sentiendum de jure sepulchri, & habente insignia in Ecclesia etiam Mendicantium, an utique amoveri non possint, & illud jus transeat ad hæredes? ibid. ad medium §. 1. à vers. Confirmatur.

De ætate quadraginta annorum, quos habere debet Canonicus Pœnitentiarius ex Concilio Trid. sess. 24. c. 8. de Reformat. t. 6. tr. 1. r. 128. p. 88

Et pro Episcopis, cum trigesimus annus requiratur, an debeat esse completus? Et an vero in Gallia ex concordatis inter Leonem X. & Regem Galliæ sufficiat, ut quis in 27. annum constitutus sit, ut rectè possit eligi in Episcopum. ibid. §. 3. p. 89

Et notatur, quod pro Abbatibus, Decanis, Præpositis, Archipresbyteris, aliisque dignitatibus Curam animarum habentibus 25. annus incœptus requiritur? ibidem. §. 4

Quod etiam procedit non solum in Dignitatibus Ecclesiasticis sæcularibus, sed etiam Regularibus. ibidem. in dicto §. 4

Et ad cæteras Dignitates, & Personatus, quibus nulla Cura animarum subest, Clerici alioquin idonei, & 22. annis non minoribus adsciscantur, necessarium sit. Et an hic 22. annus pro Dignitatibus acquisitis debeat esse completus, vel sufficiat incœptus? ibid.

Et an hæc ætas 22. annorum requisita sit non solum pro dignitatibus Ecclesiarum Cathedralium, sed etiam pro dignitatibus Ecclesiæ Collegiatæ? ibidem. §. 7. & sequenti.

Et pro Cardinalibus, an ea ætas requiratur, ut intra annum possint promoveri ad eum Ordinem ad quem destinatur? Et an in Pontifice Summo solum requirantur 30. anni? §. ult. &c

An Vicarius præcedat Archidiaconum? Et quid, si Archidiaconus haberet privilegium obtinendi primam Sedem post Episcopum? tom. 6. tr. 1. r. 129. p. 90

Et an Vicarius debeat non solum præcedere Archidiaconum, sed etiam Abbates Archipresbyteros, Canonicos, etiam Episcopos, & alios Prælatos inferiores Episcopo, in sedendo, ambulando in Choro, & in Processionibus, etiam præsente Episcopo. Et quid, si prædictus Vicarius Episcopi sit Canonicus? ibid. §. ult.

An Coadjutor Canonici Præbendæ Diaconalis sedere debeat ante Canonicos Subdiaconales? t. 6. tr. 1. r. 130. §. 2. pag. 91

Et supponitur, quod dictus Canonicus non potest sedere, & incedere in loco antiquo Coadjuti, quamvis sit cum futura successione. ibid. §. 1

An qui v. g. accepit gradum Doctoratus in aliqua Universitate publica, ut Messanæ, Catanæ, &c. non habens cursus requisitos, vel non interfuit illis juxta Vniversitatis Statuta, vel non sit Matriculæ adscriptus, &c. peccet mortaliter, licet non interveniat juramentum? t. 6. tr. 1. r. 131. p. 91

An Studiosi, seu Scholares, scholas non visitantes, & lectiones non audientes gaudeant Studiosorum privilegiis, dummodo in Matricula sint adscripti. tom. 6. tr. 1. res. 132. p. 91

An filius Civis natus antequam Pater in nomine Civium fuerit receptus, gaudeat privilegiis, &c. tom. 6. tract. 1. res. 133. pag. 92

An plebejus à viro Nobili adoptatus, Nobilis efficiatur, ita ut gaudeat privilegiis Nobilium? t. 6. tr. 1. r. 134. p. 93

Et docetur mulierem nobilitare genere mariti, ejusque privilegiis gaudere. Et econtra natus ex Patre plebeio, & Matre Nobili, plebeius est. ibid. §. ult.

De electionibus Officialium rite faciendis, & præsertim ab Illustrissimo Senatu Urbis Panormi. Pro quo primo aliqua notabilia proponuntur, & supponuntur. tom. 6. tr. 1. r. 135. p. 94

Et quæritur, an Senatores eligentes indignos, non solum peccent mortaliter, sed teneantur resarcire damnum inde sequutum, & an sint perjuri pro juramento, quod ante electionem faciunt, vel facere debent? ibid. ibid. §. 6. p. 95

Et quid, si electionem facerent per secreta suffragia? ibid.

Et an peccent mortaliter eligentes dignos, omissis dignioribus? ibid. §. 5. &c.

Et an possit esse peccatum ex modo, ut si quis fraudibus utatur in sortibus? Et quid, si aliquis ex Senatoribus unum pro alio legat, ut aliquam Chartam ex tribus, quæ in pileo sunt, paulo grandiorem efficiat, ut illam facilius, aliis in pileo relictis, sumat, &c. ibid. §. 7

An minor pars in aliquo Capitulo possit concurrere cum majori ad eligendum indignum? t. 6. tr. 1. r. 136. & in aliis ejus notationum. p. 95

Et quid, si est dubium de indignitate personæ eligendæ? ibid. in fine.

Et cursissimè docetur, quod electores non possunt renunciare juri suo, cum non sit privatum jus, sed publicum totius Collegii, vel Communitatis. ibid. in fine §. 1. &c.

An accusatus, vel denunciatus debeat expelli ab electione? Et an propter malam famam apud bonos viros talis ineligibilis sit? t. 6. tr. 1. r. 137. p. 96

An si electio remaneret apud duos, unum alterum eligere posset? Et an aliquis possit se ipsum eligere dum facultas eligendi pluribus commissa est? tom. 6. tract. 1. resolut. 138. p. 96

Et tota doctrina hujus Res. est valde notanda pro praxi; Ubi etiam brevissimè deducitur, quod qui voci activæ renunciat, remanet etiam privatus passiva, & quod in dubio actus debet interpretari validus. ibid.

An Proreges, ut vulgo dicitur, *Nella nomina de gli Officiali*, teneantur proponere Regi dignores? tom. 6. tr. 1. res. 139. p. 97

Et an ipsemet Rex teneatur eligere dignores ad Officia sæcularia, sed non teneatur ad restitutionem? ibid. §. 8. & seqq. p. 98

Et an supradicta procedant à fortiori in nominatione Episcoporum, Abbatum, &c. quam faciunt Proreges? ibid. in fine §. 10. &c.

Et an pro supradicta nominatione possint Proreges pecuniam accipere? ibidem §. 11. &c.

An

An Principes teneantur ad officia sæcularia eligere digniores ? t.6. tr.1. r.140. p.99
Et infertur, quid, quando electio fit per plura suffragia ? ibidem §. ult.
* Vide *Statutum*, ubi plura.

Appendix ad multas alias difficultates, quæ dispersæ sunt in altis Tomis, & Tractibus, quæ simul pertinent ad hoc verbum, Lex.

An à lege Ecclesiastica immediatè, vel à voto sit obligatio castitatis, & continentiæ, annexa Ordini sacro ? tom.1. tr.7. r.74. §.2. p.379
In lege Apostolorum an Papa dispensare possit ? t.3. tr.2. ref.3. §. 2. p.175
Qui in lege habet potestatem dispensandi cum aliis, an possit secum dispensare ? tomo tertio, tract.2. resolut.5. §. 1. pag. ibid.
In lege propria, vel inferioris si superior sine causa dispenset, an sit valida dispensatio, & an peccet mortaliter, vel venialiter ? tomo tertio, tractat. 2. resolution. 9. §.10. pag.181
In lege Pontificia an Episcopus dispensare possit, apponendo pœnam pecuniariam loco commutationis ? t.3. tr.4. r.7. §. 1. p.380
Lege justitiæ an quis teneatur in extrema necessitate eleemosynam dare ? t.4. tr.7. r.2. §.1. p.276
Etsi communiter lege Canonica peccatum, & crimen occultum irregularitatem non pariat, ab ea tamen lege excipitur homicidium, & peccata, quibus annexa est censura ? tomo quinto, tract.5. resolut.137. §.2. & sequentibus. pag.275
Vltra pretium à lege impositum, an Cives Panormitani possint vendere vinum ex eorum prædiis collectum, non autem si vinum ex aliis vineis emunt, ut vendant, quia tunc peccant, & tenentur ad restitutionem ? t.6. tr.3. r.91. §.1. p.164
Vtrum circa moderationem dicti privilegii, seu consuetudinis dictorum civium Panormitanorum circa dicta in præterita resol. tomo sexto, tract.3. resolution.92. ubi latè ? ibid.
Quando ex lege, vel mandato Principis Senatus civitatum, vel Consiliarii Regis agnoscunt brevi diminuendum rerum pretium, an tunc possint vendere merces suas ? Vbi alia, quæ contingere possunt in dicto casu ? t.6. tr.3. r.97. §.1. p.167
Non solum lege charitatis, sed etiam justitiæ Prælati, & Magistratus tenentur ad correctionem subditorum ? t.7. tr.4. r.22. §.1. p.292
A lege pœnas impositas an judex laicus possit exigere, si Clerici illam transgrediuntur, & res venditæ cedissent in commissum ? tomo nono, tract. 2. resolutione 97. §. 1. pag.148
Legem ferre an possit Pontifex, ut matrimonium ratum, per subsequens consummatum dissolvatur ? tom.3. tr.1. ref.96. §.7. p.128
Legem ferre, ne quis pauperum publicè, & ostiatim mendicet, an licitum sit ? tomo quarto, tract.7. resolut.42. §. 1. pag.298
Legem, quam voluerit, rei suæ dicere quilibet in contrahendo potest ? t.6. tr.7. r.106. §. 1. p.367
Vbi pro praxi curiosus casus.
Ad legem non solum civilem, sed etiam Canonicam abrogandam, an consuetudo non solum 40. annorum, sed etiam 10. annorum sufficiat ? tom.7. tr.1. ref.303. §.1. per tot. pag.211
Legem aliquam an possit ferre Princeps adversus filios contra justam parentum voluntatem nubentes ? tom.9. tr.2. r.224. §. 1. p.214
Qui leges Concilii Tridentini à suis majoribus non acceptatas non observant, excusantur ? tom. 1. tractat.3. ref.20. §. 11. pag.96
Leges ponentes taxam tritico, & pœnas contra vendentes, non obligant ad pœnam ante judicis sententiam declaratoriam, tenentur tamen debitores restituere excessum pretii ? tom.1. tr.5. resol.63. §.4. paulo post initium, vers. secundo. p.303
Prælati, Prætores, Gubernatores, Scholares, Præfecti, &c. leges, præcepta, & consuetudines loci non observantes, an Episcopus illos punire possit ? tom.4. tr.6. ref.46. §. 3. p.224
Leges obligantes Regulares tota provincia condere non potest ? t.4. tr.6. r.59. §.3. p.232
Leges Synodales ad totum Episcopatum se extendentes, an obligent Regulares ? ibid.
Quoad leges omnes Episcopales, Monasteria Monialium, Regularium sunt loca exempta, non solum ratione personarum, sed etiam loci per se, ideo potest quis in dictis Monasteriis laborare in diebus festis, non servare jejunia, & præcepta ejusdem Episcopi, & hoc idem est de omnibus aliis legibus Episcopalibus ? t.5. tr.1. ref. 86. §. 3. post medium. p.59
Leges quid de Thesauris disponunt ? tom.6. tr.5. resol.1. §. 2. pag.291
Leges statuere Principes an possint, ut Thesaurus ad se pertineat ? t.6. tr.6. r.19. §.1. p.305
Leges illæ, aut statuta prohibentia donationes inter virum, & uxorem non ligant in interiori animæ judicio, in quo non statur præsumptionibus ? tom.6. tractat.7. ref.67. §.5. p.346
Secundum leges concurrentibus aliquibus conditionibus donatio inter virum, & uxorem permittitur ? t.6. tr.7. ref.70. §.2. p.347
An secundum leges contractuum, an vero secundum leges loquentes de testamentis donatio causa mortis regulanda sit ? tomo sexto, tract. 7. resolutione 90. per totam. pag.357
Leges, quæ irritant illegitimos contractus, habent pro fine bonum commune, & quamvis esset finis legis in particulari, semper ejus obligatio firma manet ? tom.6. tr.8. ref.57. §. 5. p.426
Vt leges Pontificiæ obligent in toto orbe, an sit necessarium, ut publicentur in omnibus Diœcesibus, & Provinciis ? t.7. tr.1. r.272. §.1. p.182
Vt adversus leges Pontificias, & Canonicas consuetudo prævaleat, an opus sit, ut introducta sit, cum scientia, & expresso consensu Pontificis ? tom.9. tr.1. ref.116. §.16. pag.68
Leges Principum sæcularium, etiam licitæ, & honestæ, & propter commune bonum factæ, & quæ privilegia Ecclesiæ non læderent, an adhuc non ligent Clericos ? t.9. tr.2. r.198. §.2. p.196
Si leges Principum sæcularium Clerici non observent, an peccent mortaliter ? tomo nono, tract.2. resol.214. §. 21. pag.207
Leges condere circa matrimonium an Princeps possit ? t.9. tr.2. r.221. §. 1. p.212
Et quid circa accessoria matrimonii ? ibid. §. 3
Et quid circa alia conditionalia, & accidentalia, verbi gratia, circa dotem, & lucrum dotis, & circa donationes inter virum, & uxorem, & sponsalitiam largitatem, & similia ? ibidem.
Leges Principum Christianorum expenduntur pro Immunitate Ecclesiastica ? tom.9. tr.2. ref.334. §. 1. & sequentibus. p.283
Leges condere an possint Cardinales, mortuo Pontifice ? t.9. tr.7. r.7. §. 1. p.377
Leges ferre ligantes in conscientia, an Cardinales possint in suis titulis ? t.9. tr.7. r.40. §. unic. p.390
Legi insinuationis an donator possit renunciare ? t.6. tr.7. ref.96. §.5. p.361
Legibus Ecclesiæ non subduntur fatui, & infideles, ideo possunt carnes ministrari illis in diebus jejunii ? tom.1. tr.3. r.47. §.3. p.120

In legibus, & Bullis Pontificiis imponentibus pœnam, ipso facto non incurritur pœna, etiamsi palam constet de crimine ante judicis sententiam declaratoriam, nisi fortè lex dicat pœnam in foro conscientiæ statim subeundam esse? t.1. tr.5. res.63. §.4. paulo post initium vers. tertio. pag.303

In Legibus suis dispensando Pontifex sine causa an peccet? t.3. tr.1. r.27. §.4. p.35

In legibus Episcopi, & aliorum Prælatorum an Pontifex possit dispensare, imo in Concilio includente ipsum Pontificem? t.3. tr.2. r.3. §.1. p.174

Legibus, præceptis, & consuetudinibus illius loci an ligentur Prælati, Prætores, Gubernatores, Scholares, Præfecti, Castellani, Milites, Advenæ, peregrini, extranei, famuli ad tempus servientes, & alii similes, qui omnes ad patriam redire semper cogitant, vel secluso scandalo non teneantur ad jejunia, festa colenda, & Missam audiendam? t.4. tr.6. r.39. §.1. p.220

Et an possint puniri ab Episcopo si hæc non observent? t.4. tr.6. r.46. §.3. p.224

Legibus non obstantibus Principum reservantibus Thesaurum, an possit is, qui illum invenit sibi retinere totum, & occultare donec exigatur ab eis? tom.6. tract.6. res.19. §.4. pag.306

Et quid tamen, si quis invenit Thesaurum in fundo Regis, an statim teneatur dimidiam partem dare Regi secundum leges? ibid.

A legibus civilibus an sint exempti Ecclesiastici, quatenus cum libertate Ecclesiastica pugnant? Et ideo, si Clerici vendant frumenta ultra pretium à lege taxatum à Repub. an peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem; & pro transgressione an possit judex laicus eos punire? tom.9. tract.2. resolution. 90. 91. & 92. pag.141. & 142

A legibus, quæ prohibent duo, vel plura beneficia simul habere, an Cardinales solvantur? tom.9. tract.7. resolut.24. §.1. p.385

Legis causa cessante, & causa finali, cessat etiam lex, & hoc etiam habet locum in legibus, & statutis? t.1. tr.5. res.45. §.1. pag.293

Legis verba declarat observantia, & consuetudo subsequens? t.3. tr.3. r.84. §.5. p.347

Legis mens aliquando magis est attendenda, quam verbæ t.3. tr.4. r.3. §.3. p.377

Legis, aut præcepti vim non habent rubricæ præscriptæ recitandi officium divinum, vel audiendi Missam hoc, aut illo modo, sed esse solius directionis, & regulæ, ut magis piè, & religiosè recitetur Officium, & audiatur Missa, &c. t.3. tr.6. r.45. §.4. p.442

Legis mens magis est attendenda, quam verba? t.5. tr.1. res.87. §.3. ad medium. p.60

Legis mens magis est attendenda, quam verba? t.7. tr.1. res.3. §.2. pag.4

Legis sine cessante in aliquo casu particulari, cessat lex pro illo tunc, & pro illo casu? tom.7. tr.1. r.307. §.1. post medium. pag.214

Si in legis laicalis pœnam non condemnet Clericum judex Ecclesiasticus, an possit illum judex laicus condemnare? t.9. tr.2. r.93. §.2. p.144

Legis mens magis est attendenda, quam verba? t.9. tr.7. res.95. §.2. p.411

Legis finis, & mens legis colligitur ex ejus proœmio? t.9. tr.7. r.97. §.3. p.413

Quando legis finis adæquatus, & fundamentalis cessat, an etiam in particulari lex non obliget? Et an hoc sit contra communem? ibid. §.4

Legum civilium lectorem audientes Sacerdotes etiam Regulares in domibus suis, an incidant in excommunicationem? t.5. tr.1. r.73. §.1. p.48

Et quid, si in Scholis publicis audiant leges civiles, quatenus conducunt, vel conducere possint ad notitiam canonum? ibid. §.3

Et an hoc intelligatur in foro interioti, nam in foro exteriori semper præsumantur excommunicati? ibid. §.4

Et an Diacoui, & Subdiaconi non comprehendantur sub dicta prohibitione, nisi sint personati? ibid.

Legum transgressores Clerici, an possint à judice laico puniri pœna pecuniaria à lege constituta? tom.9. tract.2. res.101. §.1. p.150

De legum Pontificiarum publicatione, acceptatione, & contrario usu? t.9. tr.2. r.345. §.1. p.302

Lex in dubio an fuerit usu recepta, non obligat? t.1. tr.3. res.20. §.12. p.96

Lex pœnalis non est extendenda de casu, ad casum ex identitate rationis, & maximè in casibus reservatis, utpote pœnalibus, legis stricta debet fieri interpretatio? tom.1. tract.5. resolution.62. §.10. pag.302. Vbi octo casus proponuntur pro praxi hujus difficultatis à principio dictæ res.

Lex an possit fieri à Concilio; qua sub mortali obligetur Pontifex ad non dispensandum ex ulla causa? t.3. tr.1. res.3. §.1. p.174

Si lex decernit, ut testamentum sine solemnitate nullam faciat fidem in judicio, neque extra judicium, an censeatur ipso facto, etiam quoad forum conscientiæ irritare testamentum sine tali solemnitate conditum? t.3. tr.2. res.140. §.2. pag.265. Vbi circa aliquam legem non est usu receptum Concilium Tridentinum, an possint Episcopi uti dicto Concilio, quoad dispensandum, & absolvendum? t.3. tr.3. r.2. §.1. p.297

Lex quantumcumque pœnalis non extenditur ex ratione identitatis ad alium similem casum? tom.5. tract.1. resol.90. §.2. pag.62

Lex in septem casibus interdicit conjugibus, ne donationes inter se revocent? t.6. tr.7. r.64. §.2. p.344

Eadem lex dicitur adesse non extensive, sed comprehensivè, quando in aliquo casu militat eadem ratio? tom.7. tr.1. r.3. §.1. sub finem. p.4

Lex prohibens aliquem actum, an reddat illum non solum illicitum, sed etiam invalidum? tom.7. tract.1. r.159. §.1. & seqq. p.104. & 105

Vbi in textu reperies alias plusquàm 12. quæstiones super hoc verb. *Lex*, ideo lege textum hujus resolut.

Quando lex prohibens apponit aliam pœnam, probabile est actum non irritari, eo quod legislator videatur recedere ab illa pœna leg. Non dubium, contentus particulari, quam apponit legi suæ? t.7. tr.1. r.159. §.12. p.197

Quando lex fundatur in præsumptione, non obligat in illis casibus, in quibus præsumptio defuit? t.7. tr.1. res.308. §.1. ante medium, & seqq. p.214

Quando lex fundatur in periculo facti, vel delicti, etsi delictum, vel factum cesset in aliquo casu speciali, ideo non cessat lex, neque præceptum? ibid. §. Nec obstat ad medium §.215

Lex pœnalis ex identitate rationis an sit extendenda ad alium casum, quando militat eadem ratio, & quid maximè in odiosis? tomo nono, tractat. 1. resolut. 128. §.4. pagina 82

Lex an sit valida permittens Magistratibus sæcularibus, ut arma horis prohibitis Clericis capiant? tom.9. tract.2. res.118. §.1. p.156

Et in dicto casu an judex sæcularis possit damnare Clericum ad pœnam pecuniariam à lege impositam? ibidem §. tertio.

Lex prohibèns, ne bona vulgò dicta *Realengo* transferantur in Ecclesias vulgò *à Mano morta*, sine licentia Regis, an sit licita? tomo nono, tract.3. resolut. 3.4. & 5. pag. 308

Lex civilis licet in bonum publicum statuatur, non debet de Ecclesia, & Clericis disponere, etiamsi dispositio favorabilis sit? tomo nono, tract.3. resolut. 15. §.2. pag. 315

An lex pœnalis extendenda sit ad alium casum? t.9. tr.7. res.95. §.4. pag.411

An

An lex fundata in præsumptione, ipsa deficiente, non astringat? t.9. tr.7. r.97. §.4. p.413
Et quid quando fundatur in periculo facti, vel delicti? Et utroque explicatur quomodo intelligi debeat? tom.9. tr.7. r.98. §.3. p.414
Vide verb. *Consuetudo, Interpretari, Obligare.* tom.2
Item verb. *Causa, Consuetudo, Decisiones, Declarationes, Dubium, Facultas, Inferior, Ius, Legislator, Potestas, Prælatus, Princeps, Successor, Votum.* tom.3
Item verb. *Abrogare, Concilium, Dispensare, Puer.* tom.4
Item verb. *Dubium, Finis, Ignorantia, Ius, Opinio probabilis, Occultum.* tom.5
Item verb. *Actus, Condere, Consuetudo, Deductio, Fructus, Heres, Merces, Mulier, Mutare, Obligare, Pragmatica, Taxatum, Triticum, Vinum.* tom.6
Item verb. *Actus, Clausula, Consanguineus, Declarationes, Ratio.* tom.7
Item verb. *Contemptus, Iudex, Munus,* tom.8
Item verb. *Consuetudo, Eligere, Filius, Imperator, Inventarium, Interpres, Interpretatio, Iuramentum, Ius, Pœna, Pragmatica, Statutum.* tom.9

Liber.

Liber Evangeliorum imponitur scapulis, & capiti Episcopi consecrandi? t.4. tr.8. r.115. §.1. p.406
Liber Evangeliorum traditur Episcopo dum consecratur? t.4. tr.8. r.117. §.1. p.408
Vtriusque Mysterii expositio? ibid. §.1. & seq.
Liber Catholicorum cum explanatione hæreticorum, & commentariis, an sint prohibiti? tom.5. tr.10. res. 142. per totam. p.469
Non solum libri hæreticorum damnantur, qui continent falsam doctrinam, sed etiam minimè de Religione tractantes, ut sunt Dialectici, Rethorici, & Grammatici, &c. tomo quinto, tractat. decimo, resolution. 143. §.4. pag.470
Sine libro celebrare Missam ex justa causa an sit licitum? Et quid, si non adsit justa causa? tom.2. tr.1. res.137. §.1. pagina 80
Libros hæreticos retinentes non sunt absolvendi à Confessariis? t.5. tr.10. res. 144. §.18. pag.472
Libros prohibitos licentiam legendi an possint Generales Regularium dare subditis, non obstante Bulla Gregor. XV. edita anno 1623. & Urbani VIII. anno 1631. t.7. tr.1. r.226. per totam. p.143
Libros à se compositos an Religiosus, qui ad aliam Religionem tránsiit, possit secum deferre? t.7. tr.3. res.31. per totam. p.263
Si libros magni valoris Religiosus det alteri Religioso ejusdem monasterii, an peccet contra votum paupertatis? t.7. tr.3. r.35. per totam. p.264
Qui libros legunt, in quibus repræsentantur res turpes, & facinorosæ an mortaliter peccent? tom.7. tract. 5. res.26. §.2. p.340
Libros Hæreticorum Cardinales legentes, an comprehendantur sub censura primi Canonis Bullæ Cœnæ? t.9. tr.7. r.31. §.4. p.387
Librum si quis vendat, quem scit brevi prohibendum, an possit illum vendere pretio currenti? t.6. tr.3. res.99. §.1. & seq. p.169
Vide verb. *Diaconus, Missalis.* tom.2
Item verb. *Legere, Retinere.* tom.3
Item verb. *Bulla Cœnæ,* ubi multa. tom.4
Item verb. *Bibliotheca, Bulla Cœnæ, Bulla Cruciatæ, Iudex, Legere.* tom.5
Item verb. *Cubiculum, Furari, Nummus.* tom.7
Item verb. *Impressum.* tom.8
Item verb. *Impressio, Legere.* tom.9

Liber ideſt Filius.

Liberi an remaneant servi Christianorum, qui in Tribunali S. Inquisitionis damnantur tamquam Hæretici? tom.7. tract.8. res.22. pag.459
Vide verb. *Filius, & eius notationem.* tom.6

Liberalitas.

Vide verb. *Munus.* tom.8

Liberandus.

Vide verb. *Condemnatus.* tom.9

Liberare.

Vide verb. *Anima, Communio, Defunctus.* tom.4
Item verb. *Fidejussores, Fortuna.* tom.6
Item verb. *Debitor.* tom.7
Item verb. *Fructus.* tom.9

Liberatio.

Vide verb. *Anima, Communio, Defunctus.* tom.4

Libertas.

Si pro libertate servus promisit pecuniam Domino, an tunc concedatur actio contra illum? tom.7. tract.6. resol.61. §.1. pag.454
Ad libertatis tempus vota emissa à servis, & uxoribus, an valeant? tom.7. tract.8. resol.55. §.1. & sequentibus. pag.451
Et an talia vota possint Dominus, & maritus irritare? ibid.
Ad libertatis tempus contractus servorum collati an valeant? ibid. §.2. in fine. p.452
Libertatis legatum an censeatur ad piam causam? tom.6. tr.8. res.38. p.407
Libertatem an acquirant servi, qui à Domino ad turpia sollicitantur? tomo septimo, tract.8. res.17. p.438
Libertatem an acquirat servus, si Dominus consentiat in illius matrimonium, persona libera ignorante? tom.7. tr.8. res.18. pag.438
Libertatem an acquirat servus adoptatus? tom.7. tract.8. res.19. pag.438
Libertatem quibus modis servi acquirant? tom.7. tract.8. res.24. pag.440
Libertatem an toto Orbe acquirant servi, qui illam Romæ in Capitolio acquirunt? tomo septimo, tract.8. resolution. 23. pag.440
* Vide *Bellum, Servus.*

Libertas Ecclesiastica.

Libertas Ecclesiastica jure tam divino, quam humano inducta est? tom.9. tr.2. r.2. & in aliis ejus not. §. Restat igitur, & seqq. p.96
Libertas Ecclesiastica, qua sunt exempti Clerici à legibus & potestate Principum sæcularium, an sit de jure Divino, an vero positivo? ibidem in dicta Res.2. per totam, & in multis aliis ejus not.
Libertas Ecclesiastica an possit revocari per consuetudinem, maximè Immemorabilem? tom.9. tract.2. resolution.9. pag.101
Et quid accedente tolerantia Pontificis? tom.9. tract. 2. res.10. pag.102
Libertas Ecclesiastica an possit renunciari à Clericis? t.9. tr.2. res.5. pag.99
Libertati Ecclesiasticæ an possit derogari per privilegium? t.9. tr.2. res.7. p.100
Libertas Ecclesiastica à jurisdictione temporali concessa Clericis, à quo tempore inceperit? t.9. tr.2. r.3. p.99
Libertas Ecclesiastica an lædatur per Pragmaticam Chartæ signatæ, si ipsa comprehendat Clericos? t.9. tr.2. res.217. pag.208
* Vide *Immunitas Ecclesiastica.* Ubi alia plurima pro Libertate Ecclesiastica.

Libertas Conscientiæ.

An liceat Principibus Christianis concedere Hæreticis libertatem conscientiæ sine consensu Summi Pontificis? Et affirmativa sententia affertur? tom. 9. tract. 14. ref. 1. Sed lege ibi totum Tract. 13. signanter ex ref. 8. §. 8. ante medium vers. Nam licet Princeps. p. 479

Opinio negativa Authoris proponitur, negans Principibus laicis hanc potestatem independenter à Summo Pontifice, & rationibus stabilitur? tom. 9. tr. 14. resolut. 2. pag. 482

Probatur etiam opinio negativa ex pactis, quæ in dictis fœderibus cum Hæreticis apponuntur, circa res & bona Ecclesiæ? Et infertur non habere Principes laicos potestatem extinguendi beneficia Ecclesiastica, sed hoc expectare ad Summum Pontificem, neque ineundi fœdera cum Hæreticis maximè perpetua, quia in nullo casu possunt esse licita, nec valida? tr. 9. tr. 14. resol. 3. p. 483. & in ref. 4. §. 2. p. 485

Authoritatæ Doctorum opinio negativa fulcitur? Et deducitur Principem laicum non posse præstare salvum conductum Hæretico cum damno Ecclesiasticæ jurisdictionis? t. 9. tr. 14. r. 4. p. 484

Vbi firmatur libertatem conscientiæ Hæreticis concessam, in consulto Pontifice non solum esse illicitam, sed invalidam? ibid. §. 2. & in ref. 5. §. 5

Respondetur ad argumenta superius adducta pro sententia affirmativa? t. 9. tr. 14. r. 5. p. 485

Libitum.

Ad libitum an dispensationes revocari possint? t. 3. tr. 2. ref. 122. §. 1. p. 251

Et quid, si gratis dispenset Pontifex, & non per modum contractus? ibid.

Et quid de dispensationibus concessis à sacra Pœnitentiaria pro foro conscientiæ? ibid. §. 3. p. 251

Ad libitum suorum superiorum an Prælati Regulares amoveri possint à suis Prælaturis sine causa? t. 7. tr. 1. ref. 15. §. 1. pag. 12

Ad libitum an possit Episcopus revocare licentias ad audiendas confessiones concessas ad beneplacitum? t. 7. tr. 1. r. 73. per totam. p. 50

Vide verb. *Licentia, Revocare.* tom. 3

Licentia.

Licentia ad audiendas confessiones data ab Episcopo sine examine, an possit revocari ad libitum sine causa? t. 1. tr. 3. r. 3. §. 2. p. 86

Antequam licentia habita ab Episcopo, vel Vicario ducatur in scriptis, an Confessarius validè absolvat? tom. 1. tr. 3. r. 4. §. 1. & seq. ibid.

Licentia confitendi obtenta mediante pecunia, an sit valida? ibidem §. 3

Licentia data ad audiendas confessiones alicujus sæcularis, an expiret morte concedentis, re integra? tom. 1. tr. 3. ref. 8. §. 1. pag. 88

Si cum licentia falsa Ordinarii confessarius excipit aliorum confessiones, an sint iterandæ? tom. 1. tract. 3. r. 21. §. 1. pagina 97

Licentia ipso iure censetur concessa, quando professus impunè transiit ad strictiorem Religionem, petita à Prælato licentia, quam ille injustè negat? tom. 1. tract. 3. ref. 39. §. 2. pag. 116

Idem est quando Episcopus Regularibus legitimè & dignè præsentatis negat injustè licentiam audiendi confessiones? ibidem.

De licentia pœnitentis an Confessarius possit revelare hæredibus ejus restitutionem, quam debebat mortuus pœnitens? t. 1. tr. 8. r. 28. §. 1. & seq. p. 437

Et in dicto casu quid est agendum, si hæredes dubitent de tali licentia, & præsumant Confessarium revelare confessionem absque licentia pœnitentis? ibid. §. 2

De licentia pœnitentis an prosit testimonium Confessarii, ut probetur pœnitens emendatus in foro externo? t. 1. tr. 8. r. 29. §. 1. p. 438

De licentia pœnitentis an possit Confessarius revelare confessionem? t. 1. tr. 8. r. 30. §. 1. ibid.

Vbi, quod non sufficit quæcumque licentia præsumpta, interpretativa, virtualis, etiam in bonum ipsius pœnitentis, sed requiritur licentia formalis, atque expressa, & debet esse libera, & spontanea, non vi, injuria, aut dolore extorta? ibid. §. 3

Imo neque per preces importunas, neque per metum reverentialem ipsius confessarii obtenta? ibid. §. 4

Si cum licentia pœnitentis in ordine ad consilium petendum Confessarius manifestavit cuidam Sacerdoti aliqua peccata, de quibus ipse postea cum aliquibus locutus est, quæritur an dictus Confessarius fregerit sigillum Confessionis? tom. 1. tract. 8. ref. 32. §. 1. & sequentibus. pag. 439

Si de licentia pœnitentis Sacerdos revelet aliis peccatum, illi alii an teneantur ad sigillum? tom. 1. tract. 8. resolut. 33. §. 1. ibid.

Vbi docetur Consiliarium, Doctorem, aut Confessarium, cui ex licentia pœnitentis peccatum, & persona ejusdemmet pœnitentis manifestatur, obligari ad sigillum Confessionis? ibid. §. 2

Absque licentia pœnitentis an Confessarius statim post finitam confessionem, & datam absolutionem possit loqui cum pœnitente de errore, verbi gratia, commisso in dicta confessione? tom. 1. tract. 8. ref. 53. §. 1. & sequent. pag. 448

Etiam licentia non petita, an saltem in secunda confessione possit Confessarius ex rationabili causa aperire pœnitenti supradictum defectum, & refricare ea, quæ in aliis confessionibus dicta, & confessa fuerunt? tom. 1. tr. 8. r. 57. §. 1. p. 450

De licentia, quam potest dare Parochus, & Ordinarius assistendi matrimonio. Ubi pro praxi varii casus? t. 2. tr. 6. r. 88. §. 1. p. 383

Et quinam sub nomine Ordinarii comprehendantur ad ornatum Concilii Trid. sess. 24. c. 1. de reformat? t. 2. tr. 6. r. 90. §. 1. p. 388

Ubi latè, & notabilia, & diversæ personæ proponuntur, quæ comprehenduntur sub nomine Ordinarii. §. 10. pag. 389

Si cum licentia Pontificis Capucinus, Minimus, Mercenarius transeunt ad Canonicos Regulares, vel ad Carmelitas Claustrales, non tenerentur ad eorum specialia vota, tam rigide, ut antea? tom. 3. tract. 1. resolut. 79. §. 9. pag. 103

Sine licentia Capituli sede vacante nullus Episcopus potest conferre Ordines Religiosis virtute privilegiorum suorum? t. 3. tr. 5. r. 10. §. 6. p. 385

Licentia celebrandi Missam vulgari lingua non conceditur nisi à Papa, & ex gravi necessitate? tom. 3. tract. 6. ref. 49. §. 4. p. 445

Absque licentia Pontificis an possint vendi pensiones omnes pro libito? t. 3. tr. 6. r. 138. §. 6. p. 500

Licentiam celebrandi in Oratoriis privatis solus Pontifex concedit? t. 4. tr. 2. r. 1. §. 1. p. 27

De licentia Parochi potest quis audire Missa in die festivo in Oratorio privato alicujus? t. 4. tr. 2. r. 42. §. 3. p. 54

Licentia petita à Superiore, & non obtenta, si Religiosus sumit Bullam Cruciatæ, non peccat, & fruetur Indulgentiis Bullæ? t. 4. tr. 3. r. 5. §. 1. p. 68

Ex licentia Medici qui potest in diebus jejuniorum, & Quadragesimæ comedere ova, & lacticinia, an possit comedere sanguinem, quod vulgo dicitur *Sanguinalli*, seu *Vitoldo*, Hispane *Mondongo*? tom. 4. tract. 6. r. 70. §. 1. pag. 238

Et an possit comedere sagimen? ibid.

Licentia testandi concessa Episcopo non est restringenda ad primam vicem? t. 5. tr. 1. r. 89. §. 3. in fine. p. 62

Qui

Qui sine licentia uxoris in sæculo degentis susceperint Ordines sacros, quibus mulctandi sunt pœnis ? & an habenda sit ratio cujus nationis sint ? t. 5. tr. 12. res. 4. §. 14. pag. 504

Nisi licentia petita, & obtenta à Superiore Religiosi, etiam claustrales non possunt esse executores testamenti nisi habeant beneficia perpetua extra Monasterium. t. 6. tr. 9. res. 11. §. 5. p. 461

A quo Superiore petenda sit licentia, ut Religiosi exerceant munus executoris alicujus testamenti. t. 6. tr. 9. res. 12. §. 1. ibid.

Et an ad hoc non requiratur consensus Conventus ? ibidem.

Pro licentia quam debet habere Religiosus à Superiore, ut sit Commissarius ad condendum testamentum nomine committentis, vel ut sit executor testamentorum, aut elector pauperum, vel ut consilium dare possit executoribus, quando à testatore ita est cautum in Indice primo tom. 6. in tractat. 9. de Executoribus testamentorum lege varias quæstiones, à resolutione 10. usque ad 20. & à resolutione 24. usque ad 28. inclusivè, ubi plura.

Absque licentia expressa Episcopi an repræsentationes sacræ possint fieri ? t. 7. tr. 5. r. 25. §. 2. p. 340

Licentia Pontificis interveniente, vel ad munus Episcopi, si de facili non datur accessus ad Pontificem, an teneantur Ecclesiastici ad impositiones impositas à Parlamento pro custodia Regni, pro reparatione pontium, turrium, &c. saltem quando bona laicorum non sufficiunt ? tom. 7. tractat. 6. resolutione 33. per totam. pag. 382

Sine licentia Superioris Clerici, & Episcopus sine licentia Papæ, an possint in aliquo casu assistere bello absque peccato ? tomo septimo, tract. 7. resolutione 61. §. 1. pag. 424

Sine licentia Pontificis Clerici assistentes in bello, an teneantur restituere prædam captam, & resarcire damnum, & nocumentum si quod inferunt ? tom. 7. tr. 7. res. 63. per tot. ibid.

De licentia Episcopi an possit capi à satellitibus Sacerdos indutus stola, & cotta extra Ecclesiam, præcedente Cruce ad efferendum defunctum, vel sacramentum Extremæ-Unctionis, aut Eucharistiam ad infirmum ? t. 9. tr. 1. r. 26. §. 9. p. 21

Quando sine licentia Episcopi judex laicus extrahit reum ab Ecclesia, licet postea securitatem tribuat, & cautionem, & juramentum non esse corporaliter reum puniturum, non excusatur, si non restituat reum Ecclesiæ, quæ spoliata fuit. tom. 9. tract. 1. resolut. 117. §. Et nota. pag. 70

De licentia Episcopi an possit simplex Sacerdos violatam Ecclesiam consecratam reconciliare ? t. 9. tr. 1. res. 141. §. primo. pag. 91

Et quid, si tantum Ecclesia sit benedicta, & non consecrata ? ibid. §. 2

De licentia Episcopi an possit Clericus renunciare privilegio exemptionis ? t. 9. tr. 2. r. 5. §. 1. p. 99

Ut sine licentia Principis, aut consensu Gubernatoris ejus, vel Præsidis possessio beneficii non apprehendatur, Princeps laicus authoritate propria præcipere non potest. t. 9. tr. 2. r. 99. §. 2. p. 149

Ut sine licentia Principis in suo statu non ædificentur Ecclesiæ, & Monasteria, si statutum sit, an deroget Immunitati Ecclesiæ ? t. 9. tr. 2. r. 202. §. 1. p. 197

Sine licentia speciali Pontificis, non possunt Cardinales ægritudine laborantes sanguinis emissionem pati. t. 9. tr. 7. r. 29. §. unic. p. 386

Sine licentia Pontificis Cardinales non possunt à Curia discedere. t. 9. tr. 7. res. 35. §. unic. p. 388

Ex licentia Pontificis an Cardinales possint testari de bonis perceptis Cardinalitii Galeri ? t. 9. tr. 7. resol. 88. §. 1. pag. 407

Licentia testandi concessa à Pontifice Cardinalibus, an expiret, mortuo Pontifice ? to . tract. 7. resolut. 92. §. 1. pag. 408

Si licentiam alteri confitendi Sacerdos proprius injustè neget, an confessio talis alteri facta sit valida. t. 1. tr. 3. res. 39. §. 1. p. 116

Qui licentiam à Superiore non possit obtinere per pium Confessarium, ut absolvatur à reservatis, an possit sine prævia Confessione Eucharistiam sumere, aut Missam celebrare ? tom. 1. tract. 3. resol. 160. §. primo, & sequent. pag. 197

Et an in dicto casu possit absolvi à prædicto Confessario, pro illa vice, ex tacita licentia Provincialis, Generalis, aut Papæ ? ibidem §. secundo. pag. 198. Vbi quomodo intelligatur hoc verbum pro illa vice, an pro una vice tantum, an vero toties, quoties dicta facultas petitur à Confessario, & à Superiore negatur ? ibidem §. tertio.

Licentiam à pœnitente Confessario concessam revelandi peccata revocare potest pœnitens, quoties voluerit etiam absque causa ? tomo primo, tract. 8. resolut. 30. §. 3. pag. 438

Licentiam prædictam an debeat Confessarius exigere in scriptis ? t. 1. tr. 8. r. 31. §. 1. p. 438

Vbi, quod, si dubitetur an revelatio fiat, vel non fiat de licentia pœnitentis, credendum est testimonio Sacerdotis, & non pœnitentis. ibid. §. 2

Si licentiam dare Confessario pœnitens non vult, ut ei defectum commissum in Confessione, an possit adhuc aperire illum ? t. 1. tr. 8. r. 55. §. 1. p. 449

Licentiam concessam alicui Antistiti ab Episcopo defuncto revocare an possit Capitulum sede vacante ad conferendos Ordines, & exercenda Pontificalia ? t. 3. tr. 5. r. 10. §. 1. & seq. p. 385

Et quid, si Capitulum non revocet dictam licentiam ? ibid. §. tertio.

Licentiam alicui Episcopo concedere Capitulum sede vacante potest, ut Ordines conferat Religiosis, & Clericis alterius Diœcesis. tom. 3. tract. 5. resolut. 11. §. 1. & sequent. pag. 386

Licentiam assistendi matrimonio, an Capitulum sede vacante, & ejus Vicarius dare possit ? t. 3. tr. 5. res. 28. §. 1. pag. 394

Licentiam an Capitulum sede vacante dare possit Monialibus exeundi è Monasterio ex causa ? tom. 3. tr. 5. res. 35. §. 1. p. 396

De licentia, quam potest dare Parochus, vel Ordinarius assistendi matrimonio. Pro quo varii, curiosi, & notabiles casus apponuntur in textu hujus resolutionis; & etiam pro ipso Parocho tantum. tom. 2. tract. 6. resolut. 88. pag. 383

Quædam practicabilia circa Parochum, & ejus licentiam assistendi matrimonio ad ornatum Concilii Tridentini sess. 24. cap. 1. de Reformat. Pro quibus varii, singulares, & curiosi casus adscribuntur in corpore hujus resolutionis? t. 2. tr. 6. r. 89. p. 386

Quinam sub nomine Ordinarii comprehendantur, ad ornatum Concil. Trident. sess. 24. c. 1. de Reformat. t. 2. tr. 6. res. 90. p. 388

Et docetur Episcopum, & Archiepiscopi in sua Diœcesi; & aliquando comparatione suffraganeorum, Cardinalem respectu subditorum Ecclesiæ sui tituli, Legatum Pontificis in Provincia suæ legationis, Capitulum sede vacante, seu ejus Vicarium, Abbates Ecclesiæ nullo Episcopo subjectæ, omnes prædictos comprehensos esse sub nomine Ordinarii. ibid. §. 1. & in aliis ejus notationum.

An Vicarius generalis Episcopi, vel provisor dicendus sit Ordinarius? ibid. §. 2

Et quid de Vicariis forensibus? ibidem §. sexto, & sequent. pag. 389

An ut Vicarius Generalis queat per se assistere matrimonio, etiam debeat esse Sacerdos? Et quid de Parocho? ibidem §. 8

Et quid dicendum de Abbatibus Commendatariis perpetuæ Abbatiæ, habentibus jura Episcopalia, ut est Abbatia Farfensis, &c. ibid. §. 9

An Magister scholæ Salmantinæ respectu Scholasticorum, qui in Matricula scripti sunt, sit Ordinarius eorundem Scholasticorum, possitque valide assistere eorum matrimoniis, & aliis assistendi licentiam dare? ibidem §. ult.

De testibus necessariis ad contrahendum valide matrimonium. t. 2. tr. 6. r. 91. p. 390

Et an sit necessarium hos testes esse rogatos? Et an sufficiat, quamvis vi detenti, & repugnantes intersint, modo percipiant contractum celebratum? ibidem §. 2. & seqq.

Et an testes simul cum Parocho interesse debeant matrimonio, vel sufficiat successivè ut coram illis explicent contrahentes consensum? ibid. §. 4

Et an peccent mortaliter, qui contrahunt coram Parocho coacto, quod non procedit quoad testes? ibidem §. 3. & 4

Et an ad constituendum Procuratorem pro matrimonio contrahendo non sit necessaria certa ætas, nec qualitas alia præter eam, quam jus naturale exposcit, ad explicandum consensum nomine alterius, nimirum usum rationis? ibid. §. 8. p. 391

An testes pro validitate matrimonii debeant esse omni exceptione majores? ibid. §. 6

An excommunicatus vitandus sit admittendus ut testis in causis matrimonialibus? Et quid si sit toletatus? Et in causis fidei non est dubitandum. t. 2. tr. 6. r. 92. & in aliis ejus not. 1. & 2. p. 391

An ad valorem matrimonii sufficiat, ut Parochus, & testes audiant contrahentes, vel opus sit illos videre? t. 2. tr. 6. r. 93. p. 392

An sit validum matrimonium initum coram Parocho ad id non specialiter vocato, sed casu transeunte? Et in textu hujus resolutionis adducitur pulchrum dubium pro praxi prædictæ difficultatis. tom. 2. tract. 6. resolutione 94. pag. 392

An sint à matrimonio arcendi, qui fidei rudimenta nesciunt? Et an saltem *Pater noster*, *Ave Maria*, *Credo*, & *Decalogum* debeant scire? t. 2. tr. 6. r. 95. p. 393

Quisnam est Minister sacramenti Matrimonii? t. 2. tr. 6. res. 96. pag. 393

Et notatur Ministrum, id est Sacerdotem ante Concil. Trid. non fuisse necessarium, at postea esse necessarium, & pertinere ad essentiam matrimonii Ministrum talem, & testes. ibid. §. ult. p. 394

Quænam sit materia, & forma hujus Sacramenti? Et quænam sit materia & forma in matrimonio contrahendo per Procuratorem inter absentes? tom. 2. tr. 6. res. 97. pag. 394

An Parochus teneatur sub mortali interrogare sponsos de mutuo consensu? t. 2. tr. 6. r. 98. p. 394

Et notatur non teneri Parochum interrogare sponsos, & contrahentes, an aliquod impedimentum habeant, ne contrahere possint? ibid. §. 2

An Parochus, si intellecto consensu contrahentium, non dicat, *Ego vos conjungo in nomine Patris*, &c. peccet mortaliter? t. 2. tr. 6. r. 99. p. 394

An Parochus, dum matrimonium contrahitur, si sit distractus, & non advertit ad ea, quæ tunc efficiuntur, dictum matrimonium sit validum? Et quid est dicendum de testibus in dicto casu? tom. 2. tract. 6. resolutione 100. pag. 395

Et an si Parocho contradicente celebratur matrimonium, sit validum? ibid. inter medium, & finem, §. 2. vers. Quam ob causam.

An matrimonium initum coram Parocho, & testibus sit validum, si consensus contrahentium intelligatur per interpretem? Idem est, si fiat matrimonium per literas ignotæ linguæ. t. 2. tr. 6. r. 101. p. 395

An tempore Adventus, & Quadragesimæ sit peccatum mortale traducere sponsam solemniter in domum sponsi, & convivia solemnia facere? tom. 2. tract. 6. resolutione 102. pag. 397

Et asseritur omnem traductionem sponsæ ad domum sponsi, etiam absque solemnitate interdictum esse Feriarum tempore. Et an liceat hoc tempore Feriarum consummare matrimonium? ibid. §. 4. per tot.

An nuptiæ sint prohibitæ in die Sabbathi ante Adventum? Idem quæritur à Vesperis ante diem cinerum. t. 2. tr. 6. r. 103. p. 397

An si tempore prohibito Adventus, & Quadragesimæ adhibeatur solemnis benedictio nuptiarum, peccent mortaliter sponsi talia facientes? ibid. in fine.

An orationes, & cæremoniæ, quæ pro secundis nuptiis destinatæ sunt, possint tempore prohibito Adventus, & Quadragesimæ ministrari? t. 2. tr. 6. r. 105. p. 398

Et notatur, quod licet adsit consuetudo, ut etiam secundæ nuptiæ benedicantur, quando alter conjux benedictionem non suscepit, sive vir sit, sive fœmina, attamen talis consuetudo non obligat sub mortali. ibidem §. secundo.

Et cursim asseritur, benedictionum omissionem, secluso scandalo, & contemptu non esse peccatum mortale. ibidem §. ult.

An sit saltem peccatum veniale consummare matrimonium, antequam recipiant benedictiones Ecclesiæ? t. 2. tr. 6. res. 106. p. 398

An liceat contrahere matrimonium tempore interdicti? Et an tempore interdicti possint fieri matrimonii denunciationes? t. 2. tr. 6. res. 107. p. 398

An tempore interdicti benedictiones nuptiales fieri non possint, quia sunt officia divina? t. 2. tr. 6. res. 108. §. 2. ad medium, & in res. 109. p. 399

Et an saltem in dicto casu benedictiones nuptiarum fieri possint in diebus, in quibus permittuntur divina officia, ut Paschatis. t. 2. tr. 6. r. 109. §. ult. p. 399

An validum sit matrimonium, cui proprius Parochus unius contrahentis assistit in Parochia alterius sibi non subditi? t. 2. tr. 6. r. 110. p. 399

Et an dictus Parochus peccet mortaliter, & puniendus sit? ibid. §. ult. p. 400

An Episcopus possit prohibere, ne matrimonia domi contrahantur? t. 2. tr. 6. res. 111. p. 400

Et an ut dicatur matrimonium in facie Ecclesiæ celebrari, sit opus, ut in Ecclesia materiali ipsa, vel ejus limine celebretur, vel satis sit coram fidelium multitudine? ibid. propè fin. §. 1

Et an hodie dicatur satis contractum in facie Ecclesiæ, si coram Parocho, & duplici teste, denunciationibus præmissis, matrimonium ineatur? ibid. in fine dicti §.

An sponsi rus profecti recreationis causa possint ibi matrimonium contrahere? t. 2. tr. 6. r. 112. p. 400

An contrahentes matrimonium in peccato mortali peccent dupliciter, quia non solum suscipiunt, sed etiam ministrant hoc Sacramentum? t. 2. tr. 6. r. 113. p. 401

An censeatur matrimonium consummatum, si solus vir intra vas fœminæ naturale seminet, fœmina vero non seminante? t. 2. tr. 6. r. 114. & in aliis ejus not. p. 401

Ex quo infertur, quod si viro seminante, fœmina non seminaverit, idque partibus constet, possint Religionem ingredi, & profiteri, & pars relicta in sæculo aliud matrimonium inire. ibid. in fine res.

An deficientibus hominibus sæcularibus teneantur Religiosi contrahere matrimonium? t. 2. tr. 6. r. 115. p. 401

Et notatur posse etiam nunc occurrere casum, in quo Religiosus teneretur matrimonium contrahere, ut quando sequerentur seditiones, & bella nisi Principis filius Religiosus uxorem duceret, tunc enim sub peccato mortali matrimonium inire teneretur. ibid. §. ult.

An surdus, & mutus à natura possint contrahere matrimonium? t. 2. tr. 6. r. 116. p. 402

An mutus, & surdus, & simul cœcus à natura possit inire matrimonium? Et quid, si cæcitas non esset à natura, sed supervenisset? t. 2. tr. 6. r. 117. p. 402

An inter fideles possit esse matrimonium, quod non sit Sacramentum? t. 2. tr. 6. r. 118. p. 403

Sed nota, obsecro, amice Lector, quod quando quis contrahit sine formali, aut virtuali intentione faciendi, quod facit Ecclesia, licet illud matrimonium non sit Sacramentum, quia in Ministro non fuit intentio necessaria, attamen validum manet in ratione contractus, itaut contrahentes non possint deinde nubere, neque in posterum posse tale matrimonium effici Sacramentum. ibidem §. 3

An matrimonium Catholici cum hæretico sit licitum cum periculo perversionis, quando tamen ex magna aliqua causa contrahitur? t. 2. tr. 6. r. 119. p. 403

In quodam Tribunali S. Inquisitionis, N. fuit tanquam hæreticus formalis publicè damnans, quæritur, quia Ecclesiæ se reconciliavit, an ejus uxor teneatur illum recipere, & secum cohabitare? t. 2. tr. 6. r. 120. p. 404

An supradicta opinio sit admittenda, si in occulto conjux hæreticus reconciliaretur per Inquisitores? ibid. §. 6

Et notatur, quod in supradicto casu non desideratur specialis divortii sententia, sed sufficit sententia Inquisitorum, qua declaratum fuit illum extitisse hæreticum. ibid. in eod. §.

Et quæritur, an post sententiam, qua uxor declarata fuit hæretica, possit vir ejus Ordinibus sacris manens in sæculo initiari? ibid. §. 7

An si conjux Infidelis velit permanere cum conjuge fideli, sine injuria Creatoris, & scandalo, possit, hoc non obstante,

ſtante, conjux fidelis novum matrimonium inire? t. 2. tr. 6. r. 121. p. 405
Et notatur, quod tutius eſt in hoc caſu Summum Pontificem conſulere, & diſpenſationem petere. ibid. §. 4
Et ſi aliquis hoc nollet efficere, tenetur alterum conjugem monere, & invitare ad fidem, & aliqua alia, quæ contingere poſſunt, in ſuptadicto caſu advertuntur. ib. §. 5
Et tandem docetur, quod idem, quod in dicto caſu dictum eſt de matrimonio, dicendum eſt de ingreſſu Religionis, & de ſuſceptione Ordinis ſacri. ib. in eod. §. 5
An conjux Infidelis, qui fidelem conjugem ſequi noluit, poſſit novũ ſibi conjugem eligere? Et an ſi poſtea convertatur, poſſit ei concedi diſpenſatio, ut alteri nubat, ſi vir ejus aliam duxerit uxorem? t. 2. tr. 6. r. 122. p. 405
Et curſim infertur, quod qui uxorem enecat, etiam mortua illa, non poteſt aliam ducere, niſi accedat diſpenſatio. t. 2. tr. 6. r. 123. ſub fin. p. 406
An conjux fidelis volens poſt Baptiſmum contrahere matrimonium, teneatur requirere conſenſus conjugis infidelis in remotiſſimis partibus habitantis? Et in dicto caſu an diſpenſatio Pontificis ſit neceſſaria, qua ſuppleatur ea admonitio jure præſcripta. t. 2. tr. 6. r. 124. p. 406
An matrimonium converſi cum infideli contractum ante Baptiſmum diſſolvatur, per ſolemnem profeſſionem Religionis? t. 2. tr. 6. r. 125. p. 406
Et an etiam ordine ſacro aſſumpto, vinculum matrimonii in infidelitate contractum diſſolvatur? ibid. §. 3. p. 407
Et an matrimonium Infidelium ad fidem converſorum, etiam conſummatum poſſit à Pontifice diſſolvi, ex aliqua juſta cauſa? ibid. §. 4
An matrimonium Infidelium, cum ambo baptizantur, fiat Sacramentum, eiſque gratiam conferat? t. 2. tr. 6. reſ. 126. & in aliis ejus not. p. 407
An excommunicati contrahentes matrimonium peccent dupliciter ex eo, quod non ſolum Sacramentum recipiant, in excommunicatione, ſed etiam ex eo quod conferant, cum juxta communem ſententiam contrahentes ſint Miniſtri hujus Sacramenti? tom. 2. tr. 6. reſol. 127. pag. 408
An qui matrimonium contrahit cum excominunicato, peccet mortaliter? Et quid ſi denunciatus ſit, aut notorius Clerici percuſſor? t. 2. tr. 6. r. 128. p. 408
An contrahere matrimonium cum impedimento dirimente ſit duplex peccatum? t. 2. tr. 6. r. 129. & 130. p. 408
Et an impedimenta matrimonii addant novam malitiam, etiam in copula fornicaria, diſtinctè explicandam in Confeſſione? ibid. §. 4. dictæ reſ. 130. p. 408
Quid eſt faciendum, quando eſt dubium, an inter volentes contrahere matrimonium adſit aliquod impedimentum dirimens? t. 2. tr. 6. r. 131. & 132. p. 409. & 410
Et notatur, in dubio, an res egeat diſpenſatione, poſſe Epiſcopum declarare, non deſiderari diſpenſationem, vel ad cautelam diſpenſare. ibid. §. ult. dictæ r. 131. p. 409
Et docetur per Canones licitum eſſe inire matrimonium cum dubietate impotentiæ ad coëundum. ibidem §. 3. reſ. 132. ſignanter in fine dicti §. p. 410
Et quæritur, an ille, qui bona fide contraxit, poſſit libere petere, & reddere debitum, quando novit alterum dubitare de valore matrimonii? ibid. §. 5
Et an ſi matrimonium ſit contractum, ſed non conſummatum; & ante cõſummationem incidat dubium de impedimento, teneatur reddere, vel an teneatur ingredi Religionem, ut liberum relinquat alterũ conjugem. ib. §. 6
Et an dubius de jure ſuo, ſi poſt diligentem Inquiſitionem magis propendeat in eam partem ſibi jus non aſſiſtere, quid eſt faciendum? ibid. §. 8. à lin. 10. p. 411
Dubitans de valore matrimonii, quod contraxit, nondum habita certitudine conjugis prioris præmortuæ, debitum interim à conjuge ſua exigere non poteſt. ibidem prope fin. dictæ reſ. 132. p. 411
Utrum ſit validum matrimonium cum falſo errore alicujus impedimenti, v. g. ut ſi quis contraxit exiſtimans conjugem mortuum eſſe vivum, & tamen ſciebat matrimonium eſſe nullum contractum, ſuperſtite conjuge, &c. t. 2. tr. 6. r. 133. p. 411
An ſi lis oriatur de validitate alicuius impedimenti, filii, illo medio tempore nati ſint legitimi reputandi? t. 2. tr. 6. reſ. 134. p. 412
Et quid, ſi illis prohibitum ſit ſub pœna excommunicationis, ne poſſint ſimul cohabitare, an adhuc filii pro legitimis debeant haberi? ibid. §. 2
Idem erit, ac multo magis, ſi interpoſita fuerit appellatio. ibid. §. 3. ante medium.
Et ſupponitur filium natum ex matrimonio bona fide alterius parentis inito eſſe verè legitimum, non ſolum quoad parentem habentem bonam fidem, ſed etiam quoad alium habentem malam fidem. ibid. §. 1
An pro valore matrimonii ſequi aliquis poſſit opinionem ſingularem contra communem? Et quid, quando ipſa opinio eſt dubia, ſecus vero ſi eſſet clara? tom. 2. tr. 6. reſ. 135. & in multis aliis ejus not. p. 412
Et notatur, quod licet in dubio pro matrimonio præſumendum ſit, & iudicandum; tamen hoc procedit, quando in matrimonio contrahendo, vel contracto datur paritas perſonarum, ſecus data imparitate. ibid. §. 3
Etiamque docetur in foro conſcientiæ tam quoad ſponſalia, quam quoad matrimonium dubitantem liberandum eſſe, in dubio æquali; cum melior ſit conditio poſſidentis. Et quid in foro externo? ibid. §. ult. p. 413
An ſit licitum contrahere matrimonium cum impedimento dirimente ex timore mortis, vel alterius gravis damni? Et quid de multis aliis diverſis caſibus adductis in textu huius reſol. t. 2. tr. 6. reſ. 136. & in aliis plurimis eius not. pag. 413
An in matrimonio ex metu gravi contracto poſſit reſilire, qui liber eſt à metu, nec particeps eius fuit? t. 2. tr. 6. reſ. 137. pag. 414
An matrimonium ex levi metu contractum valeat iure naturali, & poſitivo? Et quid, quando re vera ita extorquet conſenſum, ut ſine eo metu non fieret? t. 2. tr. 6. reſ. 138. p. 414
An metus gravis à lege iuſtè incuſſus irritet matrimonium, ſi iudex, v. g. intendat delinquentem cogere per illum metum ad contrahendum? Et pro praxi huius quæſtionis adducuntur ſpeciales caſus. t. 2. tr. 6. r. 139. p. 414
Et deducitur validam eſſe profeſſionem, dum vir minaretur mortem uxori in adulterio repertæ, niſi Religionem profiteatur, quando minatur mortem authoritate judicis infligendam, ſecus vero ſi minaretur propria authoritate. ibid. propè fin. §. 4. p. 415
Etiamque infertur, ſi quis minaretur reo, v. g. latroni juſtam accuſationem niſi certum contraheret matrimonium, id valere. ibid. in fine dicti §.
Et tandem quæritur, an quando cogens fuit particeps culpæ metus alteri illati, maneat obligatus ad non reſiliendum, & teneatur poſtea contrahere cum coacto ſi velit? ibid. §. 5. & 6
An ſi judex ſecundum allegata juſte cogat ad matrimonium, licet à parte rei illa coactio ſit injuſta, adhuc matrimonium illud ſit validum? t. 2. tr. 6. r. 140. p. 415
An ſi quis ex metu cogatur matrimonium contrahere, licet in genere, ſi poſtea contrahat, matrimonium ſit validum? t. 2. tr. 6. r. 141. p. 416
Et notatur matrimonium ex gravi metu contractum eſſe nullum non ſolum ex jure Eccleſiaſtico, ſed etiam inſpecto jure naturali. ibid. §. 3
Et advertitur ea, quæ dicta ſunt, habere locum in conſtitutione Procuratoris ad matrimonium; nam ſi ex gravi metu fiat, erit nulla iure naturali, & poſitivo, & per conſequens matrimonium nullum. ibid. §. 4
Et docetur, quod ſi parentes cogerent filios ad matrimonium ineundum, non incurrerent in excomm. latam in Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 9. de Matrim. ibid. §. 5
An impotens cum impotentia perpetua, & cognita poſſit inire matrimonium in ordine ad caſte vivendum? t. 2. tr. 6. reſ. 142. p. 416

An

An matrimonium initum sub conditione honesta, per verba de præsenti, ut: Contraho tecum, si Pater tuus voluerit, adveniente conditione efficiatur validus absque alio novo consensu? t. 2. tr. 6. res. 143. p. 417
Sed notatur, quod stando in prima sententia affirmativa, requiritur, ut conditio adimpleatur coram Parocho, & testibus, vel ut Parochus, & testes cognoscant conditionem esse adimpletam. ibid. §. ult. p. 418
Sed ex contraria sententia infertur, si post eventum conditiones ante novum consensum præstitum, alter aliud contrahat matrimonium, peccare quidem contra fidem præstitam; at validum esse matrimonium, quia prius tantum habebat vim sponsalium. ibid. §. 3
Etiamque deducitur, si duo consanguinei contrahant coram Parocho, & testibus per verba de præsenti sub conditione si Papa dispensaverit, non est matrimonium absque novo consensu post obtentam dispensationem. ibid. in fine dicti §. 3
An si unus promittat matrimonium, & alius acceptet, non tamen repromittendo, maneat promittens obligatus? t. 2. tr. 6. r. 144. p. 418
Ex quo alii quatuor casus deducuntur in §. 3. hujus resol. circa promissionem matrimonii, & sponsalium.
Difficilis est illa quæstio, an si quis invalide contraxit ob defectum consensus, vel cum impedimento dirimente, teneatur, obtenta dispensatione, iterum consentire ante Parochum, & testes? t. 2. tr. 6. r. 145. p. 418
An matrimonium nullum ratione consensus ex parte unius, revalidetur postea, si ipse solus consentiat? t. 2. tr. 6. res. 146. p. 419
Utrum ad revalidandum matrimonium fictè contractum, sufficiat adhibere consensum post longum tempus. t. 2. tr. 6. res. 147. p. 419
Et notatur, quod licet in contrahendo matrimonio non sit necessarium consensum utriusque conjugis simul tempore præstari, tamen exigitur simultas moralis, itaut non magnum intervallum inter unius, & alterius consensum distet, magnum enim intervallum est, quando annus intercedit. ibid. §. 2
An qui fictè contrahit matrimonium, iterum teneatur verè, & ex animo contrahere? tom. 2. tract. 6. resolutione 148. pag. 420
Et quid, si sit longè disparis conditionis in nobilitate, aut divitiis, quando re vera nullum signum adfuit, quo judicari posset, non serio promitti præter disparitatem? ibid. in fine §. 2
Et cursim docetur, quod deceptor ad matrimonium non obligatur in multis casibus; & in §. ult. hujus resol. quinque casus assignantur pro praxi, &c.
An qui fictè promisit matrimonium; & sub ea spe fœminam cognovit, & virginem corrupit sub promissione conjugii, teneatur illam in uxorem ducere, vel ad quid teneatur? t. 2. tr. 6. r. 149. 150. 151. p. 420. & 421
Et an qui sic virginem defloravit, satisfaciat constituendo illi dotem sufficientem ad supplendum defectum defloorationis? ibid. §. 4. p. 421
Et an hoc à fortiori procedat, quando contrahentes sunt inæquales? ibid. §. 5
Et an qui fictè promisit, si in judicio interrogaretur, an promisit, non posse negare se promisisse; vel an possit in tali juramento uti æquivocatione, negando promissionem, intelligendo itaut teneatur, &c. Idem est in aliis similibus. ibid. §. 6
Quis libidinis causa rapuit Virginem, & adhuc in sua potestate existente, cum illa matrimonium contraxit, quæritur, an fuerit validum? t. 2. tr. 6. r. 152. p. 422
Et notatur in Concil. Trid. solum eam raptus speciem puniri, per quam vis infertur puellæ, non autem parentibus. Unde si illa consentiat, etiamsi rapiatur vim parentibus inferendo, validum erit matrimonium. ibidem §. tertio.
An raptus, quo fœmina rapuit virum, dirimat matrimonium? t. 2. tr. 6. r. 153. p. 422
Et an raptus irritet etiam sponsalia? ibidem §. 3
An si deprehensus in stupro offerat matrimonium, ne prodatur justitiæ, non obstante tali metu, teneatur illud matrimonium in conscientia adimplere? tom. 2. tr. 6. resol. 154. pag. 423
Et quid, si metu mortis à Patre, vel consanguineis inferendæ matrimonium offerat? Et quid, si deprehensus in adulterio metu mortis offerat matrimonium cum aliqua consanguinea mariti? ibid. §. 1
Et notatur, si aliquis minister justitiæ eum, qui juste ad mortem, vel aliam pœnam gravem, damnare debuerat, impunitate oblata, invitet, ut ejus filiam ducat in uxorem, talem matrimonium non valere; secus autem si illi, qui capite plectendus ob homicidium probatum legitimè, promittatur impunitas, si ducat filiam, vel uxorem occisi. ibid. §. 2
An qui post votum Religionis, vel castitatis defloravit fœminam sub pacto conjugii, teneatur illam ducere; vel votum adimplere? t. 2. tr. 6. res. 155. & in aliis ejus not. pag. 423
Et an in dicto casu teneatur quis contrahere, sed ante consummationem debeat ad Religionem transeat? ibidem §. secundo.
An qui post votum castitatis contraxit matrimonium teneatur ante consummationem ingredi Religionem, quando id est necessarium ad servandum votum, nempe, quando alter conjux non vult castitatem servare? Idem est si votum castitatis emittatur post matrimonium ratum. t. 2. tr. 6. r. 158. p. 424
Restant etiam nonnulla circa votum suscipiendi Ordines sacros in quibus involvitur votum castitatis, & circa votum non contrahendi matrimonium, & si post prædicta vota quis contraxit, quid est faciendum. ibid. §. 5. & seqq. p. 425
An habens votum Religionis, seu castitatis peccet mortaliter contrahendo matrimonium animo ingrediendæ Religionis antequam sumat matrimonium? Et quid, quando quis absque ullo voto, eo animo matrimonium contraheret? t. 2. tr. 6. r. 159. p. 425
An fœmina, quæ contraxit matrimonium cum viro improportionato, vel aliquantulum debili, ut facilior pateat aditus, teneatur pati incisionem, si commodè possit, & sine gravi dolore, & infirmitate? t. 2. tr. 6. res. 160. & in aliis eius not. p. 426
Et an in tali casu impedimentum censendum sit perpetuum, & matrimonium declarandum nullum? ibidem §. tertio.
Et distinguitur supra difficultas, quando defectus non provenit ex muliere, & si ex muliere provenit, deciditur, quid est faciendum? tom. 2. tract. 6. res. 161. §. secundo. pag. 426
Et an si vir trium annorum congressu, atque conatu clausura tamen fœminæ non violavit, an in tali casu matrimonium sit dissolvendum? ibid. §. 4
Et an integrum sit viro impotenti ad virginem, potenti tamen ad corruptam, propria authoritate instrumento aliquo ligneo, vel ferreo, vel simili ad id accommodatum, digitisve clausura virginis à se ductæ reserare, ut sic possit consummare matrimonium? tom. 2. tract. 6. res. 162. §. 10. & seqq. p. 427
An vir sit alicujus culpæ reus, qui suæ temporalis impotentiæ conscius matrimonium contrahit eo tempore, quo talis durat impotentia? ibid. §. 13. p. 429
Et an in tali casu, si conscius suæ impotentiæ decepit fœminam illam ducens, teneatur eam ut sororem alere, & habere? ibid. §. 15
Et quid est agendum, quando per errorem in facie Ecclesiæ prius matrimonium fuit solutum, fœminaque alio nupserit, comperta veritate, an primum matrimonium restituendum sit? ibid. §. 16
Et an fœmina, quæ cum secundo viro copulam habuit, possit à priore viro repelli per divortium quoad habitationem, & thorum? ibid. ad medium dicti §.

An

An triennium à jure præscriptum ad experiendum impotentiæ veritatem, computandum sit à tempore, quo copula intentata est, vel à tempore præfixo à judice? Pro quo aliqua alia prius supponuntur. tom. 2. tract. 6. resol. 163. pag. 429

Et infertur necessarium esse, quod triennium sit continuum. ibid. §. 2. & 6. p. 430. & 431

Et cursim advertitur hoc triennium terminum debere computari post annum decimum octavum, & non ab anno completo pubertatis, si in illo matrimonium est contractum. ibid. §. 4. p. 430

Et docetur, quod quando uxor tantum materialiter adulterium commisit, nempe existimans eum, cum quo rem habuisset esse proprium maritum, aut credens esse mortuum, vel per vim absolutam cogitur & opprimitur ab alio, non est sufficiens causa faciendi divortium. ibid. §. 5. & in aliis eius not.

Et tandem notatur validum esse matrimonium, si vir seminasset intra vas, etiam si impotens sit fœmina ad seminandum. ibid. §. ult. p. 431

Quid faciendum de viro Sacris initiato, si post judicis sententiam inveniatur impotentiam falso existimatam fuisse perpetuam, non fuisse talem. tom. 2. tract. 6. resol. 164. pag. 431

Idem est in isto casu si vir, vel fœmina ingrederetur Religionem, ob dissolutionem talis matrimonii, si professus sit, an debeat redire ad uxorem. ibidem. §. 5. ad medium. pag. 432

Pro quibus aliæ difficultates proponuntur, quæ contingere possunt inter medium temporis separationis, & etiam post redditum ad uxorem circa petitionem, & redditionem debiti. ibid. per totam resol.

An maritus possit habere copulam cum uxore, si utroque teste careat? t. 2. tr. 6. r. 165. p. 432

De quadam curatione Herniatarum, an efficiat spadones, vel eunuchos, & impediat matrimonium? Et docetur triplicem esse speciem eunuchorum. tom. 2. tract. 6. resol. 166. pag. 433

Et explanatur, quod loquendo de Sacramentis, quæ non sunt de necessitate salutis, ut Confirmatio, Matrimonium, & extrema Unctio, satis sit quod Minister in eorum administratione sequatur opinionem probabilem, relicta probabiliori, & tutiori. ibid. 9. & 10. pagina 435

Et sequitur, quod in conflictu opinionum illa est sequenda, quæ favet valori matrimonii. ibidem ad medium §. 12. & in multis aliis eius not.

An mulier ut transire possit ad secundas nuptias, sufficiat præsumptio verisimilis, & probabilis de morte viri? t. 2. tr. 6. r. 167. pag. 435

Et an Confessarius in conscientiæ foro id ipsi permittere possit, & judex in foro externo, si post celebratas nuptias causam intelligeret, neque mulierem punire, neque à secundo viro separare deberet, donec cognitum esset priorem maritum adhuc vivere. ibidem §. 2. ad medium pag. 436

Quis commisit adulterium cum promissione ficta contrahendi post obitum viri, quæsivit postea, an contraxerit impedimentum? tomo secundo, tract. 6. resolutione 168. pag. 436

Et an dato, quod dicta promissio sit facta serio, & ex animo, tamen hoc non obstante requiratur, ut ab altero acceptata sit, neque satis est ad contrahendum hoc impedimentum tacita acceptatio, sed requiritur promissio mutua, & reciproca? ibid. §. 3. &c.

An si quis adulteravit cum coniugata cum promissione sumendi illam in uxorem, mortuo marito, possit absque dispensatione Pontificis matrimonium illud inire, si dum commisit adulterium nesciebat impedimentum dirimens ex illo proveniens. tom. 2. tr. 6. resol. 170. & in aliis eius not. pag. 437

Idem est si interficit virum ad finem contrahendi matrimonium, si ignorabat invincibiliter ex hoc crimine non potuisse sequi matrimonium absque dispensatione Pontificis. ibid. à lin. 5. §. 1

Et an ut incurratur hoc impedimentum sufficiat ut unus contrahentium sciat huiusmodi impedimentum, vel requiratur scientia ex parte utriusque contrahentis? ibid. post medium dicti §. 1

An affinitas ignorata ante matrimonium dirimat illud? Ex quo deducitur quod si quis haberet copulam cum matre, & haberet copulam cum filia ignorando inculpabiliter impedimentum affinitatis, nam si hoc non obstante contraheret cum ista, sine prævia dispensatione, matrimonium esset nullum. ibid. §. 3. ante medium.

An homicidium ab adultero, & adultera perpetratum animo contrahendi matrimonium inter se, si ea intentio non manifestetur, & significetur exterius, inducat impedimentum dirimens? t. 2. tr. 6. r. 171. p. 438

Et deducitur, quod Ecclesia actus omnino interiores nec prohibere, nec præcipere potest. ibid. à lin. 4. §. 2. & in plurimis aliis eius not.

Et notatur, quod si aliquis occidat utrum cum animo ineundi matrimonium cum una ex filiabus Titii, contraheret impedimentum cum qualibet earum? ibid. §. 3.

An impedimenta criminum sint per dissuetudinem sublata? Et pro praxi huius quæstionis septem casus assignantur in §. 1. huius r. t. 2. tr. 6. r. 172. p. 438

Et advertitur, quod Confessarii pœnitentibus incestuosis, uxoricidis, &c. non debent imponere onus, ut si contrahere volunt, dispensationem obtineant. ibid. §. 2

Sed si aliquis scrupulosus, hoc non obstante, dispensationem super his petere velit, eam Episcopus conferre poterit. ibidem in eodem §.

Dubius de valore matrimonii post bimestre tempus, si illud non consummavit, quid facere debeat? t. 2. tr. 6. resol. 173. pag. 438

An coniux dubius de valore matrimonii possit petere, & reddere debitum? t. 2. tr. 6. r. 174. p. 439.

Et an coniux dubitans si promiserit sufficiens examen de valere matrimonii, & adhuc dubius manet, poteritne uti matrimonio non solum reddendo, sed etiam petendo, & an hoc etiam verum sit, etiam quando moraliter est impossibile, adhibita diligentia, posse vinci dubium. ib. §. 2

Et an quando dubium valoris matrimonii oritur ex dubio impedimenti impotentiæ, tunc uterque coniux possit reddere, & petere debitum. ibid. §. 3

Sed difficultas est, an coniux dubitans de valore matrimonii, si ante debitam diligentiam petat debitum, teneatur alter ei reddere? ibid. §. 4

Difficultas adhuc superest, an si coniux dubitans de valore matrimonii contrahendi, illud ineat, possit adhuc petere, & reddere debitum? ibid. §. 6

Et quid, si uterque coniux mala fide contraxit, an neuter possit petere, nec reddere debitum? ibid. ad med. dicti. §.

Et quid est dicendum, si coniuges habeant rationes probabiles matrimonium valere, quamvis probabilius judicetur matrimonium non teneri, an possint in tali casu reddere, & petere debitum? ibid. in dicto §

Et utrum dubitans de valore matrimonii à se bona fide contracti, quia dubitat de servitute alterius, possit, ac teneatur reddere debitum? ibid. §. 7. p. 440

Et an coniux, qui bona fide contraxit, si postea non dubio suspensionis, sed potius opinetur matrimonium esse nullum, non solum possit reddere, sed etiam petere debitum? ibidem. §. 8

Et notatur, quod coniux non tenetur regulariter credere alteri asserenti etiam sub juramento se non consensisse ab initio, vel aliud impedimentum dirimens subesse, atque adeo dubio deposito potest petere debitum. t. 2. tract. 6. resol. 175. §. ult.

Et quid, si adsint aliæ circunstantiæ sufficientes, & conjecturæ, &c. an tunc nec reddere, nec petere possit debitum? ibid. in dicto §.

An fœmina, quæ contraxit matrimonium cum impedimento dirimente, si hoc postea sciat, teneatur reddere

dere debitum in tempore, quo petit dispensationem si adsit periculum vitæ? t. 2. tr. 6. r. 176. p. 440
Et quid si uterque id sciat cursissime quæritur? ibidem in fine §. 3. p. 441
Et notatur quod in casu supradicto, si ad Pontificem non pateat accessus ex impia vel alia justa causa potest Episcopus dispensare in dictis impedimentis. ibid. §. ult.
An impetrata dispensatione matrimonii nullius, coniux impedimenti conscius teneatur aperire alteri matrimonium contractum fuisse irritum? Et docetur, quid in prædicto casu sit faciendum? t. 2. tr. 6. r. 177. p. 441
An in negatione debiti coniugalis detur parvitas materiæ? t. 2. tr. 6. r. 178. p. 442
Coniux quando teneatur reddere debitum petenti sub onere peccati mortalis. t. 2. tr. 6. r. 179. p. 442
Vtrum coniux teneatur reddere debitum alteri petenti cum peccato veniali, v. g. quoad situm, &c. tom. 2. tr. 6. resol. 180. p. 442
Et notatur, quod vir habens votum Castitatis, si petit, uxor tenetur reddere debitum. ibid. §. ult. p. 443
Etiamque advertitur probabile esse non peccaturam coniugem reddendo debitum incestuoso, qui scilicet peccavit cum ipsius uxoris consanguinea ante dispensationem, quia non cooperatur peccato alterius. ibid. à lin. 5. dicti §. &c.
De quibusdam dubiis circa usum matrimonii. Primo, quod quidam vir in modo extraordinario coeundi cum uxore aliquam seminis quantitatem extra vas emittebat. t. 2. tr. 6. r. 181. p. 443
Secundo, quod vir procreandorum liberorum pertæsus in fine copulæ extra vas totum semen effundebat, an inquam in his casibus uxor sine culpa poterat debitum reddere? ibid. ad medium resol.
Et an in secundo casu vir, & fœmina si id efficiatur de eius consensu peccet mortaliter, sed si illa non consentiat, possit licite petere, & reddere debitū marito, etiamsi ille in fine copulæ semen extra vas effundat. ibid. &c.
An ne proles multiplicentur, cessante incontinentiæ periculo, sit peccatum mortale non reddere debitum & propter difficultatem gravem in alendis filiis? Sed in hoc casu distinguendum sit inter personas Nobiles, communes & pauperes. t. 2. tr. 6. res. 182. & 183. p. 443
Et docetur validum esse pactum inter coniuges initum se continendi à coïtu coniugali, ne proles multiplicentur, secluso incontinentiæ periculo. ibidem in §. 3. dictæ resol. 182
An peccet mulier reddendo debitum viro, qui saturandæ libidinis causa coïtum incipit, sed postea ne sequatur generatio subtrahit se, & effundit semen extra vas? t. 2. tr. 6. r. 184. p. 444
Et an vir mittens pudenda in os uxoris peccet mortaliter, & licet circunstantia tanquam speciem mutans sit in confessione aperienda? ibid. §. 7. p. 445
An sit peccatum mortale, si post variationem situs in copula coniugali aliqua pars seminis elabatur? tom. 2. tr. 6. r. 185. pag. 445
Et quid est dicendum, quando vir est incubus, & mulier succuba? ibid. §. 4. p. 446
Et cursim docetur, quod si fœtus non est animatus, quamvis sit periculum ut non animetur, ex hoc non tenentur coniuges abstinere à copula coniugali. ib. §. ult. &c.
An aliquando coniuges excusentur à peccato, si effundant aliquid seminis extra vas? Excusantur primo à mortali casu, quo parva aliqua pars seminis elabatur dummodo alia retineatur; & absque veniali culpa casu, quo præter intentionem, dum vir legitimè conatur congredi, ac ex festinatione, & vigore naturæ, ut in viris potentibus, semen extra vas effunditur? tom. 2. tract. 6. resol. 186. §. 1. p. 446
Secundo, quod si solum sit periculum, ut amens seminet extra vas, non ideo censenda sit ei illicita copula. ibidem §. 2. &c.
Tertio, quod maritalis copula est licita seni, qui cum congreditur cum sua uxore effundit semen extra vas &c. ibidem. §. 3
Quarto quæritur de malitia specialis pollutionis extra vas inter coniuges, & quomodo illam in confessione debent explicare, docetur: quæ doctrina est valde notanda à Confessariis. ibid. §. 4. &c.
Notabilia quædam circa coïtum coniugalem. Et Primo quæritur, an saltem liceat perficare pudenda sua circa vas præposterum uxoris, vel in os eius intromittere, cessante pollutionis periculo? t. 2. tr. 6. r. 187. p. 447
Et an coniugati peccent mortaliter, vel tantum venialiter ex conscientia erronea, si variant situm ordinarium, etiam si eo copulæ modo aliqua pars seminis elabatur.
Et an sit peccatum mortale accedere ad menstruatam uxorem? ibid. ad medium, §. 5
Et an sit peccatum veniale accedere ad uxorem gravidam, si non adest periculum incontinentiæ? ibid. §. 6. &c.
An peccet mortaliter coniux, qui intra vas naturale fœminæ digitos quasi membrum virile immittit, sicut est peccatum mortale inchoatio copulæ sodomiticæ cum uxore, etiam non animo consummandi nisi intra vas legitimum? t. 2. tr. 6. r. 188. à lin. 3. §. 1. p. 448
An cōjugatus peccet mortaliter, si in absentia alterius conjugis se ipsum tangat propter voluptatem captandam absque pollutionis periculo? t. 2. tr. 6. r. 189. 190. p. 448
An sit peccatum mortale, si coniuges inter se tangant, & osculentur pudenda propter solam voluptatem? Idem est de verbis impudicis, & aspectu partium Verendarum, & amplexibus inhonestis inter coniugatos, modo non sit periculum pollutionis. t. 2. tr. 6. r. 191. p. 449
Et notatur quod si aliquis sine interruptione morali multoties osculetur pudenda alicuius fœminæ, vel pueri, sufficit, ut in confessione dicat, osculatus sum solutam, vel puerum, & non est opus explicare, quod talis tactus, vel osculum fuit in partibus pudendis. ibid. à lin. 5. §. ult.
An in aliquibus casibus tactus, oscula, &c. sint licita inter coniugatos cum periculo pollutionis? tom. 2. tr. 6. r. 192. & in aliis eius not. p. 449
Et pro confirmanda doctrina dictæ quæstionis adducitur quod petere debitum cum aperto periculo effusionis seminis extra vas naturale, est peccatum mortale. t. 2. tr. 6. r. 193. §. 4. ante medium, vers. Confirmatur. p. 450
An tactus, oscula, aspectus, & verba impudica sint licita inter coniugatos, etiam si ex illis prævideatur sequutura distillatio, aut membrorum servientium generationi commotio? t. 2. tr. 6. r. 194. p. 450
Quidam vir in absentia coniugis sæpius habuit delectationem de actu coniugii præterito, & etiam futuro, ac si actu præsens esset, sine tamen aliquo periculo pollutionis; Confessarius obligavit illum ad explicandum numerum prædictarum delectationum, quæsivit postea à me, an vere in illis delectationibus peccaverit mortaliter. t. 2. tr. 6. r. 195. & in aliis eius not. p. 450
Et quid, si ex tali delectatione procedat aliqua commotio, & alteratio in partibus pudendis absque periculo tamen pollutionis? ibid. in fine §. 2. p. 451
Et deducitur quod in viduis esset lethale delectari de copula præterita, quasi tunc esset præsens. ibid. in fine §. 1. & in princ. §. 3. &c.
Sed maior difficultas supereſt, an coniux possit absque gravi peccato seipsum tangere ex voluptate carnali, non referendo ad copulam? t. 2. tr. 6. resol. 196. §. 4. & in aliis eius not. p. 452
Et an coniuges non peccent mortaliter, qui libere possunt actum carnalem exercere, si huiusmodi tactus circa se, vel compartem exerceant, ad sedandas carnis tentationes quamvis actum coniugalem non intendant? ibid. §. 6
Et notatur delectationem morosam de actu coniugii non esse moraliter illicitam coniugatis, etiam quoties copula coniugibus est illicita, vel ob circunstantiam extrinsecam, vel ob periculum sanitatis, vel abortus, &c. ibidem §. 7. &c.
An coniux excusetur à peccato mortali, si voluntarie delectetur

lectetur in commotione sensitiva orta ex imaginatione coniugis absentis? Et supponitur abesse probabile pollutionis periculum. tom.2.tract.6.r.197.& in aliis eius not. pag.453

An sit licita inter coniuges delectatio de copula cogitata ut præsenti, quando ipsa copula est illis interdicta ob aliquam causam? Et in textu huius resolution. adducuntur diversi casus pro praxi dictæ difficultatis. t.2. tr.6. resol.198. p.453

An delectatio coniugis cum fœmina aliena habeat non solum malitiam contra castitatem, sed etiam contra justitiam? t.2. tr.6. r.199. p.454

Et advertitur non esse licitum coniugibus ligatis voto Castitatis delectari de copula legitimè habita, vel habenda: & hoc etiam procedit, si coniux emiserit votum Castitatis absque consensu alterius coniugis, ratione cuius non deobligatur à debiti redditione. ibidem §.4 &c.

An coniuges utendo copula causa voluptatis peccent venialiter? t.2. tr.6. r.200. p.454

Et notatur non esse peccatum neque veniale contrahere matrimonium ob pulchritudinem, vel divitias? ibidem, §.3

An qui reddit debitum postulanti illud ex sola voluptate an similiter peccet? tomo secundo, tract.6. resolution.201. pag.455

Et colligitur coniugatos peccare venialiter, quando cibis calidis, aut unguentis, oleis, musco, & aliis medicamentis utuntur ad excitandam, & magis accendendam voluptatem. ibid. §.13. in fine. p.456

An actus coniugalis factus solum ad evitandam continentiam eius, qui petit debitum, seu propriam fornicationem vitandam, sit culpa venialis? ibid. §.17

Et quid in casu, quo petens debitum carnis molestiis non vexetur? ibid. §.19

Aliqua notabilia circa copulam coniugalem. Primo, an incitantes amentes ad copulam peccent mortaliter? Et quomodo teneantur hanc circunstantiam confiteri? tom.2.tr.6.r.202.p.457

Et quid maxime de incitante amentem habentem votum Castitatis? ibid. §.2

An quando aliquis accedit ad suam uxorem imaginatur fœminam pulchram, quo ardentius actum coniugalem exerceat, peccet mortaliter? Idem est de aspectu picturæ in illum finem. ibid. §.8. & 9. p.458

An coniuges peccent etiam venialiter, si actum matrimonialem exerceant causa vitandæ fornicationis? tom.2. tr.6. resol.203. p.458

Et quo infertur, quod qui matrimonium ineunt causa vitandæ fornicationis, sive sint senes, sive juvenes non peccare venialiter. ibidem. §. ult.

An coniuges peccent venialiter, si exerceant actum coniugalem causa valetudinis conservandæ? tom.2. tr.6. resol.204. pag.458

Et quid, si occurrerit aliud medium accommodatum pro conservanda valetudine? ibid. §.3

An coniuges etiam sine peccato veniali, ne seminatio noceat saluti, vel ob aliam justam causam possint cœptam copulam abrumpere? Et an hoc non sit peccatum mortale, si coniuges etiam consentiant? tom.2. tr.6. r.205. & in aliis eius not. p.459

Et an cessante in utroque coniuge pollutionis periculo, non peccet mortaliter maritus, si cœptam copulam ante seminationem abrumpat, ne proles generetur, modo id faciat uxore consentiente, aut non rationabiliter invita, dummodo mulier etiam non seminet, alioquin maritus seminare debet, ne alterius semen frustra effundatur? ibid. à lin.3. §.2

An vir debilis, vel infirmus possit sine peccato mortali incipere copulam cum uxore in vase legitimo, & non effundere? tomo secundo, tractatu sexto, resolut.206. pagina 459

Quidam inchoabat copulam cum uxore, & postea ob morbi periculum ex eius consensu se retrahebat, verum ex hoc aliquando sequebatur pollutio, quæsitum à me fuit, an talis actus esset licitus? tom.2. tract.6. resol.207. pag.459

An propter notabile damnum salutis corporeæ possit coniux negare debitum petenti, etiam si in illo ad sit periculum incontinentiæ? tomo secundo, tract.6. resol.208. pag.460

Et an propter Ordinarios dolores, quos fœminæ in partu solent pati, possint maritis negare debitum? ibidem in fine §.3

Et an possit negari debitum coniugi ebrio? Idem est de coniuge amente, & furioso dum tales sunt. ibidem. §. ult. &c.

Et quid tamen, si periculum sit, quod ebrius extra ebrietatem, aut furiosus extra furorem effundat semen, vel in aliud incontinentiæ peccatum elabatur; an teneatur alter coniux in ipsa ebrietate, & furore reddere debitum? ibidem in eodem §. ult.

An licitum sit coniugibus non absolvere copulam, sed illam incipere delectationis causa, dummodo non subsit periculum pollutionis alterius coniugis, & uxor inchoata copula contenta sit? tom.2. tract.6. resol.209. pag.460

An uxor, vel quæcumque alia fœmina statim post copulam se invertens ut semen emittat, ne concipiat, & generet, peccatum mortiferum committat, ex natura sua, nisi aliqua causa rationabilis excuset. ibid.

An coniux sanus teneatur reddere debitum coniugi amenti, si iste ad aliam accessurus sit vel se polluturus sit? t.2. tr.6. r.210. p.461

Et notatur uxorem rationis compotem posse à viro insano debitum petere? Et quid, si adsit periculum, quod insanus extra vas seminet? ibid. §.4. &c.

Et advertitur, quod quando ambo coniuges sunt amentes esse separandos, ne carnaliter coniungantur? Et an peccet mortaliter, qui eos ad copulam incitaret? ibidem. §.5. &c.

Et docetur, si uterque coniux ebrius est licere concubitum inter illos, cuius contrarium dictum est de amentibus. ibid. §. ult. ad medium. p.462

An si vir sit sanæ mentis, sit licitus usus coniugii cum uxore amente etiam cum periculo abortus? Et quid è contra, si uxor sit sanæ mentis, vel si uxor amens sit sterilis? t.2. tr.6. r.211. p.462

Et deducitur, quod quando fœmina experientia didicit, se nequire prolem vivam edere, tunc licere his coniugibus petere, & reddere debitum, quia melior est puero sic esse, cum culpa originali, & carentia visionis Dei, quam omnino non esse, &c. ibid. §.2

An uxor, & quælibet alia mulier peccet mortaliter mingendo statim post coïtum ad emittendum semen? Idem est, si se erigat, ut semen emittat, ne concipiat. tom.2. tr.6. resol.212. p.463

Et an supradictæ mulieres id facientes peccent contra conscientiam erroneam, si crederent ita mingendo peccare? ibid. in fine resol.

Quidam vir coniugatus, semine intra vas emisso, membrum virile extrahit, manente fœmina valde irritata libidine, quæ postea tactibus se excitando seminat, quæritur, an ita faciens peccet mortaliter? tom.2. tr.6. resol.213. pag.463

An sit licitum viro postquam seminavit, & retraxit membrum à vulva tangere pudenda uxoris, ut ipsa seminet? Idem dici debetur de tactu membri genitalis ante os vulvæ suæ uxoris ad hoc ut seminet? tom.2. tr.6. resol.215. pag.464

An fœmina satisfacit suæ obligationi, si viro exigenti debitum præstet usum sui corporis, vertens tamen animum ad alia, ne natura excitetur? ibidem in fine, §.3

An unus ex coniugibus, si potest & non expectat alterius seminationem, committat peccatum mortale? t. 2. tr. 6. resol. 216. pag. 465

Ex quo deducitur, non esse reum culpæ mortalis virum tactibus irritantem uxorem, ad venerem scientem ob id præmaturius fœminam seminare. ibid. in fine §. 2

Et docetur, quod sterilis, quæ certo novit se non seminaturam, potest actum coniugalem exercere, tam petendo, quam reddendo. ibidem §. tertio, ante medium. vers. Sterilis.

Ex quibus infertur decisio illius dubii, scilicet, quando matrimonium dicatur consummatum? ibidem prope finem resol. &c.

An vir possit irritare omnia vota uxoris? tom. 2. tract. 6. resol. 217. pag. 466

Et an possit maritus irritare votum, quod fecit uxor de opere faciendo tempore soluti matrimonii si maritus moriatur, & ideo possit irritare votum uxoris de ingredienda Religione post mortem mariti? ibidem. §. 3. ante medium. &c.

Item, an possit irritare vota, quæ fecit uxor ante matrimonium? ibidem.

An vir possit irritare votum Castitatis de eius licentia emissum ab uxore, ita ut non solum possit petere debitum, sed defuncto marito aliud matrimonium inire? Ex quo sequitur, mulierem voventem non inire aliud matrimonium, si marito supersit, esse omnino liberam, si maritus tale votum irritet. tomo secundo, tract. 6. resol. 218. pag. 466

An vir possit irritare votum ingrediendi Religionem ante consummatum matrimonium emissum? ibidem, inter medium, & fin. §. 1

Et notatur virum non posse irritare absolute vota uxoris ante matrimonium emissa, sed solum suspendere executionem. ibid. §. 2. &c.

Et negatur virum posse irritare, si mutuo consensu cum uxore Castitatem voverint, ita ut simul renunciauerint juri petendi. ibid. §. 4. p. 467

An quando uterque coniux ex communi consensu Castitatem vovit, possit propter periculum incontinentiæ Episcopus dispensare, ut petant, & reddant debitum? t. 2. tr. 6. r. 219. & in aliis eius not. 1. p. 467

Et notatur commutationem huius voti in tali casu non posse fieri virtute Bullæ Cruciatæ, quod idem dicendum est de privilegiis Regularium. ibidem post medium §. 1. &c.

Etiamque quæritur, an Episcopus possit dispensare in voto Castitatis absolute emisso post contractum matrimonium ante consummationem. ibid. à lin. 5. §. 1. &c.

An coniuges, qui communi consensu votum Religionis emiserunt post contractum matrimonium, peccent mortaliter prima vice consummando? tomo secundo, tract. 6. resol. 220. p. 467

Et quid, si unusquisque voveat Religionem dependenter ab alterius in Religionem ingressu; an peccent matrimonium consummando? ibid. §. 3. p. 468

Et quid est faciendum, si unusquisque voveat Religionem, non quidem dependenter ab alterius in Religionem ingressu, sed dependenter ab eius voto, eo quod promiserit Religionem ingredi, si alius similem præstiterit promissionem, promissione ab utroque facta; an quilibet teneatur Religionem ingredi, esto alius non ingrediatur? ibid. §. 3. ante medium.

An qui castitatem vovit, divortio legitimo facto, possit coniugi adulteræ reconciliari? ibid. §. 5. &c.

An vir consentiens, ut uxor Religionem ingrediatur, ipse enim etiam ingredi debeat, & an sufficiat, ut sumat habitum Equitum D. Ioannis? tom. 2. tract. 6. resol. 221. pag. 468

Et in prædicto casu an liceat etiam fœminis Monasterium S. Iacobi ingredi, & in eodem Ordine profiteri, & ita satisfaciat suæ obligationi? ibid. sub finem res. &c.

An mulier quinquagenaria dicatur senex, ut vir possit profiteri Religionem, remanente illa in sæculo cum voto castitatis? tomo secundo, tractatu sexto, resol. 221. pagina. 468

Et notatur, quod ad Episcopum spectat despicere, utrum uxor in his casibus extra incontinentiæ periculum existat. Et an dicta licentia adhibenda sit ex præcepti necessitate vel ex consuetudine? ibidem §. sexto, pagina 469

Et an ingrediente uxore in Religionem, possit vir senex remanere in sæculo cum voto Castitatis perpetuæ? ibidem, §. 8

Et docetur, virum ut manens in sæculo dicatur provectæ ætatis sexagenarium esse debere, vel eam ætatem, quæ ex prava valetudine illi ætati respondeat. ibidem, in fine resolution.

An possit maritus tuta conscientia interficere uxorem in adulterio deprehensam? tom. 2. tract. 6. resol. 223. & in aliis eius not. pag. 469

An propter adulterium occultum valeat quis, seclusoscandalo, uxorem in foro conscientiæ dimittere? t. 2. tr. 6. resol. 224. p. 470

Et an si uterque coniux sit reus adulterii, neuter possit ab alio divertere. Et quid, si unius crimen sit publicum, & alterius occultum? Et an si innocens post factum divortium commisit adulterium, teneatur alterum coniugem emendatum iterum ad thorum admittere, & ad instantiam alterius? ibidem. §. quarto, per totum, &c.

Et quid dicendum si omitterentur *Gloria*, *Credo*, *Hanc igitur*, & *Communicantes*, vel in Canone pauciora verba, aut preces, infrà dicetur.
An in Feria V. Hebdomadæ sanctæ possint Sacerdotes Missam privatam dicere in aliquo Oratorio, etiam post dictam Missam solemnem? tom. 2. tract. 1. resolutione 73. pag. 37
Et aliqua alia curiosa circa celebrationem Missæ hujus diei, & Sabbathi sancti invenies in textu hujus resolutionis maximè si in dictis diebus incidat Festum Annunciationis, vel alterius Sancti solemnis.
An si Festum Annunciationis veniat in die Sabbathi sancti majoris Hebdomadæ, sint in illa die celebrandæ plures Missæ in Ecclesiis? Et quænam Missa dicenda sit in illa die? t. 2. tr. 1. res. 74. per tot. & in aliis ejus notationum. pag. 39
Supposita opinione probabili, quod in Sabbatho sancto possit à quolibet Sacerdote, secluso scandalo in aliquo Sacello dici Missa privata, an dicenda sit Missa Resurrectionis cum Vesperis? tom. 2. tr. 1. res. 75. & in aliis ejus not. pag. 39
Et discutiuntur omnes difficultates, quæ contingere possunt in prædicto casu circa Introitum, Prophetias, *Credo*, & alia, etiamsi Festum Annunciationis inciderit in dicta die. ibid.

Et

Et obiter docetur, quod si in Sabbatho inciderit Festum Annunciationis, & quis audierit Missam dicti Sabbathi, ut satisfaciat præcepto, tenetur audire Vesperas, secus autem peccavit venialiter. ibid. §.7. p.40
An licitum sit Regularibus in Festis duplicibus dicere Missas votivas cum *Gloria in excelsis Deo?* tom.2. tr.1. resol.76. pag.41
Et an sit licitum Regularibus in Festis duplicibus Missas votivas Spiritus sancti, B. Virginis Mariæ, vel defunctorum celebrare? ibid. ad med. res.
Utrum Sacerdos, qui in diebus Dominicis, vel in aliis Festis duplicibus celebrat aliam Missam votivam, v.g. vel de Requie, &c. peccet mortaliter? tom.2. tr.1. resol.77. pag.41
An Sacerdos obligatus dicere Missas D. Gregorii teneatur illas dicere sine interruptione, & omnes de Requie? t.2. tr.1. r.78. p.41
An sit laudabile, Missam Defunctorum, & officium sibi applicari, decantari, & exequias celebrare, quasi ipse mortuus sit? t.2. tr.1. r.79. p.42
An Missa Regularibus concessa possit ab aliis dici in ipsorummet Regularium Ecclesiis? t.2. tr.1. res.80. & in aliis ejus not. latissimè.
Et quid de Missa Sanctissimi Rosarii? ibid. ad medium dictæ resolutionis.
An in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, quando casus occurrit, debeant cantari duæ Missæ, una de Festo post Tertiam, alia de Feria post Nonam; & an Ecclesiæ Regularium dicantur Collegiatæ? tom.2. tract.1. resolutione 83. pag.44
Et an in Ecclesiis Regularium duæ Missæ sint cantandæ, occurrenti supradicto casu? ibid. ad med. & in resolutione 85. §.1. pag.45
Et cursim advertitur, quod Prælatis Ecclesiarum Cathedralium, Collegiatarum, & Conventualium obligatio incumbit, ut in talibus Ecclesiis quotidie saltem unam Missam celebrari curent. ibidem sub finem resolutionis 83. pag.44
An in Collegiatis, & Cathedralibus Ecclesiis possit aliquando sine peccato mortali Missa solemnis relinqui? t.2. tr.1. res.84. p.44
An relinquere Missam solemnem in nostris Ecclesiis diebus festivis sit peccatum mortale? Ubi multa discutiuntur de vi consuetudinis? t.2. tr.1. resolut.86.87. pag.45. & 46
An admodum PP. RR. Olivetani commorantes in Abbatia Vivoldanæ, teneantur singuli ad diurnam Missarum celebrationem? t.2. tr.1. r.88. p.47
Et an Generalis possit eis præcipere hanc diurnam celebrationem? Ex quo sequitur, quod Generalis non potest præcipere Religiosis subditis, quæ sunt absolutè extra Regulam, sed quæ expressè, vel tacitè in ea continentur. ibid. §.2. ad med.
Et ad confirmandam doctrinam prædictarum quæstionum, docetur, quod usus, observantia, praxis, atque consuetudo, leges, & statuta interpretantur. ibidem §.5. & 6. & latissimè in plurimis aliis eorum notationum. pag.48
An licitum sit celebrare Missam in Altari, in quo Episcopus celebravit eo die absque ejus licentia? t.2. tr.1. resol.89. pag.49
Et an Canon, & præceptum circa hoc sit in usu; vel contraria consuetudine sit abrogatum, & ideo non obliget. ibid. in fine §.1. & seqq.
An Sacerdos possit dicere Missam ante Matutini officii celebrationem? t.2. tr.1. res.90. p.49
An Sacerdotes possint aliquando eodem die plures Missas celebrare? t.2. tr.1. res.91. p.49
Et pro praxi dictæ quæstionis septem casus in textu hujus resolutionis assignantur; sed aliqui eorum abierunt in desuetudinem. ibid. §.1
An quando Parochus possit celebrare duas Missas possit etiam hoc facere non solum in diebus Festivis, sed etiam in diebus Ferialibus? Et notatur quod quando dicitur posse bis celebrare, intelligitur etiam ter, aut sæpius, si toties occurrat necessitas eodem die. t.2. tr.1. resolutione 92. pag.50
Et advertitur, quod in prædictis casibus requiritur, quod Sacerdos, vel Parochus ita celebrans sit semper jejunus, hoc est, quod in prima Missa non recipiat ablutionem, sed solum Corpus, & Sanguinem, & aliter non poterit dicere secundam, vel tertiam Missam. ibid.
Sed quid est faciendum in Feria sexta Paraseves, si inadvertenter Parochus, qui in Feria quinta Cœnæ Domini debebat servare in una Parochia SS. Sacramentum, & reservavit illud in duabus Parochiis? ibid. ad medium resolutionis.
Et an si accidat casus, quo antequam Sacerdos sumat ablutiones; scit gentium multitudinem tunc ex itinere advenisse, sitque dies festus, & non sit alius Sacerdos, an possit iterum celebrare? ibid.
Item an sit licitum, ubi est raritas Sacerdotum, & magna frequentia populi; ut est in India, eodem die plures Missas celebrare; quando Sacerdos non potest una celebratione satisfacere toti populo? ibid.
Item ad communicandum moribundum infirmum morti vicinum; & ubi est consuetudo, ut defunctus sine Sacrificio non sepeliatur, possit Sacerdos post primam Missam, secundam celebrare? ibid. in fine res.
Quomodo Sacerdos debeat celebrare in Feria quinta Hebdomadæ sanctæ, si duas Parochias, & Ecclesias habeat? t.2. tr.1. res.93. p.51
Et an quando Parochus duas Missas dicere tenetur, debeat petere licentiam ab Episcopo? ibid. §.7. p.52
An licitum sit Sacerdoti cœptam Missam inchoari, si superveniat vir illustris, qui id petat, & alius Sacerdos non adsit, qui celebret? Idem est de supervenientibus Marchione, Comite, Cardinali, Episcopo, etiam pro diebus Ferialibus, & personis minus Illustribus? t.2. tr.1. res.94.95. p.52. & 53
Et an hoc fieri possit dicto Evangelio, imo usque ad oblationem exclusivè? ibid. in fine §. secundi, dictæ resol.95. pag.54
Et non approbatur id, quod aliqui Sacerdotes faciunt, addendo tempus meditandi non assignato in Rubricis Missalis; quia novam cæremoniam, & cultum peculiarem addunt, ab Ecclesia non præscriptum? ibidem §. ultimo.
An qui in die Nativitatis Domini facit officium Diaconi, & sumit Eucharistiam de manu celebrantis, possit postea dicere saltem duas Missas? tom.2. tract.1. resolutione 96. pag.54
Et notatur, quod Cardinalis, qui in Sacello Pontificio dicit Missam Nativitatis Domini ante mediam noctem, non potest postea dicere mane alias duas Missas. Est satis curiosus casus. ibid.
Et aliud novum dubium rejicitur, scilicet, an ex eo, quod Sacrificium possit sufficere pluribus, Sacerdos satisfaciat unico Missæ Sacrificio pro multis obolis, vel aliis similibus oblatis cum onere celebrandi, ablato nomine stipendii, & mutato in oblatione, &c. ibidem §.6. pag.55
An in nocte Nativitatis Domini Sacerdos nolens celebrare omnes tres Missas, sed unam tantum, possit relinquere primam Missam, & dicere secundam, & si placuerit tertiam? Eadem est ratio, si Sacerdos unam Missam vellet celebrare in die. t.2. tr.1. r.97. p.55
An Sacerdos in nocte Nativitatis Domini possit tres Missas ante auroram celebrare? t.2. tract.1. resol.98. 99. pag.55. & 56
Et author à quadam impugnatione defenditur in dicta res.99. quod nimis gratum erit Lectoribus.
Vbi docetur non esse peccatum mortale asserendum, nisi adsit veritas clara, & præceptum clarum.

An saltem Parochus in die Nativitatis Domini teneatur tres Missas celebrare? Et an nullus alius Sacerdos in illa die tenetur tres Missas dicere? t. 2. tr. 1. resol. 100. §. 1. & 2. pag. 58.

Sacerdos in qua hora possit incipere Missam? tom. 2. tr. 1. resolut. 101. pag. 58

Et infertur Religiosos, quibus ex privilegio concessum est per horam ante diem celebrare, posse etiam per tres horas ante ortum Solis Missas dicere? ibid. §. 3. &c.

Et an etiam Regulares possint illico post Matutinum, aut post duas horas mediæ noctis celebrare ex privilegiis? ibid. in fine §. 3. &c.

Et an pro infirmo communicando liceat celebrare etiam media nocte? ibid. in fine §. ult. &c.

An Regulares, qui inter se habent communicationem privilegiorum possint transacta media nocte post duas horas celebrare Missam? t. 2. tr. 1. r. 102. p. 58

Sed difficultas est an Regulares hodie possint uti privilegio concesso ab Alexandro VI. super hoc, vel sit revocatum per Concilium Trid. & Bullam Pij V.? ibidem §. 2. pag. 59

Dato, & non concesso dictum privilegium Alexandri VI. fuisse revocatum à Concilio Trid. an hodie possint Regulares saltem ex privilegio Pij V. concessum post Tridentinum celebrare tribus horis ante ortum Solis? tom. 2. tractat. 1. resolution. 103. & in aliis aliis ejus not. pag. 59

Et quid post meridiem? An etiam post duas horas post meridiem, imo usque ad tres horas celebrare possint? ibidem in fine §. 2. pag. 60

Et an quilibet Sacerdos possit ad tres horas post meridiem celebrare ad dandum Viaticum moribundo? ibidem prope finem §. 3. &c.

Et an in hoc casu sit necessaria licentia Episcopi, si adsit? ibidem in fine §. 3

Et notatur non esse peccatum mortale celebrare Missam usque ad horam nonam. ibidem §. ult. &c.

Sacerdos in qua hora possit finire Missam? tomo 2. tractat. 1. resolutionem 104. & in aliis plurimis ejus not. pag. 60

Et cursim notatur Sacerdotem Festo die, ratione itineris impeditum posse Missam incipere una hora post meridiem. ibidem.

An in prohibitione celebrandi post meridiem detur parvitas materiæ? t. 2. tr. 1. r. 107. p. 61

An possit Sacerdos incipere Missam una hora integra post meridiem sine privilegio, & causa? tom. 2. tract. 1. resolut. 108. pag. 62

Et an in solemni Festo, quando Officium finitur ad horam secundam, in ea possit Missa inchoari, ut populus, vel pars populi audiat in illa hora Missam? t. 2. tr. 1. r. 106. ante medium. vers. No hablamos, p. 61

An in funere Regis, aut Principis possit Missa incipi ante meridiem & protrahi usque ad vesperam, vel Nonam, si actus Ordinis ante meridiem cœptus est, eademque ratio est in Sabbatho Sancto. ibid. §. 3

An ratione itineris aut alterius necessitatis possit inchoari Missa à quolibet Sacerdote una hora post meridiem. ibidem, in fine dicti §. 3

Et quid de alio privilegio Leonis X. concesso Regularibus dicendi Missam statim post mediam noctem? tomo 2. tractat. 1 res. 110. §. 5. à lin. 5. vers. Ergo. pag. 63

Quomodo tempus mediæ noctis in præceptis Ecclesiasticis sumendum sit? Quod facit pro jejunio naturali circa Missæ celebrationem. tomo secundo, tract. primo resolution. 111. pag. 65

An si sonuerit unum Horologium, possit quis comedere in media nocte, donec aliud sonuerit, & die sequenti celebrare, vel communicare? tom. 2. tract. 1. resolution. 112. & 113. pag. 65. & 66

Et si tantum unum sit horologium, ubi cœpit sonare duodecima hora, & aliquis biberit, licet quando sonuerit ultimus pulsus desiisset bibere non potetit die sequenti celebrare, vel communicare. ibidem §. 3. dictæ res. 112. & in aliis ejus notation. signanter in resolution. 114. pag. 66

Ex quo infertur, quod qui buccellam habet masticans, & audit primum pulsum horæ duodecimæ noctis, tenetur in continenti de ore eijcere buccellam, si die sequenti velit Missam dicere, vel Eucharistiam sumere. ibid. ad medium. §. 3. r. 112. p. 66

An qui post pulsum primum horæ quadrantis, ubi solent pulsare ante horas, seu pulsus majores in media nocte biberet, aut comederet possit mane Missam celebrare, aut Communionem sumere? tom. 2. tract. 1. resol. 114. §. 2. ad medium, pag. 66

An Sacerdos, qui noctu misit propter distillationem capitis, vel ad raucedinem faucium leniendam saccharum in os paulatim deglutiendum, si illud duraret post mediam noctem, & dubitat, an reliquas partes illius in stomachum trajecerit, possit Missam celebrare, aut Eucharistiam sumere? tomo 2. tractatu primo, resolution. 115. 116. & 117. p. 67. & 68

Ex quo infertur, an qui casu traijcit aliquid reliquiarum in dentibus ex cibo cœnæ præcedentis relictarum censeatur jejunium frangere pro communione, vel Missæ Celebratione? ibidem ad medium §. primi, resolutionis 117. &c.

Utrum Sacerdos, qui mane solet deglutire aliquid ex propriis unguibus, vel papiri, &c. possit celebrare Missam? t. 2. tr. 1. r. 118. p. 68

Ex quo deducitur mulierem terram, aut simile comedentem, sive illud comedat ob delectationem, quod est comedere per modum cibi, sive comedat, ut colorem minuat, quod est comedere per modum medicinæ, non posse post istorum sumptionem sumere Eucharistiam. ibidem in fine resol. &c.

An si quis mane deglutiat chartam, cretam, frustulum ligni, aut quid simile non comestibile, possit celebrare, aut sacram Eucharistiam sumere? tom. 2. tract. 1. resolution. 119. pag. 68

An sumptio Tabachi in folio, pulvere, & fumo impediat communionem, & celebrationem Missæ? t. 2. tr. 1. resol. 120. & in aliis ejus not. p. 69

Et infertur, quod si quis per nares aliquantulum aquæ, vel similia sumat, non frangit jejunium naturale. ibid. §. 3. ad fin. 6. &c.

Et an si quid per modum respirationis attrahit, quod possit nutrire, v. g. vaporem aliqualem, etiam in quantitate, quæ sufficiat ad aliquam nutritionem, an hoc impediat celebrationem Missæ, aut Eucharistiam sumere? ibidem.

Et quid, si quis granum aliquod parvum in os sumeret masticandum pro confortatione capitis, sine intentione comedendi, si casu in stomachum descenderet, ibidem, §. 5. paulo post initium. p. 70

Et an si quis deglutiret in magna quantitate nummos aureos, vel aliquid de plumbo, de ossiculis aliquorum fructuum, de fragmentis metallorum, de vitro, de lapillulis, ligno duriori, & similibus, violet naturale jejunium? ibid. post medium dicti §. 5. à vers. Quod si quis deglutiret, &c.

An sumere Tabachum in Ecclesia sit peccatum mortale? tom. 2. tr. 1. res. 122. pag. 71

Et quid si sumatur Romæ in Ecclesia D. Petri, & ejus porticu, & Hispaniæ, si sumatur in civitate, & Diœcesi Hispalensi, stantibus prohibitionibus Innocentij X. & Vrbani VIII. ibidem à lin. 2. §. 1

Num dubitans, an aliquid cibi, vel potus sumpserit, possit Missam celebrare, vel communicare? t. 2. tr. 1. resolution. 123. pag. 72.

Et quoties quis dubitat, an hora duodecima sonuerit, comedit, bibit, vel aut os abluendo dubitat, an aliquam gut tam deglutierit, ut in utramque partem inclinare possit,

possit, si deponat dubium practicum possit celebrare, & Eucharistiam sumere? ibid. §. 2. à lin. 4. & in aliis ejus notationum.

An reliquiæ præcedentis diei, quæ hærent inter dentes, si sponte, voluntarie, & ex industria deglutiantur, impediant Communionem, & Missæ celebrationem? tomo secundo, tract. 1. resolut. 124. & in aliis ejus not. pag. 73

Et quid, si reliquia cibi, sit magna, & notabilis, etiam si casu deglutiatur? ibid. §. secundo, post medium, à vers. Por.

Et quid, si per modum respirationis aliquid quis attrahat, etiam si possit nutrire, vel alterare, ut musca, vel quid simile, an impediat celebrationem Missæ? ibidem §. ultimo.

Et cursim advertitur, quod si Sacerdos advertit se non esse jejunum, potest pergere in Sacrificio, licet advertat ante consecrationem. t. 2. tr. 1. res. 125. §. ult. & in aliis ejus not. pag. 74

An in jejunio pro Missa celebranda, vel Communione sumenda detur parvitas materiæ? t. 2. tr. 1. r. 126. & in aliis ejus not. pag. 74

An si musca, aut aliquid minimum casu intravit in os apertum obstet Missæ celebrationi, vel Communioni? ibidem §. tertio.

An particula consecrata frangat jejunium naturale? t. 2. tr. 1. res. 128. p. 75

Et obiter docetur nulli, etiam si Sacerdos sit, extra celebrationem licere in die bis communicare. ibidem ad lin. 3. §. primi.

Et advertitur, quod prohibitum est Sacerdoti sacrificanti de Sacrificio non participare, modo jejunus sit. ibid. §. 2. propè fin. vers. Cum prohibitum sit.

Etiamque notatur Sacerdotem non jejunum posse sacrificare ad dandum viaticum moribundo; & in dicto casu posse etiam consecrare non in azimo, sed in fermentato, si panis azimus non adsit, & sine aliquibus vestibus ad hoc ministerium assignatis, & quamvis vestes, & vasa non sint benedicta, aut consecrata. ibid. §. ult. & in plurimis aliis ejus not. latè.

An pro evitando mortis periculo possit quis celebrare non jejunus? t. 2. tr. 1. res. 129. p. 76

Ex quo deducitur, quod si excommunicatus etiam nominatim denunciatus ad fugiendum mortis periculum celebrat, non peccat. ibid. in fine.

Et notatur, quod in tribus casibus præcipuè Sacerdotes possunt non jejuni sumere Eucharistiam, & illam consecrare. Primo propter integritatem Sacrificii, ut quando Sacerdos aquam pro vino in Calice posuit, & illam postea post sumptionem Hostiæ assumpsit; tunc enim, vel debet de novo consecrare Hostiam, & Calicem, vel saltem Sanguinem, propter integritatem Sacrificii? t. 2. tr. 1. res. 130. §. 3. p. 76

Secundò, quando post assumptionem Calicis, & ejus ablutionem vidit Reliquias Hostiæ in Patena, vel Corporali, tunc licet Sacerdoti sumere illas Reliquias. Et hoc intelligendum est de Reliquiis Hostiæ à se consecratæ, etiam si sint parvæ, vel magnæ quantitatis; secus vero de Reliquiis ab alio Sacerdote in altera Missa consecratis. ibid. §. 4. per tot. & in aliis ejus annotationum. pag. 77

Tertiò, quando celebrans post consecrationem recordatur se non esse jejunum; vel si post consecrationem Hostiæ Sacerdos deficiat, si adsit alius Sacerdos non jejunus debet Sacrificium illud perficere, & communicare, dummodo alius Sacerdos jejunus ibi non adsit. ibid. §. 5. & in aliis ejus not.

An Sacerdos, qui prius Missam celebravit, possit non jejunus aliam Missam in eodem die celebrare ad dandum Viaticum infirmo. t. 2. tr. 1. res. 133. & in aliis multis ejus not. pag. 78

Et an pro dando Viatico infirmo moribundo possit Sacerdos inchoare Missam post meridiem usque ad Nonam, & ante auroram, imo statim post mediam noctem potest Missa celebrari ex eadem causa. ibidem §. 4. & 5. pag. 78

An Sacerdos non jejunus possit in articulo mortis celebrare, ut se communicet? tom. 2. tractat. 1. resolutione 134. pag. 79

Et cursim docetur, quod præceptum divinum prævalere debet Ecclesiastico, quando utrumque in eadem persona cadit. ibid. propè fin. §. 1

Et notatur, quod necessitas dandi Viaticum moribundo sufficit, ut Sacerdos, si non habeat copiam Confessarii possit sine confessione celebrare. ibid. §. 2

Et an hæc sententia procedat etiam quoad Sacerdotem excommunicatum? ibid. ante med. dicti §.

An pro communicando infirmo periclitante, liceat in mari, vel flumine celebrare Missam; & an hoc etiam sit licitum in diebus festivis? tom. 2. tract. 1. resolutione 135. pag. 79

Et docetur per nullum inferiorem Papa ob quamcumque necessitatem posse concedi facultatem celebrandi in navi existente in mari, aut flumine? ibidem §. quarto. pag. 80

Sed licet in navigiis deferre sacram Eucharistiam, quia id minus difficultatis habet. ibid. §. 5

An Sacerdos pro audienda confessione moribundi possit relinquere Missam inchoatam, etiam post consecrationem? t. 2. tr. 1. res. 136. p. 80

An Sacerdos non omnino cœcus, si possit videre Calicem, & Hostiam, licitum sit celebrare, non obstante, quod non possit legere, si memoriter sciret Missam de Requie, vel de B. Virgine? tom. 2. tract. 1. resolutione 137. pag. 80

Et an cum supradicto Sacerdote sic celebrante assistere debeat Diaconus, vel alius Sacerdos, ut illum adjuvet ad colligenda fragmenta ex Hostia super Patenam, vel Corporale relicta. ibid. §. 2. & 3

An Sacerdos cœcus possit valide consecrare? Et advertitur cœcum, qui sine Pontificia dispensatione consecraret, graviter peccaret. Et an possit cum illo fieri talis dispensatio? tomo secundo, tract. 1. resolut. 138. per totam. pag. 81

An Sacerdos possit celebrare capite cooperto ex aliqua infirmitate? Et advertitur facultatem dispensandi, ut celebretur capite cooperto ad Summum Pontificem spectare? t. 2. tr. 1. res. 139. p. 81

De quibusdam defectibus corporis in ordine ad celebrandum Missam, verbi gratia, quidam Sacerdos Missam celebrando non potest, quando se signat signo Crucis manu tangere frontem, neque sumere Eucharistiam manu dextera, sed tantum sinistra, quæritur, an isti defectus inducant irregularitatem, ut absque dispensatione celebrare non possit? tom. 2. tract. 1. resolut. 140. pag. 81

Et docetur, quod Rubricæ Missalis non omnes sunt, præceptivæ, sed aliquæ sunt directivæ tantum; & explanatur, quales obligent ad mortale, & quales non. ibid. §. 6. & in aliis ejus not.

An secluso scandalo, & contemptu liceat sine causa celebrare extra Ecclesiam, & locum sacrum? vel peccet mortaliter? t. 2. tr. 1. res. 141. 142. p. 82

Et additur, quod præter peccatum mortale nullam tamen pœnam suspensionis, vel interdicti ipso jure incurrant hujusmodi violatores. ibid. §. ult.

An Sacerdos Missam novam celebrans possit se in medio Altaris ad populum vertere, & oblationes ab ipso sponte factas accipere? Sed non debet tamen circuire Ecclesiam. t. 2. tr. 1. res. 143. p. 83

An usus Missarum siccarum sit licitus? tom. 2. tractat. 1. resolut. 144. pag. 83

Et an Episcopus in aliena Diœcesi possit celebrare Missam solemnem cum Paramentis Pontificalibus? ib. §. ult. &c.

An

An Sacerdos celebrans Missam cum voluntaria distractione peccet mortaliter? Sed major difficultas est, si Sacerdos cum voluntaria distractione recitat Canonem? tom. 2. tr. 1. res. 145. & ex consequentia in aliis multis ejus not. p. 84

An Sacerdos Religiosus possit extra Conventum Missas dicere, quas tenetur solvere ipsemet Conventus, & postea in ipso Conventu resarcire? ibid. §. ult.

An de Missa sit argumentandum ac de Horarum Canonicarum recitatione? t. 2. tr. 1. r. 146. p. 85. Et est valde curiosa, & docta talis Resolutio.

An prosit Sacrificium Missæ, si applicetur à Sacerdote pro anima existente in Purgatorio, quam vult Deus? t. 2. tr. 1. r. 147. p. 87

Et in §. 2. hujus Res. per totum sunt multi, & alii diversi casus, qui breviter adducuntur pro applicatione Sacrificii, facienda à Sacerdote celebrante.

An si Missa applicetur existenti in peccato mortali, Sacrificium illud reponatur in Thesauro Ecclesiæ, cum non prosit Sacerdoti celebranti illud quoad Satisfactionem ex opere operato? t. 2. tr. 1. r. 148. p. 88

Et an si Sacerdos obliviscatur applicare alteri Missam, illius fructus redeat ad ipsum? ibid. §. 3

Et notatur, quod cum celebratur Missa pro anima Purgatorii, non solum applicandam esse illi satisfactionem, sed etiam impetrationem? ibid. §. 4. p. 89

An Sacerdos celebrans in peccato mortali, peccet tripliciter, nempe quia indigne conficerat, indigne offert, & indigne sumit corpus? t. 2. tr. 3. r. 149. p. 90

Et an saltem peccet duplici peccato, & quia conficit, & quia sumit Sacramentum? ibid. §. 3

Et an etiam Sacerdos celebrans in peccato mortali committat saltem duo peccata; unum videlicet quia celebrat in peccato, alterum quia omisit confessionem illius peccati: & ideo Sacerdos, qui celebrat Missam in peccato, & sacram Eucharistiam non ab ipso consecratam quamplurimis dispensavit, an unum tantum peccatum commiserit? ibid. §. 4. & 5. &c.

An Sacerdos peccet speciali peccato sacrilegii, si non solum sumat Eucharistiam in peccato mortali, sed etiam cum peccato mortali retineat antequam species Sacramentales corrumpantur? t. 2. tr. 1. r. 150. p. 89

Et hæc Resolutio pendet ex illa difficultate, an Sacramentum Eucharistiæ continuo gratiam augeat, quandiu in nobis manet? ibid. §. 1. &c.

Ex quibus concluditur, an Sacerdos, si accipiat Eucharistiam in peccato mortali, sive statim post communionem peccaverit, teneatur sub obligatione peccati mortalis ad contritionem, vel confessionem procurandam antequam species corrumpantur. ibid. §. 7. p. 90

An Sacerdos in peccato mortali celebrans, si antequam species Sacramentales corrumpantur, eliciat actum contritionis, recipiat gratiam ex opere operato Eucharistiæ? t. 2. tr. 1. r. 151. p. 91

Et an Sacerdos recipiens unam partem Hostiæ in peccato, recipiat gratiam Sacramenti, si antequam alteram partem Hostiæ manducet, per contritionem in gratia constituatur? ibid. §. 13. p. 92

Et an si Eucharistia poneretur in stomacho hominis miraculose? sine eo quod intraret per oris manducationem adhuc causet gratiam? ibid. §. 20

An Sacerdos excommunicatus celebrans committat duplex peccatum sciens se teneri vinculo peccati, & censuræ? Et an dictus Sacerdos neque ut duo peccata, neque ut circunstantiam aggravantem ejusmodi circunstantias confiteri teneatur? t. 2. tr. 1. r. 152. p. 92

An Sacrificium Missæ remittat peccata venialia ex opere operato? t. 2. tr. 1. r. 153. p. 93

Et an sit probabile Sacramentalia remittere peccata venialia? ibid. in fine, &c.

An ita stricte requiratur lumen accensum in Sacrificio Missæ, ut sine illo nunquam Sacrificare liceat? Imo additur, quod si lumen extinguatur ante consecrationem, nec haberi possit, relinquenda esset Missa, etiamsi necesse esset consecrare ad dandum Viaticum moribundo? t. 2. tr. 1. r. 154. p. 93

Et an sit peccatum mortale lampadem accensam ante Sacramentum non conservare? Et an si per mediam horam solum, aut aliquid amplius sine lumine existeret Eucharistia peccatum grave committatur? Et quid, si per integrum diem hoc Sacramentum in Ecclesiæ Sacrario sine lumine esset? Et an sit præceptum, ut ante Eucharistiam in Templo semper ardeat? Et docetur, quod extat præceptum de lumine, quando defertur Sacramentum foras, ex causa tamē illud etiā omitti potest. ib. &c.

An Sacerdos in necessitate celebrans cum uno lumine olei, vel adipis peccet mortaliter? tom. 2. tract. 1. resol. 155. & 156. p. 93. & 94

Et notatur, quod celebrare unica candela cerea, ex causa necessitatis, vel igne ardente in oleo, aut sevo, modo scandalum absit sit tantum peccatum veniale. ibid. in utraque Res.

Et advertitur Sacerdotem neque peccare mortaliter, si celebrat Missam in Altari, in quo imago Crucis non existit. ibid. ad medium §. 2. dictæ Res. 155. &c.

An si Minister extinguat candelam à parte Epistolæ ante finitum Evangelium S. Joannis peccet venialiter? t. 2. tract. 1. res. 157. pag. 94

Et cursim docetur preces pro præparatione Missæ non esse dicendas ante Missam de Requie, eo quod omitti debent, quia Psalmi habeant *Gloria Patri*, qui quid solemnitatis, & suavitatis habent. ibid. §. 2

Et an in prædictis Missis de Requie omitti debeant oscula crucis in amictu, stola, & manipulo induendis, tum quia prohibentur in Missa solemni, tum quia non osculatur Sacerdos librum in Missa defunctorum, nec Minister osculatur ampullas, quas celebranti porrigit. ibid. in eodem §.

An Sacerdos peccet mortaliter celebrando Missam sine Ministro, ne careat Missa in die festo, vel pro dando moribundo Viaticum, aut quid aliud simile? tom. 2. tr. 1. res. 158. pag. 94

An possit excusari consuetudo celebrandi Missam absque Ministro, ut in Germaniæ locis? Et supponitur jure Ecclesiastico necessarium esse Ministrum in celebratione Missæ præter Sacerdotem. t. 2. tr. 1. r. 159. p. 95

Et notatur licitum esse Sacerdoti celebrare sine Ministro ad dandum Viaticum moribundo? ibid. §. 3. &c.

Et an Sacerdos possit Missam jam cœptam cum Ministro, prosequi sine illo, quando Minister abiit, & expectatus non venit? ibid. in fine dicti §.

Et an in casibus necessitatis in quibus licitum est sine Ministro celebrare etiamsi adsit fœmina, quæ possit ministrare, potius sit sine Ministro celebrandum, quam utendo fœminæ ministerio, etiam in casu quod vir nesciat respondere, sciat autem ministrare, non potest fœmina respondere, & vir ministrare. ibidem. §. 4. & seqq. & in Res. 160. p. 96

An Sacerdos celebrans Missam, si alium non habeat, possit uti Ministro excommunicato non denunciato? Et quid in gravi necessitate, si talis sit excommunicatus denunciatus, & vitandus? t. 2. tr. 1. r. 161. p. 96

An Sacerdos peccet mortaliter, si in aliquo loco, ubi non adest Missale, celebraret Missam? t. 2. tr. 1. r. 162. p. 96

Et an Sacerdotes, quibus debilis est facultas videndi, si memoria calleant, possint dicere Missas sine Missale? ibid. in fine Res.

An Sacerdos utens Missali Romano possit celebrare juxta Ritum receptum in loco, per quem transiit, etiamsi discrepet à Romano, tam in Ecclesia sæculari, quam Regulari? t. 2. tr. 1. r. 163. p. 96

An Sacerdos in celebrando non observans Rubricas Missalis peccet mortaliter? t. 2. tract. 1. res. 164. & in aliis ejus not. pag. 97

Et

Et quid, si unam, vel alteram Rubricam non observet, aut si in rebus substantialibus deliquerit? ibidem in fine.

An sit peccatum veniale dicere Missam, & manus non abluere? t.2. tr.1. r.165. p.97

Et quid est sentiendum de manuum lotione post Missam? ibidem §. 2

An Sacerdos cum Sacris se induit vestibus peccet mortaliter relinquendo Orationes positas in Missali, quas se induendo Sacerdotes dicere solent? tom. 2. tract. 1. resolution. 166. pag. 97

Et advertitur Regulas Missalis non obligare ad mortale, nisi contineant essentiam, seu quasi essentiam Sacrificii, reliquas vero non esse præcepta, sed consilia, & instructiones. ibid. in fine.

An in casu necessitatis possit Sacerdos celebrare sine stola, manipulo, aut cingulo; vel celebrare in tali casu cum stola, manipulo, aut cingulo non benedictis? Et extra casum necessitatis an semper sit mortalis? t. 2. tract. 1. r. 167. & in aliis eius not. p. 98

Et notatur primo, quantum ad materiam sacrarum vestium, v.g. amictum, & Albam debere esse linea; cæteras vero ex quacumque alia decenti materia, nec multum refert, cujus ea sit coloris. ibid. §. 2. &c.

Secundo advertitur stolam posse deservire pro manipulo, & manipulum pro stola. ibid. §. 3

Tertio, quod si Cingulum perfringatur, & utraque pars sufficiat ad cingendum, utraque est benedicta, & potest deservire celebrationi Missæ. Adde plus quod si Cingulum ita frangatur, ut neutra pars sufficiat ad cingendum, possit Cingulum sic fractum necti, ibidem §. quarto, &c.

Quarto Casulam, Manipulum, & stolam servire ab utraque parte posse, etiam si unica tantum consecratione ab Episcopo sacrata esset, si gemino colore afficerentur ad varios dies festos. ibid. §. 5

Item quod supra dictæ vestes, tunc consecrationis formam amittunt, cum ita scindantur, ut aptæ amplius non sint ad eos usus, ad quos Sacrantur, alioquin formam consecrationis retinent, etiam si aliqua pars quæ sacrata non est, una cum filo prophano assuetur. ibidem in eodem §.

Et infertur, quod alba amittit benedictionem, separatis manicis t. 2. tr. 1. r. 169. §. 1. ad medium. p. 98

Et an sit peccatum mortale celebrare sine Missali benedicto, ex eo, quod in Pontificale reperiatur benedictio pro Missalibus? t. 2. tr. 1. r. 170. §. 3. p. 99

An in præcepto celebrandi cum vestibus sacris detur parvitas materiæ? tom. 2. tract. 1. resolut. 171. & in multis aliis ejus not. pag. 99

An Mappæ, seu Tobaliæ sint benedicendæ? Et de eorum numero agitur. tom. 2. tr. 1. resolution. 172. late à §. 1. usque ad ult. exclusive. p. 99

Et an in casu necessitatis possit Sacerdos uti linteis prophanis, eáque postea reddere Domino ad pristinum usum prophanum applicanda? Et an in casu necessitatis possit tantum una Mappa præter Corporale in Sacrificio Missæ adhiberi? ibid.

Et an extra casum necessitatis sit peccatum mortale celebrare cum una tantum Mappa, & Corporali? ibid. §. ult.

Et difficultas est in supra dictis casibus gradus necessitatis assignare; sed pro praxi aliqui gradus assignantur. ibid. §. 5. post medium vers. Sed difficultas, &c.

An Sacerdos possit celebrare in Patena, & Calice nondum consecratis, & cum vestibus non benedictis, si alius Sacerdos bona fide cum ipsis antea celebrasset? t. 2. tr. 1. resolution. 173. 174. p. 100. & 101

Ex quo infertur Ecclesiam pollutam non egere nova reconciliatione, si in ea bona fide ab aliquo Sacerdote celebratum est. ibid. ad medium §. 2. r. 173. &c.

Utrum Calix, qui usum aureum amisit, & iterum postea deauratur quoad illam superficiem, quæ tangit Sanguinem Christi, debeat de novo consecrari, & idem quæritur de Patena? t. 2. tr. 1. r. 175. p. 101

An qui celebrat in Calice non consecrato, vel ligneo præter peccatum mortale incurrat aliquam pœnam. t. 2. tr. 1. resolution. 76. pag. 102

Et an Calix, qui modicissimum foramen habebat in fundo Cuppæ, quod tamen promiserat artifex ita artificiosè concinnare, ut vix præteritus defectus apparere posset, idque sine ulla Calicis immutatione, an inquam in tali casu consecrationem amiserit? ibid. §. ult.

An Sacerdos dicat Missam in Altari non consecrato, remaneat Altare consecratum? tomo 2. tractat. 1. resolution. 177. pag. 102

An si Sacerdos celebrasset bona fide, & quid, si mala fide cum Calice, & Patena non consecratis & vestibus non benedictis, remaneant consecrata, & benedicta? ibid. §. secundo, &c.

Idem asseritur de Corporali, de Pyxide, de Custodia, seu Sphera immediate tangentibus sacras species, & idem de Ecclesia violata. ib. §. 2. & in aliis eius notationum.

An in consecratione Altaris loco Reliquiarum possit apponi frustulum Corporalis? Et an pro Altari fixo sit necessarium in ejus consecratione appositio Reliquiarum? t. 2. tr. 1. r. 178. p. 103

An pro communicando infirmo, ne decedat sine Viatico possit Sacerdos celebrare sine vestibus sacris, & sine Altari, hoc est Ara consecrata, vel an hoc concedatur tantum ad vitandam mortem. ibid. §. 5. &c.

An Pyxis, in qua reponitur Eucharistia, sphera, seu Luna, in qua reponitur Hostia publice ad Populum, & Festicula argentea in qua Summus Pontifex sumit Sanguinem in Missa Papali, necessario sint benedicendæ? tom. 2. tract. 1. r. 179. pag. 104

Et docetur esse præceptum, ut Corporalia, Patena, Calix, & Ara debeant esse benedicta aut consecrata. ibidem in fine §. 2

Et cursim advertitur Pyxim non posse cum particulis in ea consecratis reponi in Tabernaculo, nisi post assumptionem Sanguinis. ibid. §. 3. ad medium, p. 105.

An intra Pyxidem, ubi Sacramentum reservatur, debeat permanere aliqua palla ex ligno confecta, & benedicta. tom. 2. tr. 1. res. 180. pag. 105

An si quis lavet Corporalia ante primam lotionem factam à Diacono, peccet venialiter? tom. 2. tract. 1. resolution. 181. pag. 105

An laici tangentes Calicem, Patenam, & Corporalia peccent saltem venialiter? Et quid de aliis Clericis inferioribus? t. 2. tr. 1. r. 182. p. 106

Et quid est sentiendum de contactu Aræ, & de contactu Patenæ à parte extra, seu inversa, & de contactu Calicis in pede, maxime si pes est amobilis vel cuppæ Calicis à parte exteriori? ibid. §. 2

Et advertitur Regulares habere multa privilegia concessa Sacristis, & laicis, vel conversis Regularium, ut possint supradicta tangere. ibid. in fine §. 1. & §. seq.

Et cursim docetur, Corporalia, & Purificatoria post primam lotionem posse fœminis, maxime Virginibus integre lavanda, & reficienda tradere. ibidem ante medium §. 1

An liceat vasa vestes, ligna aliaque cultui divino dicata, in prophanos usus convertere, dummodo non remaneant in eadem forma? t. 2. tr. 1. r. 183. p. 107.

An sufficiat, si in celebratione Missæ adfit Crux, vel imago Crucifixi in tabula vel pariete? Et an non sit peccatum mortale, sed ad summum veniale celebrare sine imagine Crucis, vel Crucifixi, si commode haberi non possunt? t. 2. tr. 1. r. 184. p. 107

Et an si Cingulum frangatur, ut neutra pars per se possit deservire, etiam si nodo partes nectantur egeat nova benedictione? & secus si antequam omnino dividatur, reficiatur, vel adhibito modo firmetur, quia tunc adhuc est unum Cingulum? ibid. §. 4. & in aliis ejus not.

Et docetur ex duplicata ſtola, vel caſula, ſeu Planeta poſſe fieri duas, quia plures poſſunt ſimul una benedictione benedici; & etiam ſi ſeparentur, poſſint retinere ſuam figuram. ibid. in fine dicti §. 4

Et an quando veſtes Sacerdotales ſunt tales, ut funiculis connectantur, etiamſi diſſolvantur, non amittant benedictionem, ſicut diximus de Calice, & Cuppa, quando pes eſt amobilis, cochleaque nectitur? ibid. §. ultimo. pag. 108

An in præcepto Pii V. non addendi aliquid in Miſſa præter præſcripta detur parvitas materiæ? tom. 2. tract. 1. reſ. 185. pag. 108

Unde excuſatur à mortali Sacerdos, qui omiſit recitare graduale poſt Epiſtolam. ibid. in fine reſ.

An in omiſſione aliquarum rerum, quæ dicuntur, vel aguntur in Miſſa detur parvitas materiæ? Et an peccet mortaliter, ſi omittat aliquam commemorationem? t. 2. tr. 1. r. 186. p. 108

An Sacerdos, qui omittit in Miſſa voluntariè *Credo*, ſeu *Gloria*, vel omittat in Canone nomen alicujus *Sancti*, vel tempore Paſchali ea, quæ interponuntur in *Communicantes*, aut in actione, *Hanc igitur oblationem*, peccet mortaliter? ibid. §. 2. & in reſ. 187. & in aliis earum notationum. pag. 109

Et an ſi paulò poſt quis recordetur, non debeat repetere, quia moraliter non contingit hæc fieri ſine aliqua interturbatione. ibid. §. 2. reſ. 186. poſt medium à verſ. Nec ſi. pag. 108

Et notatur, quod non ſit niſi veniale, & quandoque nullum peccatum cæremonias aliquas, quæ inter principales annumerantur, ſine contemptu prætermittere, v. g. omittere Crucem aliquam, manuum elevationem, pectoris tunſionem, &c. ibidem in eodem §. 2. à verſ. Similiter.

An peccet Sacerdos, qui in Miſſa ſolemni non recitat, vel ſubmiſſa voce non legit, ſed tantum audit *Gloria*, *Credo*, *Epiſtolam*, *Evangelium*, & Prophetias, quæ in hebdomada majori leguntur, inter ipſa Miſſarum ſolemnia, dum ea ab aliis recitantur, aut canuntur? t. 2. tract. 1. reſolut. 188. & in multis aliis ejus notationum. pag. 109

Et an Sacerdos in Miſſa Mortuorum, quando dicenda eſt *Sequentia*, *Dies iræ*, &c. ſi illam voluntariè omittat, peccet mortaliter? ibid. §. 2

An ſecluſo ſcandalo, & contemptu in Miſſa relinqueret Epiſtolam, & Evangelium, peccet mortaliter? tom. 2. tr. 1. reſ. 191. p. 110

Et adducitur regula generalis, quod in Miſſa nihil eſt repetendum, niſi probabiliter quis dubitet ſe aliquid eſſentiale omiſiſſe. Imo niſi quando dubitat certo, eo quod non ſufficiat quodcumque dubium; & pro praxi aliqua dubia explanantur. ibidem §. quarto, & ſequentibus. pag. 111

An Sacerdos, qui omitteret ex intentione ſex, aut octo nomina Sanctorum excuſaretur à peccato mortali ratione parvitatis materiæ? t. 2. tr. 1. r. 192. 193. & in aliis earum not. pag. 111

Et curſim docetur, quod ſi in conſecratione Calicis omittatur ea pars, *Novi & æterni teſtamenti*, vel ſi quis inter Latinos latinè celebrans formam conſecrationis Græco, vel Hiſpano ſermone conciperet, an ſit mortale, vel tantum veniale? Et quid, ſi omitteret minimam partem Canonis? Et quid ſi omitteret ſcienter tres primas orationes, vel offertorium? ibid. §. 2

An Sacerdos Regularis peccet mortaliter, ſi in Canone Miſſæ pro nomine Epiſcopi ponat nomen Generalis ſuæ Religionis? t. 2. tr. 1. r. 194. p. 112

Et an in collectis Miſſæ nullus Sacerdos poſſit aliquid addere ſub pœna peccati mortalis præter orationem ſolitam pro Rege, & ejus populo, & exercitu? ibidem poſt medium §. 1

Aliqua curioſa obſervantur circa Ritus in ordine ad celebrationem Miſſæ. Primo, an Sacerdos dum lavat manus, debeat recitare totum Pſalmum cum *Gloria Patri* in cornu Epiſtolæ? t. 2. tr. 1. r. 195. p. 112

Secundo notatur, quod Generalis, & Provincialis Regularium, cum Miſſam cantant, poſſint ſedere ad partem Evangelii, ſicut facit Epiſcopus, præcisè loquendo de ſeſſione, quia Prælati, Abbates, Regulares in eodem loco ſedent, cæteri vero celebrantes ſedere debent ad cornu Epiſtolæ. ibid. §. 2

Tertio obiter advertitur, Sacerdotem ſine ſtola & cotta, transferendo Pyxidem, in qua cuſtoditur Euchariſtiæ Sacramentum ad aliud Altare, non peccare mortaliter, ſed ſolum venialiter, etiamſi hoc faciat coram aliquibus videntibus. ibid. §. 3

Quarto, quis ſit modus communicandi laïcos à Sacerdote in Miſſa, vel extra Miſſam? Et pro modo, & in exemplum adducuntur aliqui caſus. ibid. §. 4

Duo caſus curioſi circa materiam Euchariſtiæ. Primus, an ſuccus elicitus ex uvis paſſis ſit in ſacramento Euchariſtiæ materia conſecrabilis, in quo fama eſt conſecrare Ægyptios? tomo ſecundo, tractat. 1. reſolutione 196. pag. 113

Secundus, an Hoſtiæ rubeæ, quibus literæ aliquando obſignantur, ſint materia ſacramenti Euchariſtiæ? ibidem §. ſecundo.

Et an panis ex lacte, vel aqua artificiali roſacea, oleo, butyro, ovis, ſaccharo, vel aliquo alio liquore prædominante, ſufficiat ad conſecrationem? ibid. in eodem §. 2. ad lin. 6

Et curſim docetur vinum nimis decoctum non eſſe materiam conſecrabilem. ibid. poſt medium §. primo, ad verſ. Unde.

An maſſa panis coagmentata cum aqua maris valide conſecretur? Et quid de juſculo, quod vulgò dicitur *Pan cotto*? t. 2. tr. 1. r. 197. p. 114

Et an ſi parva quantitas aquæ roſaceæ, aut ex floribus, & herbis diſtillatæ miſceatur aquæ naturali panis ſic coagmentetur, & ſubigatur, ſit materia conſecrabilis? ibidem §. primo.

An mica panis madefacta, & digitis compreſſa, & facta quaſi maſſa cruda, ſit materia conſecrabilis? ibidem §. quarto.

An panis ex Amylo, ſeu Amydo ſit materia apta ſacramenti Euchariſtiæ? Et adducitur modus faciendi Hoſtias in Sardinia. t. 2. tr. 1. r. 198. p. 115

An offa panis ſit materia utriuſque conſecrationis. Et pro firmanda doctrina hujus quæſtionis, quæ tota eſt ſubtilis, curioſa, & docta aliqua alia objiciuntur, v. g. quod vinum congelatum poteſt conſecrari, quamvis non ſit proximè potabile, niſi prius liquefiat; & quod muſtum in uvis incluſum non eſt materia conſecrabilis, quia ſuccus incluſus in ipſis azimis nondum ex illis expreſſus, non eſt propriè demonſtrabilis, &c. t. 2. tr. 1. reſ. 199. p. 115

Et notatur particulas poſitas in tabernaculo non eſſe conſecrabiles. ibid. §. 9. p. 117

Et an ſi Hoſtiæ in clauſo Calice contineantur, non ſit de conſecratione earum dubitandum? ibid. in eod. §. poſt med. à verſ. Imo.

Et quid, ſi in aliqua area magna eaque clauſa particulæ contineantur Hoſtiæ, aut cantharus vini repoſitus alſervetur, an non valeat conſecratio ſuper iis. ibid. in eod. §. à verſ. At vero.

An conſecrare in muſto abſque neceſſitate ſit tantum peccatum veniale? Et an ſit neceſſitas ſufficiens celebrandum in muſto abſque peccato, ſi non adſit vinum in die Feſto, itaut auditio Miſſarum omitteretur? Idem eſt pro adimplendo præcepto annuæ Communionis, & pro dando infirmis Viatico in articulo mortis. t. 2. tr. 1. reſ. 200. §. 1. 2. & 3. p. 117

Et aſſeritur conſuetudinem introductam in aliquas Eccleſias conſecrandi in muſto, incerto quodam anni die

die esse omnino corrigendam, ut hæc consuetudo observatur in Lusitania in Ecclesia majori Brachatæ. ibidem §. 4. pag. 118
Et docetur succum ex uva non perfectè matura esse consecrabilem, secus autem ex uva acerba? ibidem §. quinto.
An in Germania, & aliis locis valide Sacerdos consecret in vino, paulo antea congelato in Calice? tom. 2. tr. 1. res. 201. pag. 118
Et notatur, quod graviter peccaret, qui in vino congelato consecraret. ibid. §. 3
Et advertitur, quod si vinum consecratum congeletur non desinete esse Christum sub speciebus, & ideo minimè aliud vinum consecrandum est, sed debet liquefieri, & sumi. ibid. §. 4
Et an sit peccatum mortale in vino, quod in Hispania vocatur *Hprocassum*, & in vino aqua misto, & in alio vino dicto *Agua pie*, consecrare, vel sint tamen materia sufficiens, & consecrabilis? ibid. §. 5. p. 118
An Sacerdos consecrando vinum congelatum peccet mortaliter? tom. 2. tr. 1. resol. 202. & in multis aliis ejus not. 1. & 2. pag. 209
Ex quo infertur Ministrum utentem materia dubia, vel forma dubia omittendo certam, etiam si sequatur opinionem de veritate, & sufficientia probabilem, aut speculativè probabiliorem. ibidem §. secundo, ad medium, à vers. Sequitur, & in multis aliis ejus notationum.
Et notatur, quod si vinum prius fuerit congelatum, & postea liquefiat, non est improbabile licitè consecrari, quamvis minus decenter? ibid. §. ult.
Et quid est faciendum si vinum in Missa ante consecrationem, etiam post oblationem congeletur, an tunc Sacerdos debeat aliud de novo infundere, & oblatum consecrare? ibid. in fine res.
An valide consecrari potest materia cujusvis parvitatis, dummodo sit sensibilis? tom. 2. tract. 1. resol. 204. ubi latè. pag. 121
Et an materia, quæ ob sui parvitatem nullo sensu exteriori percipi potest, consecrari possit? ibidem §. quinto. pagina 122
Et an materia consecrabilis debeat esse sensibilis ab ipsomet Sacerdote, vel sufficiat, ut sit sensibilis respectu alterius, qui habet sensum magis acutum? ibidem §. sexto.
An Sacerdos Græcus sub peccato mortali teneatur sequi consuetudinem suæ Ecclesiæ, & consecrare in fermentato, itaut Sacerdos Græcus peccet consecrando in azimo, & Sacerdos Latinus consecrando in fermentato, etiam secluso scandalo, & cum magna necessitate, ut ad communicandum infirmum, &c. t. 2. tr. 1. resol. 205. pag. 123
Et an Sacerdos Latinus possit in Græcia sequi morem Græcorum, & Græcus morem Latinorum existens apud Latinos? ibid. §. 3
Et docetur non solum posse licitè, sed teneri Sacerdotem Græcum transeuntem per Ecclesias Latinas in azimo consecrare, & peccare mortaliter, si aliter faciat; quia privilegium illis concessum ad consecrandum in fermentato, intelligendum est, quando celebrant in suis propriis Ecclesiis? ibidem §. quarto. pagina 123
Et notatur non licere Sacerdoti Latino in Templo Græcorum, quod in Ecclesia Latina existat in fermentato consecrare, neque etiam aliis fidelibus Latinis ibidem in eodem fermentato communicare? ibidem §. quinto.
An si populus diu debet Sacrificio privari, non possit Latinus in fermentato celebrare, nec Græcus in azimo in sua Ecclesia? tom. 2. tract. 1. resol. 116. §. 2. ad medium. pag. 123
Et quid est dicendum ad evitandum mortis periculum, si Sacerdos Latinus non consecret in fermentato, & Græcus in azimo. ibid. à vers. Concedo.
Et notatur, quod Sacerdotes Græci per Latinam Ecclesiam, & Latini per Græcam peregrinantes, sicubi propriam Ecclesiam propriis institutis viventes non habeant, in qua sint, possint Græci in azimo, & Latini in fermentato celebrare, conformando se Ecclesiæ, in qua existunt, non tamen ad id teneantur. ibid. §. 3. pag. 124
Etiamque advertitur, quod Latini Sacerdotes in Græcia commorantes, si permittatur sibi propriam Ecclesiam haberi, tenentur consecrare in azimo, & è contra Græci in Terris Latinorum consecrare debent in fermentato. ibidem §. quinto.
Sed in Ecclesia Græcis inter Latinos permissa, nefas est Latinis consecrare in fermentato, & è contra. ibidem in eodem §. &c.
Et an in casu, quo Græcus esset incola apud Latinos, ubi sunt Templa deputata ad servandos Ritus Græcorum, teneatur servare Ritus Græcorum, & propriæ Ecclesiæ? ibidem §. 6
De quibusdam quæsitis circa aquam naturalem necessariam in Sacrificio Missæ; ideo an panis ex aqua rosacea factus, sit materia apta Eucharistiæ? tomo secundo, tractatu primo, resolutione 207. §. quarto, & sequent. pag. 125
Et an si in Sacrificio Missæ infundatur vino parum non aquæ naturalis, sed aquæ rosaceæ, vel ex aliis herbis, & floribus extractæ, conficiatur Sacramentum. ibid. §. 6
Et an peccet Sacerdos mortaliter, si aquam rosaceam, aut artificiosam misceat in Missa? Et quid, si in casu necessitatis non possit alia aqua haberi? ibid. in dicto §. 6. & 7. pag. 126
Et an sit peccatum mortale in Missa miscere aquam calidam vino, etiamsi sit naturalis? ibidem ad medium §. septimo.
Quidam Sacerdos in Calice multas guttulas aquæ infundebat, quæsivit, an ita faciendo toties peccaverit? Et an Sacerdos possit infundere octavam partem aquæ proportionabilem vino? tom. 2. tract. 1. res. 208. §. primo. pag. 126
Et an si fiat conversio aquæ in vinum in illo medio tempore, in quo profertur forma, prolatis tamen illis verbis, *Hic est calix*, an tunc illa pars vini, quæ fit ex aqua convertatur in sanguinem Christi? ibidem §. secundo, & seq.
An si à Sacerdote gutta aquæ in vino non misceatur, ex parvitate materiæ excusetur à mortali? t. 2. tract. 1. res. 209. pag. 126
Et notatur, quod si aqua non fuerit in vinum conversa, ante consecrationem, convertitur tamen immediatè in sanguinem. ibid. §. 3
Quidam Sacerdos post consecrationem Sanguinis invenit in Calice aliquas guttas separatas à vino, & illas cum Purificatorio ante sumptionem Sanguinis absterfit, quæritur an illæ guttæ fuerint consecratæ? tom. 2. tr. 1. resolut. 210. & 211. pag. 127
An si in campo in aliqua Ecclesia non reperiatur Hostia, sed tantum particula, parva, liceat Sacerdoti cum ea celebrare? Et an hoc licitum sit si adsit ad minus justa causa, & necessitas? tomo secundo, tract. 1. resolutione 212. & 213. pag. 127
An oblatione Hostiæ jam factæ, si offeratur Sacerdoti particula pro communicando laico possit illam consecrare? Et an non solum post offertorium, sed etiam post præfationem ante consecrationem, facta oblatione ejus mente concepta? tom. 2. tractat. 1. resolutione 214. & 215. pag. 128
An illæ particulæ, quas quis, inscio Sacerdote, consecrandas apposuit in Corporali, remaneant consecratæ? t. 2. tr. 1. res. 216. p. 128

Quidam Sacerdos in Sacristia habuit intentionem consecrandi particulas, quæ quidem in Pixide super Altare in cornu Epistolæ fuerunt ex errore positæ; non autem super Aram, quæritur, an remanserint consecratæ, si Sacerdos amplius de illis non meminerit? t.2. tr.1. r.217. & 218. pag. 128. & 129.

Et cursim notatur, quod si Pyxis super corporale non aperitur tempore consecrationis, fit tamen consecratio: ibid. in fine resolution. 217

Et advertitur, quod si Sacerdos, qui ante se habet duas Hostias, putat se unicam habere, & intendat unam consecrare, nihil determinando, utramque futuram consecratam. tom. secundo tractat. primo resolutione 218. §. ult. pag. 130

Idem est dicendum de particulis, quod est valde notandum ad tollendos scrupulos. ibid.

Quidam Sacerdos post Offertorium reposuit Pyxidem in Tabernaculo plenam particulis, & clauso Tabernaculo postea tempore consecrationis habuit actualem intentionem dictas particulas consecrandi, quæritur, an re vera consecratæ remanserint? t.2. tr.1. r.119. p. 130

Et deducitur, an Sacerdos cœcus possit consecrare Hostiam ante se positam, quam nullo sensu perciperet? ibid. §. 5. ante medium. p. 131

Et an validè consecretur Hostia quæ sit post parietem? ibid. §. 6. sub finem, &c.

Et an panis in Arca, & vinum in dolio appositæ, valide consecrentur, modo existant coram Sacerdote, si ipse omnem materiam consecrabilem sibi moraliter præsentem consecrare intenderet? ibid. §. 7. &c.

Et an si in Altari ponatur Pyxis argentea cum particulis tegmine lineo occlusa; vel si in Arca claudatur fiscella panis plena, nonne erunt particulæ illæ, vel panis materia consecrabilis? ibid. §. 9. ad medium à vers. Adde.

Et an particulæ appositæ sub Mappa Altaris, vel sub Corporali, vel Missali valide consecrentur? ibid. §. 10. &c.

Et quid est agendum in supradictis casibus, si contingant facti in praxi? ibid.

An Sacerdos possit consecrare Hostiam post tergum, vel parietem existentem? Et quid, stante Hostia post tergum, si per speculum cerneretur? tom. 2. tract. 1. resolution. 220 pag. 131

An Sacerdos quando ante consecrationem extendit manus super Calicem & Hostiam dicens: *Hanc igitur*, an inquam, tunc debeat pollices subtus manus, vel supra in modum crucis tenere? t.2. tr.1. r.221. p. 132

Olim oblatæ mihi fuerunt duæ dubitationes. Prima, an Sacerdos qui omitteret in consecratione particulam *enim*, conficiat Sacramentum, vel saltem peccet mortaliter? tom. 2. tract. 1. resolution. 122. & in multis aliis eius not. pag. 133

Secunda, quid si dicat, *Hic est enim Calis*, S. pro X. utendo? ibid. §. 3. pag. 133

An si quis in omnibus tribus Missis dici solitis successive, & immediatè in die Nativitatis Domini relinqueret particulam *enim*, in Consecratione Corporis, vel Sanguinis, peccaret mortaliter? Et supponitur omittentem in consecratione particulam *enim*, in cæteris diebus, & Missis non peccare mortaliter, secluso scandalo, & contemptu. t.2. tr.1. r.223. §.1. p.133

Sed quid dicendum est, si supradictæ tres Missæ in die Nativitatis Domini non dicantur successive, & immediate una post alteram, sed prima dicatur post mediam noctem, altera in aurora, & tertia tempore solito, an in isto casu, si celebrans Sacerdos omitteret in consecratione in prædictis tribus Missis particulam *enim*, peccet mortaliter? ibid. in dicto §.1.

Idem est in supra dictis casibus, si in qualibet Missa diei Nativitatis Domini, Sacerdos omitteret in Canone tria nomina alicuius Sancti. ibid. §.2. p.134

An in forma Consecrationis Eucharistæ si deseratur verbum *est*, dicendo *Hoc corpus meum*. Valida sit consecratio? Et an gravissime peccet, qui ipsum verbum *est* non exprimeret? tom.2. tractat. primo, resolution. 224. ubi latè pag. 134

Et docetur in forma consecrationis Corporis, & Sanguinis Christi esse de substantia ipsius formæ, ac de necessitate Sacramenti Verbum *est*. Nec posse substitui aliud verbum, v.g. *Fiat, Convertatur*, loco illius. ibid. §.8. p.135

Et quid est sentiendum de assertione novatorum asserentium satis esse ad consecrationem verba illa, *Accipite, & manducate hoc Corpus meum, & bibite hunc Sanguinem meum*? ibidem §.2

An sit valida consecratio si Sacerdos loco verborum illorum *Hoc est corpus meum*, dicat, *Hoc corpus est meum*. Vel, *Meum est hoc corpus*? Et de aliis variationibus verborum consecrationis agitur. tom.2. tractat. primo resolution. 225. pag. 135

An si Sacerdos loco verborum consecrationis, *Hoc est corpus meum*, diceret, *Hæc est enim caro mea*, conficeret Sacramentum? t.2. tr.1. r.226. p.136

An si Sacerdos loco illorum verborum, *Hoc est Corpus meum*, dicat, *Hic est Corpus meum*, valide consecraret? Et de aliis multis mutationibus verborum consecrationis agitur. t.2. tract.1. ref.227. pag.136

An si Sacerdos habeat intentionem consecrandi tantum panem, & non vinum, remaneat adhuc panis consecratus? t.2. tr.1. resol.228 p.137

Et infertur, quod si Sacerdos vellet consecrare, & non tamen efficere Sacrificium; ita ut voluntas non offerendi Sacrificium prævaleret, & esset magis efficax, an tunc prorsus nihil efficeret. ibid. paulo post initium. §.4. à vers. Hinc autem.

Et cursim docetur, quod si Sacerdos prius consecravit Calicem, quam Hostiam, factum teneret. ibidem, in fine §. 6. pag. 138

An Missa, in qua Sacerdos consecravit panem absque vino, sit vere & proprie Sacrificium? t. 2. tr. 1. resolution. 129. & in aliis eius not. p. 139

Et an ex dicta Missa posset Sacerdos accipere consuetum stipendium? ibid. §. ult. &c.

Et an præceptum consecrandi in utraque specie sit divinum, vel tantum Ecclesiasticum? ibid. §.5.

Et cursim deducitur posse Papam dispensare, & de facto dispensasse, ut Sacrificium Missæ in sola specie panis absque vino fieret. ibid. §.2. ad medium à vers. Tum quia.

Quidam Sacerdos consecravit Sanguinem, non consecrata Hostia, postea pœnitentia ductus vult illam consecrare, quæritur, an etiam debeat consecrare aliud vinum? t.2. tract.1. resol. 230. p.140.

Et quid si Sacerdos post consecrationem utriusque speciei advertat Hostiam non esse ex legitima materia, sed ex hordeo, vel corrupta materia, an inquam in tali casu sit repetenda consecratio utriusque speciei? ibid. §.1

Et si ante consecrationem Hostiæ, & vini Sacerdos agnoscat Hostiam non esse triticeam, vel esse corruptam, quid est faciendum? ibidem.

Et cursim docetur, quod si Sacerdos existens in Altari recordetur se non esse jejunum, possit pergere, licet id advertat ante consecrationem. ibid. §.3. ad medium, &c.

Et an quando defectus in utriusque consecratione accidisset, & panis, aut vinum sumptum iam esset, non debeat alia materia consecratio suppleri ex eo, quod iam Sacerdos jejunus non esset; & quia tunc revera non fuit factum, nec imperfectum Sacrificium, sed eorum fuit fictum. ibid. §.4. pag. 141.

Sed adverte obsecro, quid est faciendum, quando nondum fractum est jejunium, si tunc fortasse ex defectu intentionis, vel formæ neutram speciem Sacerdos non consecravit: tenebiturne Sacerdos iterare, & consecrare antequam sumat species non consecratas, ne perseveret in inchoata fictione, nec sumendi potum & cibum per modum Sacramenti, quod verum Sacramentum non est? ibid. in eodem §.4.

Et

Et utrum, si post consecrationem panis immineret periculum vitæ Sacerdoti, teneatur vinum consecrare, ne inchoatum, & imperfectum remaneat sacrificium? ibidem §. ultimo.

An si in Pyxide continente plures particulas consecratas misceatur aliqua non consecrata, possit valide Sacerdos illam consecrare, si non dignoscitur? tom. 2. tr. 1. ref. 231. pag. 141

Et quid, si misceatur una gutta vini non consecrati cum vino jam consecrato? ibidem §. primo, ante medium, vers. Infero.

Vel an Sacerdos licite, & valide possit consecrare sub conditione omnes particulas, ut non remaneat mista consecratis illa alia non consecrata? Idem est de gutta vini infusa in Calice jam consecrato. ibid. & ante fin. §. 5. pro gutta vini. p. 142

An Sacerdos possit consecrare dimidiam partem Hostiæ, designans quam partem vellet consecrare. ibid. paulò ante fin. §. 1. vers. Ni tampoco. p. 141

An Sacerdos post consecrationem particularum possit illas ponere in Tabernaculo, vel extra Aram, aut dare alteri Sacerdoti Pyxidem, ut illas in alio Altari populo distribuat? tomo secundo, tractat. 1. resolutione 132. pag. 144

Et an possit admitti, quod ante sumptionem Calicis detur aliis Communio? ibidem sub finem resolutionis vers. Facilius.

An toto tempore Missæ debeant particulæ consecratæ manere super Altare, ad Aram? Et cursim docetur, an sufficiat, ut prædictæ particulæ sint super Aram, quando consecrantur, vel debeant esse in manibus Sacerdotis consecrantis? tomo secundo, tract. 1. resolutione 233. pag. 144

Et brevissimè asseritur posse Sacerdotem ex ipsa Hostia majori dare partem aliquam volenti communicare, & ex minoribus sibi sumere. ibid. paulò post initium §. 1. à vers. Quare.

An Sacerdos celebrans possit in aliquo casu Hostiam à se consecratam reponere in Sacrario, & ex illo particulam ex præ consecratis ab alio assumere? t. 2. tract. 1. ref. 234. pag. 145

Et quidam Parochus nullam habens majorem Hostiam veritus populi scandalum aliquod, aut murmur, dum minorem Hostiam consecrasset, in elevationem Hostiæ ostentavit alteram quandam majorem Hostiam, quæ asservabatur in Pyxide, ut exponeretur in die solemni populo, quæritur, an ille prudenter hoc fecerit; vel quid facere debuerit? ibid. §. 4

An Sacerdos sumpto jam corpore, si videt consecrasse Calicem per inconsiderationem cum sola aqua, debeat non solum vinum apponere, sed de novo consecrare aliam Hostiam, incipiendo ab illis verbis, *Qui pridie*, vel sufficiat in tali casu statim vinum apponere, & incipere ab illis verbis, *Simili modo?* tom. 2. tr. 1. ref. 235. pag. 146

Et an hoc intelligatur casu, quo Sacerdos celebraret publicè, non autem secreto? ibid. §. 4

Et an Sacerdos peccet mortaliter, si cui fortè hoc accidetit, inopinato casu turbatus, non susciperet, nec consecraret vinum? ibid. §. 5

An Sacerdos, qui per errorem consecravit solum panem, si non possit sine sui nota, & populi turbatione consectare Sanguinem, sit ei licitum in Sacrificio pergere, sine vini consecratione? tomo secundo, tract. 1. resolutione 236. pag. 146

Idem dicendum de similibus eventibus. Et est diligenter notandum quia ejusmodi perturbatio etiam viris doctis accidit. ibidem propè finem §. primo, à vers. Sacerdos.

Quid facere debeat Sacerdos, qui perficit Sacrificium ab alio inceptum, si dubitat Hostiam fuisse consecratam? Et an in tali casu debeat solum incipere à consecratione, cæteris omissis? tomo secundo, tract. 1. resolutione 137. pag. 147

An si Sacerdos moriatur post consecrationem, si adsit alius Sacerdos, teneatur sub peccato mortali perficere sacrificium? tomo secundo, tractatu primo, resolutione 238. pag. 147

Et in tali casu, an hoc facere debeat Sacerdos, etiam si non sit jejunus, aut sit excommunicatus, vel irregularis? ibid. à lin. 6. §. 1

Et quid in tali casu est faciendum, si quando Sacerdos moritur, jam consecraverat utramque speciem; & quid quando tantum consecraverat unam speciem? ibidem §. 2. pag. 148

Et quid, si constet Sacerdotem esse mortuum in Missa, & non constet in qua parte Missæ mortuus fuerit? ibidem §. 3

Et advertitur in prædictis casibus, quod si nullus inveniri potest Sacerdos non esse licitum laico Sanguinem, aut Hostiam sumere; unde Hostia consecranda est in Pyxide, & Calix in Sacrario. ibid. in eod. §. 3

Et si vini species corrumpantur, antequam inveniatur Sacerdos, qui eas sumat, in piscinam projiciendæ sunt. ibid. in fine dicti §. 3

An si Sacerdos moriatur post consecrationem Corporis Christi, possit alius Sacerdos sequenti die perficere? t. 2. tr. 1. r. 239. p. 148

Et an deficiente Sacerdote post consecrationem Hostiæ, alius, qui prædictum Sacrificium perficere potest, debeat esse jejunus, & nulla censura ligatus, & possit celebrare contritus, si desit copia Confessarii, & si reperiat Hostiam ab illo consecratam, satis est ut consecret Calicis vinum, & prosequens sumat utramque speciem. ibid. §. 5. p. 149

Et advertitur de officio Veneris Sancti, quod in illo die non integratur, nec perficitur Sacrificium, cum utraque species fuerit die externo jam consecrata, & sumpta, sed sumitur à Sacerdote tantum Hostia præcedentis Sacrificii; & ideo illud officium non vacatur, nec est Missa, nec Sacrificium. ibid. in fine §. 1. & propè finem §. 3

An si Sacerdos moriatur post sumptam speciem panis, debeat alius perficere Sacrificium, & sumere tantum species sanguinis, vel quid est faciendum? tom. 2. tr. 1. ref. 240. pag. 149

An deficientibus particulis possit Sacerdos partem Hostiæ alteri præbere, ob solam devotionem communicandi? tom. 2. tract. 1. ref. 241. & in aliis ejus notationum. pag. 150

De casibus particularibus, in quibus Sacerdos potest dare partem suæ Hostiæ communicaturo. Et an Sacerdos peccet mortaliter, si sine causa partem suæ Hostiæ laicis communicaturis præbeat? tom. 2. tract. 1. resolutione 243. pag. 150

An si in campo particula non inveniatur, possit Sacerdos dare partem suæ Hostiæ moribundo? tom. 2. tract. 1. ref. 244. pag. 151

Et docetur Sacerdotem non peccare mortaliter, qui cum particulam communicaturo porrigere facile posset, dat partem parvam ex sua Hostia consecrata? ibidem §. tertio.

An Sacerdos, finita Missa, si in Sacristia sacris vestibus adhuc non spoliatus inveniat aliquod fragmentum in Patena, vel in Calice possit illud sumere? tomo secundo, tractatu primo, resolutione 245. 246. 247. pag. 152

Et cujus quantitatis oporteat esse hujusmodi Reliquias. ibid. in §. ult. ref. 247

An si celebrans, sumpto Sanguine, videat particulam Hostiæ in fundo Calicis, possit digito deducere particulam ad labium Calicis, & sumere ante purificationem; vel remoto scrupulo possit unà cum purificatione illam deglutire? ibid. §. 2. à lin. 6

Et an ex accidenti, quando Reliquiæ non possunt conservari sine majori irreverentia, in ea enim circunstantia non solum Reliquiæ præsentis Sacrificii, sed etiam præteritorum assumi possunt ab ipso Sacerdote non jejuno, etiam postquam à multo tempore ab Altari recessit? ibid. in fine ref. 245

An liceat Sacerdoti post ablutionem sumptam consumere particularum fragmenta, si in alia Missa fuerint ab alio Sacerdote præconsecratæ? Vel reponendæ sunt in Sacrario? t. 2. tr. 1. r. 248. & in aliis ejus not. p. 153

Ex quo infertur, quod si pars aliqua Eucharistiæ, quæ in Pyxide servatur inter communicandum populum in linteum, vel corporale Altaris ceciderit, etiam si sit minimæ quantitatis non potest à Sacerdote sumi post ablutionem, sed in Sacrario reponi debet, & conservari. ibid. §. 3. in fine.

Et an laicis infirmis post assumptam Hostiolam simul cum ablutione, vel paulo post liceat Reliquias Sacramenti tradere inventas in Calice, vel Pyxide? ibid. §. 4. &c.

Et advertitur, quod cæteris laicis post finitam communionem dandæ non sunt prædictæ Reliquiæ, etiam si ablutionem non sumpserint, nisi prius dentur cum priori formula. ibid. § 5

An qui edens, vel bibens in dubio an sit audita hora duodecima noctis, possit sequenti die Missam dicere, vel communicare? Idem est de illo qui assumens aquam ad os abluendum, dubitat, an aliquam guttam trajecerit? Necnon de illo, qui dentibus aliquid masticans dubitat, an aliquid deglutierit: & de illo, qui adhæret dicto aliquorum dicentium sibi horam noctis duodecimam non sonuisse, aliis sonuisse affirmantibus. t. 2. tr. 1. ref. 250. §. 2. per totum. pag. 152

Et docetur, quod ubi est tantum unum horologium, si duodecima hora noctis sonare incipiat, non tenetur aliquis statim in prima pulsatione desistere à cibo, vel potu, si crastino Missam dicere velit, vel communicare. Et etiam advertitur, quod quantumcumque horologium reputetur regulatum, licitum esse post omnes pulsus per quadrantem comedere, & bibere, & sequenti die celebrare, aut communicare. Et firmatur, quod saltem post omnes pulsos horologii ultimi comedentes, & bibentes per moram salutationis Angelicæ, possumus sequenti die celebrare vel communionem sumere. ibid. §. 3. & in aliis ejus notationum. p. 153

Et notatur, quod non potest Episcopus cogere Parochum, ut ministret necessaria Presbyteris volentibus celebrare in sua Parochia. §. ult. post medium.

Appendix ad alias plures difficultates mixtas, quæ per alios tomos, & tractatus, & in hoc Indice per alia verba, dispersæ sunt, quæ simul pertinent ad hoc verbum, de Celebratione Missarum.

Si in Missæ celebratione in verbis consecrationis quis omitteret particulam, *Enim*, & in fine consecrationis non proferat M. valdè distinctè & illud Z, an incurrat culpam mortalem? t. 1. tr. 1. r. 4. §. 1. & 3. p. 5

Quoad Missæ celebrationem, quibus privilegiis gaudeant Cardinales in suis Capellis? tomo 9. tract. 7. resolut. 49. §. 1. pag. 392

Qui statim post Missæ celebrationem fornicatur, an teneatur postea in confessione hanc circumstantiam explicare? tom. 1. tr. 7. ref. 55. §. 1. pag. 372

Si pro Missarum celebratione quis mutaret notabiliter vestes, etiam quoad colorem tantum, vel formam, an peccet mortaliter? t. 3. tr. 6. r. 49. §. 4. p. 445

Pro Missa celebranda, vel commemoratione facienda Sanctorum Beatificatorum aliqua notabilia advertuntur. tom. 3. tr. 6. ref. 91. §. 4. pag. 473

Vbi, quod quando in Bullis Beatificationis alicujus sancti fit à Pontifice Potestas celebrandi Missam determinatis tantum personis, an tunc non liceat celebrare per alias personas? §. Notandum. p. 472

Missa celebrari in festivitate Paschali permittitur tempore interdicti, & in ipso Sabbato sancto celebrari possit. tom. 4. tr. 8. r. 100. §. Sed difficultas. p. 393

Missa celebrari potest in Ecclesia polluta ad dandum Viaticum infirmo moribundo. t. 9. tr. 1. r. 144. §. 12. p. 94

Vt Missa celebretur singulis diebus in suis ædibus Episcopi privilegium habent, sed tamen dum Romæ morantur hoc privilegio uti non possunt. t. 9. tr. 8. r. 10. §. 4. p. 450

Missæ Sacrificium celebrare an possint Angeli, vel anima separata in corpore aëreo? tom. 4. tract. 8. ref. 111. §. Sed his. & §. Id ipsum. p. 401. & 402

Offerri an possit Missa pro illo, qui mortuus est in duello cum signis contritionis, sepulto tamen extra Ecclesiam? tom. 5. tract. 1. ref 66. §. 4. pag. 44

Applicari an possit Missa pro excommunicato non denunciato, si ostendit signa contritionis, aut mortuus est in iis? ibid.

Missæ sacrificia an liceat offerre pro excommunicatis toleratis? t. 5. tr. 1. r. 137. §. 1. p. 82

Missæ sacrificium an possit applicari pro excommunicato jam per contritionem justificato ante obtentam absolutionem? t. 5. tr. 1. r. 139. per totam. p. 83

In *Memento* Missæ an possit Sacerdos orare pro excommunicatis etiam denunciatis? t. 5. tr. 1. r. 140. §. 3. p. 84

Missæ an possint celebrari pro defuncto absoluto ab excommunicatione ante mortem à laico? t. 5. tr. 1. r. 211. §. 1. & seqq. p. 120

Missam celebrans Sacerdos sine cingulo, vel manipulo, an excusetur à mortali ratione parvitatis materiæ? tom. 1. tract. 2. ref 9. §. 11. pag. 75

Idem est, si Episcopus in Confirmatione amitteret unum ex indumentis pontificalibus. ibid.

Sacerdos Missam celebrans, qui ex confessione sibi facta ibi cognovit in vino in quo facturus est sacrum, esse mistum venenum, nec potest aut omittere sacrum, aut petere aliud vinum sine suspicione revelatæ Confessionis an teneatur vinum sic mistum sumere, & Deo se commendare, etiamsi in hoc casu Sacerdos esset in malo statu, & non posset confiteri, quia tunc enim debet provideri sibi omni meliori modo, quo possit de contritione, quæ cum Sacramento in voto sufficit ad æternam salutem. tom. 1. tr. 8. ref. 23. §. 3. pag. 435. & ref. 24. ibid.

Primicerius S. Marci Veneti celebrans in nocte Nativitatis Domini ante mediam noctem semper est jejunus. tom. 3. tract. 1. r. 55. §. 3. pag. 73

Missam celebrans in Altari privilegiato existens in peccato mortali, an indulgentia Altaris defuncto prosit? tom. 4. tract. 1. ref. 4. §. 1. & 2. pag. 4

Missam celebrans pro defunctis in Altari privilegiato, an debeat dicere de *Requiem*, licet in indulto non exprimatur. t. 4. tr. 1. r. 9. & 10. p. 8

Missam concelebrans Episcopus cum consecratore de calice participat. t. 4. tr. 8. r. 90. §. 1. p. 386

Cur non participant Sacerdotes de calice similiter celebrantes cum ordinante? ibid. §. 2. p. 387

In hac Missa an detur inconveniens, si Sacerdos, vel etiam Episcopus unam speciem, & non aliam consecraret? ibid. §. 3

Missam celebrans Sacerdos in Ecclesia à se interdicta, an sit irregularis? t. 5. tr. 1. r. 2. §. 1. in fin. p. 1

Missam celebrans Sacerdos in Ecclesia polluta excusatur à peccato, quoties pollutio contigerit post cœptum canonem, imo tenetur Missam prosequi. tom. 9. tr. 1. r. 144. §. 11. pag. 94

Idem est, si excommunicatus denunciatus ingrediatur Ecclesiam eodem tempore, & non vult egredi. ibid.

Missam celebrans Sacerdos, si saltem post consecrationem recordatur excommunicationis, & non possit ab ea liberari, an debeat prosequi, & imo etiamsi ante consecrationem in dicto casu recordatur excommunicationis, an possit

possit pergere, si timeatur grave damnum? tom.9. tr.7. ref.124.§.1. pag.437
Missam Sacerdoti celebranti in peccato, an sit peccatum ministrare? t.1. tr.1. r.18. §.4. p.15
Ad Missam celebrandam an sufficiat oratio mentalis? t.4. tr.3. r.148. §.1. & 2. p.126
Si Missam celebrandi in diplomate Beatificationis est concessum Religiosis aliquibus in suis Ecclesiis, non licet sæcularibus in aliis Ecclesiis, Parochiis, aut Monasterio Religionis celebrare. t.3. tr.6. r.91. §.ult. p.473
Missam celebrant Sacerdotes cum Episcopo qui recenter illos ordinat. t.4. tr.8. r.89. §.1. p.385
Quatuor modis id fieri posse explicatur. ibid. §.1. & seqq.
Missam in qua Sacerdotes cum Episcopo concelebrant, qua intentione offerre debeant? tom.4. tract.8. ref.92. §.1. & seq. pag.388
Quando Missam celebrare Sacerdos, & in aliquo casu ad id teneatur absque prævia confessione, si non adsit copia Confessarii, & quando postea tenetur quamprimum confiteri vide in tract.3. tom.1. de pœnitentia à r.149. usque ad 183. inclusivè, ubi plures casus invenies pro praxi harum difficultatum. p.191. & seqq.
Missam celebrare, urgente necessitate, an aliquando aliquis excommunicatus possit sine prævia confessione, vel contritione. t.1. tr.3. r.176. §.1. p.209
Missam celebrare sine prævia confessione an possit Sacerdos contritus, qui habet casus reservatos, à quibus præsens Confessarius non potest illum absolvere? t.1. tr.5. ref.31. §.1. pag.285. Vbi alia contingentia in dicto casu. ibid. & seqq.
Missam celebrare qui tenetur ratione scandali, & tamen est innodatus aliqua excommunicatione propter hæresim, quid facere debeat? t.1. tr.5. r.35. § 3. & seq. p.287
Missam celebrare sine vestibus Sacris, & mixtione aquæ ex timore mortis, vel alterius gravis damni, an quis possit, modo ad id faciendum non compellatur in contemptum fidei? t.2. tr.6. r.136. §.1. post medium. p.413
Missam celebrare pro dando Viatico moribundo, an Sacerdos post prandium possit? t.3. tr.1. r.1. §.1. p.1
Et an absque vestibus sacris, sine altari, & absque azymo pane? ib. §.1.2. & §.Potest etiam tertio inferri. p.1. & 2
Missam celebrare saltem ter, vel quater in anno an sit obligatio ex præcepto divino. t.3. tr.1. r.102. §.8. p.137
Si Missam celebrare certa die concedat Pontifex Sacerdotibus certæ Religionis de aliquo sancto Beatificato, tunc non possunt facere octavam, neque in illa dicere Missam de dicto S. Beatificato. t.3. tr.3. r.90. §.2. p.355
Missam celebrare an Regulares possint, qui privilegiis Mendicantium gaudent de SS. Sacramento in quintis feriis, etiam Adventus, & Quadragesimæ, & de Conceptione B. Mariæ in Sabbathis novem lectionibus non impeditis? t.3. tr.6. r.68. §.4. p.459
Missam celebrare intra annum, nec commemorationem in ipsa facere, aut recitare de aliquo S.Beatificato, non licet. t.3. tr.6. r.91. §. Sed quæritur. p.472
Missam si Regulares non promittant celebrare in Altari privilegiato, an excusentur aliquando à peccato, si illas in alio Altari celebrent? t.4. tr.1. r.26. §.1. pag.18
Missam celebrare potest Sacerdos in Altari portatili, quod erat in palatio rurali ad dandum Viaticum ibi moribundo. t.4. tr.2. r.18. §.4. p.37
Missam celebrare possunt Regulares tempore interdicti in aliquibus festivitatibus per sua privilegia. Suspendunturne dicta privilegia per Bullam Cruciatæ? tom.4. tract.3. ref.125. §.2. pag.117
Missam quoque unam an celebrare poterit, qui in prima Natalis Domini ex dispensatione fuit ordinatus, & in secunda Episcopus ordinatus? tom.4. tract.8. resol.94. §.1. in fine. pag.389
Missam celebrare, & audire in suis Oratoriis possunt Episcopi. t.4. tr.8. r.102. §. His tamen, p.394
Missam celebrare an possit Hermaphroditus, qui post validam ordinationem degeneravit in sexum fœmineum? tom.4. tract. 8. resolut.112. §. Verum his non obstantibus. pag.403
Missam celebrare tempore interdicti, omissa una circumstantia ex requisitis in cap. Alma mater, ut v. g. apertis januis &c. an sit peccatum mortale? tom.5. tract.4. ref.5. per totam. pag.199
Missam celebrare an licitum sit coram personis interdictis? t.5. tr.4. r.7. §.1. p.200
Et si persona interdicta expelli non potest quid est faciendum? ibid. §.2
Missam celebrare in cœmeterio an possit interdictus ab ingressu Ecclesiæ? t.5. tr.4. r.18. per. tot. p.204
Missam celebrare in Pontificalibus an possit Episcopus in Ecclesiis regularium, ipsis invitis? tom.7. tract.1. ref.49. §.2. pag.34
Missam celebrare an licitum sit ex metu mortis sine altari, aut Calice consecrato, aut sine vestibus sacris, vel lumine, vel consecrare in materia dubia, v. g. in vino congelato, vel in pane ex spelta confecto? t.7. tr.5. r.76. §.5. p.369. & §. ult. ibid.
Missam celebrare an possit ad evitandum scandalum, qui tempore Conclavis irretitus est censura Pii IV. & Greg. XV. ante obtentam absolutionem? tom.9. tract.7. r.123. §.1. pag.436
Idem est à fortiori dicendum de hæretico, qui non potest obtinere licentiam, ut à censura absolvatur. ibid.
Idem est etiam de Sacerdote, qui alium Sacerdotem interfecit, & ne se prodeat, & crimen ejus manifestetur celebrat. ibid.
Et in supradictis casibus, si tales non possent se excitare ad perfectam contritionem, quid est faciendum? ibid.
Missam defunctorum celebrari facere sibi, an licitum sit viventibus? t.4. tr.1. r.25. §.2. p.17
Si Missam celebrasset Sacerdos, & lumina extinguerentur ante consecrationem, nec amplius accendi possint, non potest prosequi Missam, etiam pro dando viatico alicui moribundo. Et quid, si post consecrationem lumina extinguerentur? t.3. tr.1. r.1. §. Et tandem. p.2
Qui Missam celebrat non præmissa confessione casu, quo eam præmittere tenebatur, an committat duplex peccatum? t.1. tr.3. r.186. §.1. p.214
Idem est de illo, qui non præmisit contritionem. ibid.
Idem est, si in statu peccati mortalis, non jejunus, vel excommunicatus quis Missam celebret. ibid. §.2
Qui celebrat urgente necessitate, sine prævia confessione habens casum reservatum cum excommunicatione annexa, an in tali casu teneatur confiteri Sacerdoti inferiori? t.1. tr.5. r.32. §.1. p.285
Si Missam Pontifex celebrat, si propter tremorem manus non possit elevare Calicem, nec frangere Hostiam, an possit secum dispensare super hos ritus, & cæremonias? t.3. tr.1. r.102. §.1. p.135
Et an habeat justam causam secum dispensandi super hoc? ibid. §.2. & seqq.
Et an ad id teneatur? ibid.
Et quid cum aliis circa supradictos ritus? ibid. Vbi an fractio, & missio Hostiæ pertineant ad essentiam Sacrificii.
Et quod Carthusienses non elevant sacrum calicem pro conservatione suarum cæremoniarum, ibid. Vbi etiam quod in sumptione utriusque speciei non conceditur abundantior gratia, quam sub una tantum. §.7. p.136
Missam qui celebrat pro stipendio, & sui laboris pretio, an possit hanc suam operam Petro addere? tom.4. tract.3. ref.1. §.5. p.66
Missam concelebrat Episcopus recens consecratus cum consecratore. t.4. tr.8. r.89. §. Quid ego. p.385
Missam in supradictis casibus celebrans, si præveniatur à concelebrantibus, quid fiat? ibid. §. Ex his. p.386
Si Missam celebravit Sacerdos absque prævia confessione urgente necessitate, an illud, *Quamprimum confiteatur*, Concilii sit verbum imperativum, & ideo non importet præceptum

præceptum ad mortale, sed consilium, & admonitionem? t.9. tr.7. r.96. §.1. p.412
Vt Missam celebret Sacerdos non jejunus, an Pontifex dispensare possit? t.3. tr.1. r.55. §.1. p.73
Vbi an singulo quoque anno Pontifex dispenset in jejunio saltem tacitè cùm Cardinali, qui celebrat coram eo in nocte Nativitatis Domini, vel an pro illa nocte in ejus Capella Pontifex anticipet diem naturalem? §.2
Missam si quis celebret bona fide in Altari nondum consecrato, vel quod amisit consecrationem, an Altare illud non indigeat alia consecratione? t.4. tr.1. r.24. §.6. p.17
Et quid, si Sacerdos mala fide celebrat, esto peccaverit? ibid.
Si Missam celebret excommunicatus excommunicatione minori, an sit irregularis? t.5. tr.1. r.182. §.4. p.107
Si Missam celebret intra Ecclesiam interdictus ab ejus ingressu, an irregularitatem incurrat? tom.5. tr.4. r.15. §.1. in fine. pag.203
Si Missam in toto anno Sacerdos non celebret, an peccet mortaliter? t.7. tr.1. r.123. §.2. p.87
Si Missam celebret excommunicatus non toleratus, an Ecclesia violetur? t.9. tr.1. r.131. §.7. p.86
Et an altare, & paramenta polluantur? ibid. §.4
Si quis Missam celebret in Ecclesia polluta ante reconciliationem, an remaneat consecrata? Et quid, si mala fide celebrat? t.9. tr.1. r.139. §.1. p.90
Et in dicto casu Sacerdos celebrans non incurrit irregularitatem, nec suspensionem ab ingressu Ecclesiæ. ibid. §.3
Si Missam celebret Sacerdos cum vestibus non benedictis, & in calice non consecrato, an remaneant benedicta, & consecrata? t.9. tr.1. r.140. §.3. p.91
Missas duas celebrare in die an Sacerdos in aliquo casu possit? t.3. tr.1. r.54. §.5. p.72
Missas celebrare in Oratoriis privatis quis, quo modo, & quando possit. Vide verb. *Oratorium*, & tom.4. tr.2. de Oratoriis privatis, ubi invenies plures difficultates, signanter in r.17. 18. 23. 27. 28. 31. 33. 38. 39. 43. 48. 49. 52. 54. & 55. à p.27. usque ad 62
Missas duas an celebrare possit Episcopus, qui in die natalis Domini fuit consecratus in prima? tom.4. tr.8. ref.94. §.1. pag.289
Idem est de Sacerdotibus ordinatis in die Natalis Domini ex dispensatione. ibid. §. Ex his. p.390
Vide verb. *Sacerdos*. tom.1
Item verb. *Cardinalis Primicerius*. tom.2
Item verb. *Concelebrare*, *Consecrare*, *Diœcesis*, *Interdictum*, *Lingua*, *Sacerdos*. tom.3
Item verb. *Anima Applicare*, *Bulla Cruciatæ*, *Capella*, *Capellania*, *Capellanus*, *Clausula*, *Cathecumenus*, *Defunctus*, *Dies Dominica*, *Episcopus*, *Feria*, *Mendicantes*, *Monialis*, *Oratorium*, *Pœna*, *Restituere*, *Sacerdos*. tom.4
Item verb. *Clericus*, *Degradatus*, *Diaconus*, *Dispensatio*, *Ecclesia*, *Ecclesiasticus*, *Episcopus*, *Hermaphroditus*, *Laicus*, *Locus*, *Sacrificium*. tom.5
Item verb. *Beneficiarius*, *Eleemosyna*, *Hæres*. tom.6.
Item verb. *Amicus*, *Festum*, *Interdictum*. tom.7
Item verb. *Feria quinta*, *Sacerdos*. tom.8
Item verb. *Feria 6. Parasceves*, *Iter*. tom.9

Missæ auditio.

De præcepto illam audiendi in die festo.

Quidam scrupulis angebatur, an habuerit intentionem implendi præceptum Missæ? Ideo benignam aliquam opinionem impense à me postulabat. Et hoc dubium oriebatur, quia sciebat, quod præter attentionem internam necesse esset ad implendum præceptum audiendi Missam, intentio formalis, vel virtualis, qua vult dictum præceptum adimplere. tom.2. tr.3. ref.1. p.221
Ex quo deducitur, quod si quis audiat Missam ex devotione putans non esse diem festum, an teneatur postea aliam Missam audire? ibid. ante medium. §.1. &c.
Ex quo etiam advertitur satisfacere præcepto, qui vult Missam audire cum voluntate expressa non adimplendi præceptum audiendi Missam, nec opus esse mutare animum in tempore habili, & applicare pro implendo præcepto Missam illam auditam. ibid. §.3. ante medium, &c.
An si quis audiat Missam sine interna attentione satisfaciat præcepto Ecclesiæ? tom.2. tract.3. ref.2. & in aliis ejus not. pag.222
Ex quo infertur satisfacere eum præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro, qui tempore Sacri legit Horas Canonicas, ad quas obligatur. ibid. §.2. &c.
An qui voluntarie sine attentione interna audiret Missam, teneatur postea iterum illam audire? tom.2. tr.3. r.3. & in plurimis aliis ejus not. pag.222
An si quis audiat Missam impositam pro pœnitentia à Confessario sine interna attentione satisfaciat? Idem est de recitatione Rosarii à Confessario pro pœnitentia imposita. t.2. tr.3. r.4. & in aliis ejus not.2. p.223
An Sacerdos satisfaciat præcepto Ecclesiæ de audiendo Missam in die festo, si Missam dixerit cum voluntaria distractione? ibid. §.2. &c.
Quis summo mane audivit Missam, postea Episcopus fecit illum diem festivum de præcepto, quæritur, an teneatur audire aliam Missam? t.2. tr.3. r.5. p.224
An si quis in die festo audiat Missam immemor præcepti, an teneatur ad aliud Sacrum audiendum? ibid.
Si quis voverit audire Sacrum, & illud audiat cum positiva intentione non satisfaciendi voto, an teneatur audire alterum Sacrum? ibid. in fine Ref.
Quænam distantia ab Ecclesia excuset, ut quis non teneatur illam adire ad audiendam in diebus festivis? tom.2. tract.3. ref.6. pag.225
Et advertitur, quod si forte contingat in urbe plura esse Templa, & loca interdicta, longiusque distare Ecclesiam aliquam intra urbem, vel suburbiis liberam ab interdicto, tenebuntur etiam fœminæ delicatæ, & alicujus authoritatis, seclusa gravi Cœli intemperie eò ire, ut in die festo audiant Missam. ibid. post medium Ref. &c.
An distantia unius leucæ sit sufficiens, ut quis ab auditione Missæ excusetur? Et quid, si iter cum equo faciendum sit? Et an hoc intelligatur in tempus, quod non sit serenum, aut in via sint flumina, torrentes, & hujusmodi: aut si equus, mula, aut asinus, in quo iter quis acturus sit, sint tardi, &c. t.2. tr.3. r.7. p.225
Et docetur milliarium sufficere ad excusandum quemlibet à Missa in die festo, specialiter fœminas delicatas, & alicujus authoritatis. ibid. §.2
An Mater, vel nutrix excusetur ab audienda Missa de præcepto, si non potest infantulum domi relinquere, sed necesse sit secum in Ecclesia deferre? Idem est de ancillis, quæ infantibus assistere debent. t.2. tr.3. r.8. p.225
An pueri habentes usum rationis teneantur statim præcepto audiendi Missam in die festo? tomo secundo, tractatu 3. ref.9. pag.226
An mutus, surdus, & cæcus teneantur Missam in diebus festivis audire? t.2. tr.3. r.10. p.226
An Sereniſſimus Senatus Venetus, & omnes alii, qui audiunt Missam in Templo D. Marci dicì solitam à Primicerio illius Ecclesiæ ante mediam noctem, satisfaciant præcepto audiendi Missam in die Nativitatis Domini? tom.2. tract.3. r.11. pag.227
Idem est dicendum de audientibus Missam Nativitatis Domini, quæ coram Summo Pontifice in illa nocte ab Eminentissimo Cardinali celebratur. Et in tali casu an Pontifex anticipet diem sequentem, vel dispenset, ut Cardinalis celebret non jejunus. tom.2. tract.3. ref.12. & in aliis ejus notationum. pag.228
An famuli, qui non habent aliud tempus confitendi, nisi dum dicitur Missa, satisfaciant præcepto audiendi Sacrum in diebus festivis? t.2. tr.3. r.13. p.229
Et cursim docetur licitum esse ob notabile commodum temporale etiam à Sacro abesse in die festo, si alia ratione

id

id obtinere quis nequit. ibidem paulo post initium §. 1. vers. Si enim.
Et advertitur, quod ad satisfaciendum præcepto Missæ absolute non est opus audire verba, aut videre Sacrificantem, sed sufficit, ut interfit cum reverentia, ut Sacrificium sua præsentia honoret. ibidem ante medium dicti §. &c.
An satisfaciat præcepto audiendi Missam Religiosus, vel Sacerdos podagra laborans, qui audit Missam, & simul excipit confessiones Novitiorum, vel peccata venialia aliorum? ibid. in fine res.
An excommunicatus maiori excommunicatione, si in die festivo ex præcepto audiat Missam, & postea obtineat absolutionem excommunicationis teneatur iterum audire aliam Missam? tomo secundo, tractatu tertio, resolution. 14. p. 229
Superest adhuc difficultas, an excommunicatus, qui ob negligentiam suam perseverat in excommunicatione, peccet contra præceptum audiendi Missam in die festo? Et an idem dicendum sit de infirmo negligente in procuranda salute, & de carcerato negligente in procuranda libertate. ibid. §. 4. p. 230
Et an peccet non audiendo antea Sacrum, qui prævidet se de proximo reddi impotentem ad illud audiendum incurrendo excommunicationem vel se inebriando, aut ingrediendo peregrinationem, vel iter voluntarium, &c. ibidem §. quarto, ad medium, à vers. Non nego, &c.
An qui audit Missam à Sacerdote excommunicato vitando, vel à degradato, & deposito, aut suspenso, vel interdicto impleat præceptum Ecclesiæ de audienda Missa in die festo? tomo secundo, tractatu tertio, resol. 15. pagina 230
Et notatur excusari ab auditione Missæ in die festo eos, qui non habent alium Sacerdotem quam publice concubinarium. ibid. §. 3. p. 231
An satisfaciat Missæ præcepto, qui inserviens Missæ aliquando recedit à Sacrificio? ibid. §. 4. &c.
An licitum sit à Ministro existente in peccato mortali petere celebrationem Missæ, ut quis satisfaciat præcepto illam audiendi? tomo secundo, tractatu tertio, resol. 16. pag. 231
Et an hoc intelligatur, sive si Minister sit paratus ad ministrandum, sive non; sive sit meus Parochus & Pastor, sive non; modo adsit necessitas vel justa, & rationabilis causa, & mea utilitas? ibidem, §. ult. & in multis aliis eius not.
An qui audit Missam è fenestra domus suæ adimpleat præceptum? t. 2. tr. 3. r. 17. 18. p. 232
Et an si quis audiat Missam stando extra Ecclesiam in eius atrio, seu Cœmeterio satisfaciat præcepto, ibidem, §. 2. resol. 17. pag. 232
Et docetur existentes post parietem Ecclesiæ, & Missam audientes satisfacere præcepto. ibid. §. 2. resol. 18. & in aliis eius not. pag. 232
Et quamvis Missa in Altari valde remoto, vel alta Turri, & si esset privata, an vere dicatur præsens illi, ac proinde satisfaciat præcepto, quamvis Sacerdotem non videat, nec audiat? ibid. in eodem §.
An qui audit Missam post Evangelium inclusivè satisfaciat præcepto? tomo secundo, tractatu tertio, resol. 20. 21. p. 233. & 234
Et quid, si ab Offertorio usque ad benedictionem Sacerdotis interfit? ibidem, ult. resolution. 21. pagina 234
Et docetur, quod quis non tenetur Missæ interesse nisi usque ad missionem, & benedictionem Sacerdotis, & ideo non tenetur audire Evangelium S. Ioannis, si in principio Missæ audivit aliud primum Evangelium ibidem §. 2. ad medium.
An in auditione Missæ detur parvitas materiæ? Et an si quis non interfit consecrationi, & sumptioni, vel parti Canonis, licet reliqua omnia Missæ audiat, non satisfaciat præcepto? tom. 2. tract. 3. resolution. 22. per totam. pag. 234
An quis accedit ad audiendum Sacrum dum præfatio dicitur, & non sit aliud, teneatur illud audire? tom. 2. tr. 3. resol. 23. p. 235
Et an peccet mortaliter, qui non assistit consecrationi, licet totam Missam audiat? ibidem, in fine §. secundi.
Et an qui tamen usque ad consecrationem interesse possit, non censeatur adstrictus usque ad illam assistere, cum in illa parte præceptum de audiendo Sacro nequeat impleri quoad substantiam? ibidem in fine resolutionis.
An qui adest præsens, & audit totam Missam, dempto tempore consumptionis Sacrificii adimpleat præceptum? Et resolutio huius quæstionis pendet ex illa, an consumptio sit de substantia Sacrificii Missæ? t. 2. tr. 3. resol. 24. & in aliis eius not. p. 235
Et infertur eum, qui de Ecclesia egreditur, quando Sacerdos vult consecrare, & finita consecratione statim regreditur, peccare lethaliter, nec satisfacere præcepto. ibid. §. 2. ad medium, &c.
Et quid dicendum est de eo, qui tempore non solum sumptionis, sed etiam consecrationis ingrederetur Sacristiam ad afferendum aliquid necessarium, an satisfaciat præcepto de audienda Missa in die festo? ibidem §. 3. &c.
Et quid etiam, si quis exiret extra Ecclesiam ad faciendum, vel deferendum aliquid ad Missam necessarium? ibidem à lin. 6. dicti §. 3
An si quis adesset præsens tempore consecrationis, satisfaceret præcepto Missæ? tomo secundo, tract. 3. resolution. 25. pag. 236
Et quid, si quis voluntarie, & sine necessitate exeat ante consecrationem, & utraque facta redeat, an censeatur omisisse partem notabilem, ita ut non impleat præceptum Missæ? ibid. §. 1. &c.
Et quid si omisisset à consecratione inclusivè usque ad *Pater noster*, etiam inclusivè? ibid. §. 2. à lin. 3. &c.
Et deducitur an essentia Sacrificii consistat in Consecratione, vel Communione? ibidem §. 3. paulo post initium, &c.
Et an qui venit in medio Missæ ultimæ, teneatur saltem audire illam partem, quæ restat? ibidem, in dicto §. paulo inferius à vers. an qui &c.
Sic etiam Feria Sexta Hebdomadæ Sanctæ non tenetur quis adesse Officio illius diei, etiam occurrente festo. ibid. ad medium dicti §. &c.
An qui audit Missam ab uno Sacerdote à Consecratione usque ad finem, & postea ab alio usque ad consecrationem, satisfaciat præcepto? Et non est dubitandum quod satisfacit, si priorem partem prius audiat, & posteriorem posterius. tom. 2. tract. 3. resol. 26. & in aliis eius not. pag. 236
Et docetur posse aliquem eodem tempore tres Missas audire, & satisfacere præcepto, voto, & pœnitentiæ. ibid. prope fin. resol. & in aliis eius not.
Et notatur non satisfacere præcepto Confessarii de audiendis Missis duabus, illum, qui simul tempore ambas audiret; quod aliqui etiam asserunt de illo, qui ex voto, vel pœnitentia sibi iniuncta tenetur audire tres Missas, vel plures. t. 2. tr. 3. r. 27. §. ult. per totum. p. 237
An Petrus satisfaciat præcepto Missæ, qui eodem tempore Sacrum duorum Sacerdotum media ex parte audit; nempe Missam unius Sacerdotis usque ad consecrationem, & Missam alterius Sacerdotis à Consecratione usque in finem? tom. 2. tract. 3. resolut. 28. §. 2. & in aliis eius not. pag. 237
Et an qui duplicem Missam audire tenetur, possit eas simul audire, dum eæ in duplici Altari simul celebrantur. ibid. sub finem, & in aliis eius not.

Et an quis possit brevissimo temporis interstitio, & intra duo minuta Missam audire, si in quatuor, vel decem, v.g. Altaribus variæ Missæ proportionatæ anterioritate sic celebrentur? tom.2. tract.3. resol.238. §.2. post medium, vers. Colligo, pag.239

An eadem actione duobus præceptis satisfacere possimus? Et pro roboranda sententia negativa diversi casus adducuntur in textu huius Resolutionis. Et hæc quæstio maxime proponitur pro præcepto audiendi Missam in die festo. t.2. tr.3. r.30. p.239

Appendix ad alias difficultates, quæ mistæ dispersæ sunt per alios Tomos, & Tractatus, & simul pertinent ad hoc verbum. De præcepto audiendi Missam in die festo.

In Missæ auditione in diebus festivis tempore pestis, an possit Episcopus dispensare cum omnibus in domibus reclusis propter suspicionem pestis, vel quid est faciendum? t.4. tr.6. r.69. §.2. p.238

Missæ auditionis tempus, an quis prævenire teneatur, si timet, quod quando obliget præceptum, opportunitas non erit? t.5. tr.9. r.21. §.2. p.386

Vt Missam audiat an Episcopus possit in suo Palatio Oratorium privatum habere pro sola sua commoditate? t.4. tr.2. r.2. §.1. & 2. pag.28

Idem est de Episcopo titulari, & Prælatis habentibus jura Episcopalia. t.4.tr.2.r.9.& 10.p.31 & 32

Vt Missam audiat tempore interdicti in die festo, an quis teneatur sumere Bullam Cruciatæ? tom.4. tract.2. resol.36. §.3. pag.49

Si Missam extraneus audiat in die festo bona fide in privato Oratorio, an satisfaciat præcepto? tom.4. tract.2. resol.42. §.5. & seqq. p.54

Et si postea cognoscat id esse sibi prohibitum, an teneatur aliam Missam audire, ut impleat præceptum? ibid.

Et quid de audientibus Missam in Oratorio de licentia Parochi in die festo? ibid. §.3. p.53

Vt Missam audiat an quis possit virtute Cruciatæ habere Oratorium privatum in domo sua? tom.4. tract.2. resol.48. §.1. & seqq. pag.57

Ne Missam eandem quis audiat simul cum excommunicato, prohibetur, sed præter excommunicationem poterit excusari à mortali, si careat inductione, & cooperatione, & fiat absque contemptu, & scandalo. t.5. tract.1. resol.136. §.2. pag.82

Si Missam audiat laicus non interdictus in loco interdicto sine vi, & scandalo, an peccet mortaliter? t.5. tr.4. resol.2. §.2. pag.198

Ad Missam audiendam non est admittendus Hæreticus causa pendente. t.5. tr.10. r.55. §.4. p.437

Missam audiendi an quis teneatur prævenire tempus, qui timet, quod in alio non erit opportunitas, vel Sacerdos pro adimpletione præcepti? tom.1. tract.3. resol.65. §.1. pag.131

Missam non audiendo excommunicatus in diebus festivis, si negligens sit in obtinenda absolutione excommunicationis, an peccet contra præceptum? tom.5. tr.1. resol.129. §.1. pag.80

Et si dictus excommunicatus non audiat Missam per annum, si postea obtenta absolutione excommunicationis confiteatur, an teneatur se accusare, quod peccaverit toties contra præceptum? ibid. §.3

Missam audiens in Oratorio privato in diebus vetitis in indulto dicti Oratorii, an satisfaciat præcepto? t.4. tr.2. resol.27. §.3. pag.43

Et quid, si habeat Bullam Cruciatæ? t.4.tr.2.r.28.§.1.p.44

Et quid, si Episcopus sub pœna excommunicationis prohibeat, ne quis Missam audiat in Oratoriis privatis aliqua die ex solemnioribus, an hoc non obstante, qui habet Bullam Cruciatæ possit ibi in dictis diebus Missam audire? ibidem §.3

Propter Missam præcepti quam Sacerdos tenetur audire, modo deficiat Missa, an possit Sacerdos simplex, deficiente copia Confessarii, celebrare contritus? tom.1. tract.3.r.149.§.2. pag.191

Et an ad id teneatur? ibid. §.3

Et an etiam, ut alii audiant Missam præcepti, si non est alius, qui celebret? t.1. tr.3. r.150. §. ibid.

De Parocho non est dubitandum. tom.1. tract.3. resol.151. pagina 191

Missam audire non tenetur populus, si sit cessatio à divinis in aliqua civitate, quamvis tunc concedatur alicui Ecclesiæ, ut in ea agatur res sacra. tom.1. tr.3. resol.157. § 3. pag.195

Qui Missam audire tenetur ex pœnitentia, si illam audiat post Evangelium dictum, non peccat mortaliter ratione parvitas materiæ. tom.1. tract.6. resolution.46. §.3. pagina 337

Qui Missam audire singulis diebus per mensem pro pœnitentia habet, an teneatur diebus festivis duas Missas audire? tomo primo, tract.6. resolution.51. §.1. & seqq. pagina 339

Qui Missam non audire toto anno statuit, unum tantum peccatum committit, & sufficienter confitetur, si dicat, habui propositum non audiendi Sacrum. t.1. tract.7. r.18.§.8. pag.354

Missam audire in propriis Parochiis non tenentur fideles in diebus Dominicis, & festis, stante consuetudine, & privilegiis. t.3. tr.3. r.87. §.2. p.352

Et quid, si Episcopus ferat excommunicationem super hoc? ibidem §.3. pag.353

Missam audire de præcepto an possit frater Episcopi cum uxore, & reliqua sua familia in aliquo ex Oratoriis Episcopi, illo præsente. t.4. tr.2.r.3.§.1.p.28

Et an familiares Episcopi mortuo, vel absente Episcopo? Idem est de familiaribus Cardinalis. tom.4. tract.2.resol.7. & 8. pag.30. & 31.

Missam de præcepto audire an possint sæculares, & vassalli Regularium in Oratorio Grangiæ Regularium? t.4. tr.2. r.12.§.2. pag.34

Missam de præcepto an teneatur audire tempore interdicti, qui habet Bullam Cruciatæ? tom.4. tract.2. resol.35. §.2. pag.49

Missam audire pro præcepto diei festi an possint familiares in Oratorio privato Domini, si non adsit Dominus præsens. t.4. tr.2. r.39. §.1. p.51

Et quid, si familiares habeant Bullam Cruciatæ, & etiam tempore interdicti? ibid. §.2

Missam de præcepto audire an possint commorantes in domo sæcularis habentis Oratorium privatum, si suis expensis vivat? tomo quarto, tractatu secundo, resol.41. §.1. pag.52

Si Missam audire quis nequeat nisi in Oratorio privato, non tenetur illam ibi audire. tom.4. tract.2. resol.42. §.5. pag.54

Et quid dicendum de audientibus Missam de præcepto in Oratoriis Episcoporum, Regularium, & in Oratorio privato sæcularis virtute Cruciatæ, an satisfaciant præcepto? ibidem §.4

Missam audire an teneatur dubitans, an hodie sit dies festus? t.4. tr.6. r.2. §.2. p.202.

Missam audire Sacerdotis interdicti personaliter an licitum sit alicui non interdicto. tom.5. tract.4. resol.14. per totam. pag.202

Missam audire certa die quis vovit, sed impeditus fuit pro ea die, an teneatur Missam audire altera die? t.8. tr.4. resol.15. §.1. pag.53

Et quid, si dubius sit an emiserit votum intuitu temporis? ibidem.

Si Missam solitam audire Cardinales omitterent, & procederent ad scrutinium in electione Pontificis, an incurrant excommunicationem? tom.9. tract.7. resolution.111. §.6. pag.425

An

An possit audiri Missa de præcepto in Oratorio privato tempore interdicti? t.4.tr.2.r.38.§.1. & 2.p.51
Qui Missam audit immemor pœnitentiæ injunctæ audiendi Missam talem, an satisfaciat præcepto pœnitentiæ injunctæ, & satisfactio illa fuerit pars Sacramenti, itaut possit prodesse ex opere operato? tomo primo, tractatu 6. res.33.§.1. pag.330
Et quid, si prædictum injunctum opus pœnitens executioni mandet cum intentione expressa illam non implendi, an tunc satisfaciat præcepto Confessarii, sed tamen non habeat rationem partis Sacramenti, & per consequens non remittat pœnam ex opere operato? ibid. §.2.p.331
Qui Missam non audit in die Dominico, in quem accidit festum alicujus Sancti, an satisfaciat dicens in confessione se in die festo semel Missæ sacrificium prætermisisse? tom.1.tract.7.res.58.§.1.pag.374
Qui Missam de præcepto audit in die Sabbathi sancti, an teneatur audire etiam Vesperas; secus autem an peccet venialiter? t.2.tr.1.r.75.§.7.p.40
Qui Missam audit animo non satisfaciendi pro tunc, sed postea iterando, an satisfaciat præcepto cum illa prima Missa? t.3.tr.6.r.46.§.1.p.443
Idem est de pœnitentia injuncta audiendi Missam, &c. ibid. §.4
Qui Missam audit sine attentione saltem virtualiter, an satisfaciat præcepto? tomo tertio, tractatu 5. resolut.47. §.1.& 5. ibid.
Et quid, si quis Missam audiat cum distractione voluntaria: ibid. §.2. & 5
Et an talis possit absolvi, etiam si emendationem non proponeret; t.3.tr.6.r.48.§.1.p.444
Et quid, si careat attentione extrinseca ex inadvertentia? ibid. §.6
Qui Missam non audivit propter studium an teneatur in confessione explicare hanc circumstantiam? t.1.tract.7. res.59.§.1.& seq.pag.374
Et quid, si aliquibus proponeret omittere Missam propter pigritiam, vel aliam causam, & postea tempore celebrationis Missæ domi studeret, aut ambularet, an hi actus dicantur causa omissionis Missæ, & consequenter sint peccata? t.1.tr.7.r.60.§.2.p.375
Si duas Missas audire in diebus festis Confessarius præcipiat in pœnitentiam, an intelligatur in illis Missa de præcepto? t.1.tr.6 r.12.§.3.pag.314
Si Missas duas audire Confessarius injunxit? an satisfaciat pœnitens, si simul ex uno loco illas audiat à duobus Sacerdotibus? t.1.tr.6.r.52.§.1.& seq.p.340
Vide verb. *Præceptum*. tom.2
Item verb. *Interdictum*, *Lex*, *Occupatio*, *Rubrica*. tom.3
Item verb. *Commissarius Cruciatæ*, *Consanguineus*, *Domesticus*, *Dominus*, *Episcopus*, *Facultas*, *Familiares*, *Hospes*, *Interdictum*, *Regulares*, tom4
Item verb. *Assistere*, *Communicatio civilis*, *Dubitare*, *Hæreticus*. tom.5
Item verb. *Laborare*. tom.6
Item verb. *Audire Missam*. tom.7
An saltem Commissarius Cruciatæ possit dare licentiam audiendi Missam, vel celebrandi in Oratorio privato? t.4. tr.2. r.49. p.58
An designatio Oratorii privati virtute Cruciatæ tempore interdicti possit fieri à quocumque ordinario? tom.4. tr.2. res.50. pag.59
Et an hoc non procedat in designatione Oratorii privati, quod viris Nobilibus à Pontifice conceditur, sed talis designatio fieri debet ab Ordinario loci? ibidem. §. ult. à lin.3. &c.
Qui intelligantur sub nomine domesticorum, ut possint in Oratorio privato audire Missam tempore interdicti vigore Bullæ Cruciatæ? tom.4. tract.2. resolut.51. & in aliis ejus not. pag.19
Et an si quis stet extra domun Domini, si ejus expensis alitur, possit gaudere dicto privilego Bullæ Cruciatæ? ibidem, §.2. pagina 60
Et an Dominus, audito sacro, possit alteri interesse in gratiam famulorum, qui aberant? ibid. §.3. &c.
An tempore interdicti, ut quis possit celebrare domi in Oratorio privato virtute Cruciatæ, sit omnino necessaria licentia Episcopi? t.4. tr.2. r.52. p.60
Et in dicto Casu, quomodo sit intelligendum privilegium cum consanguineis familiaribus, &c. ad audiendam Missam in supradicto Oratorio? ibid. §.2. &c. ubi satis clare, & specifice pro omnibus personis contentis in Indulto, & in r.55. per totam. p.61
Et an sit necessarium, ut semper sit præsens Dominus, ut possit celebrari Missa in dicto Oratorio, pro consanguineis, familiaribus, &c. non præsente Domino? ibidem. in dicto §. &c.
An saltem virtute Cruciatæ possint celebrari plures Missæ in privatis Oratoriis? t.4. tr.2. r.54. & in aliis ejus not. p.61
Et an laicus, vel Clericus, qui Bullam Cruciatæ habet, possit vi illius invitare Sacerdotem ad celebrandum in Oratorio qualibet die etiam ex solennioribus, quamvis Sacerdos ipse Bulla careat, vel ipsemet Sacerdos possit Ministrum privilegiatum exhortare ad utendum suo privilegio, per quod facultatem habet, ut Sacerdos in præsentia ipsius Ministri celebret? ibid. prope fin. §.1
An in privatis Oratoriis cum licentia Summi Pontificis approbatis ab Ordinario licitum sit virtute Bullæ Cruciatæ non solum in diebus concessis, sed etiam in Festivitatibus prohibitis celebrare, & ibi Missam audire? Et quid tempore interdicti? t.4. tr.2. r.55. p.62
An saltem qui habet Bullam Cruciatæ in Sicilia, Hispania, &c. satisfaciat præcepto audiendi Missam in dictis Oratoriis? t.4. tr.2. r.56. p.62
An in die Paschatis virtute Cruciatæ possit quis in Oratorio privato alicujus domus sumere ex devotione Eucharistiam, vel sine Bulla in Ecclesiis Regularium? t.4. tr.2. res.57. & in multis aliis ejus notationum. p.63
Et infertur virum Nobilem, qui habet Indultum à Pontifice de oratorio privato posse virtute Cruciatæ audire Missam in illo die Paschatis, non obstante prohibitione dicti Indulti, & sumere Eucharistiam à Sacerdote Sæculari, vel Regulari in prædicta die, dummodo illa communio non sit communio Paschatis, id est, ut præceptum annualis communionis adimpleat. t.4. tr.2. r.58. §.4. p.64
Imo si habens oratorium ob justam causam non potest Ecclesiam adire, ut in Paschate ad implendum præceptum Eucharistiam recipiat, petita à Parocho licentia, & injuste negata, ut in eo adimpleat si habet Bullam Cruciatæ, potest adimplere in supradicto oratorio. ibid. ad medium dicti §.4. &c.
An utentes oratorio virtute Cruciatæ teneantur fundere aliquas preces, & orationes, & an mentales, vel vocales? Et de quantitate orationis etiam agitur. tom.4. tract.2. res.59. §.1. & 2. p.64
Et an visitantes in domo sua oratorium privatum lucrétur Indulgentiam Bullæ Cruciatæ concessam visitantibus unam Ecclesiam? ibid. §.3. & magis late in r.60. & 61. p.65
Et visitando oratorium quinquies, an teneatur intrare, vel exire quinquies oratorium, vel sufficiat, ut quinquies corde visitet, non autem motu corporali. Et explanatur, quid sub nomine Ecclesiæ intelligatur, ibid. in utraque res. &c.
Et an dicta Oratoria privata gaudeant privilegio Immunitatis Ecclesiæ? Et quid de oratoriis privatis Religiosorum ratione Claustri & Grangiarum? tom.4. tr.2. r.62. p.65. & in aliis ejus not.
Oratoria Cardinalium, & Episcoporum, an possint dici Ecclesiæ? t.4. tr.8. r.81. §.1. p.376
Oratoria non sunt pollutiones Ecclesiasticæ capacia. ibid. §.1
Oratoria privata domorum non gaudent Immunitate Ecclesiæ. t.9. tr.1. r.9. §.2. p.11
In oratoriis privatis conceditur, ut una tantum Missa celebretur, sed accedente gravi causa aliquando plures dici possunt, v.g. cum dominus illius domus primam non audivit. Et cum quis mortuus est in domo, ubi est oratorium, & corpore præsente, plures Missæ dicuntur, ut habet consuetudo. t.4. tr.2. r.21. §.4. p.40
In oratoriis Cardinalium, & Episcoporum an possint Sacramenta ministrari? t.4. tr.8. r.81. §.1. p.376
In Oratoriis supradictis an liceat consecrationem Episcopalem ministrare? ibid. §. Vidisti. p.377
In oratoriis Episcoporum an possint ordines etiam majores conferri? ibid. §. Dices.
Vt in suis oratoriis prædicet laicus, an Superiores Regulares licentiam concedere possint? t.7. tr.1. r.64. §.1. p.42
Et in dicto casu an Episcopus possit contradicere dicto laico, vel exigere, ut benedictionem petat ab ipso, & ut prius faciat fidei professionem? ibid.

Si in Oratorio privato datur facultas celebrandi, an expiret morte concedentis, re integra? tom.1. tract.3. resol.8. §.4. p.89
Si in Oratorio alicujus domus, in quo de licentia Episcopi Missæ celebrantur, quis haberet copulam, an sit circumstantia aperienda in confessione? tom.1. tract.7. res.83. §.1. p.384
In Oratorio obligatus celebrare, an peccet alibi celebrando? Et in tali casu an teneatur ad aliquam restitutionem? t.4. tr.1. r.15. §.1. & seqq. p.12
Oratorium erigendi facultatem an habeat Episcopus ante consecrationem? t.4. tr.6. r.102. §.1. p.394
Oratorium Confraternitatum an gaudeat Immunitate Ecclesiæ? t.9. tr.1. r.6. §.2. p.5
Si oratorium non adsit in Palatiis Episcopi; ubi divinum celebratur Sacrificium, an gaudeant dicta Palatia Immunitate? t.9. tr.1. r.17. §.1. p.15
Vide verb. *Interdictum*. tom.3

Orbiculus.

Orbiculus, qui Agnus Dei vocatur, vide verb. *Agnus Dei*. tom.4.

Orbis.

In toto orbe Christiano an summus Pontifex habeat temporalem potestatem? t.9. tr.2. r.17. §.1. p.109
Per totum orbem an acquirant libertatem servi, qui illam acquisierunt Romæ in Capitulo? tom.7. tract.8. res.23. per totam. pag.440
Vide verb. *Imperator*. tom.9

Ordinare.

Ordinare an possit Iudex laicus, ut Sæculares & Ecclesiastici censuras non observent, & ut tollantur cedulones à portis Ecclesiarum? t.9. tr.2. r.48. §.1. p.126
Vide verb. *Iuramentum*, *Contractus*. tom.9

Ordinare in sacris.

Ordinare Diœcesanos suos per alium Episcopum Pontificalia exercentem an possit Capitulum sede vacante intra eundem annum vacationis sedis? tom.3. tract.5. res.12. §.3. pag.387
Ordinari non debent Hermaphroditi, utrumque sexum æque participantes. t.4. tr.8. r.112. §.1. p.402
Ordinari an possit Hermaphroditus erumpens in marem? ibid. §. At quid. p.404
Ordinari ante legitimam ætatem in foro conscientiæ Regulares an possint contra Concilium Trid. tom.7. tract.1. res.126. per totam. pag.88
Ordinari absque interstitiis, & extra tempora, & absque examine de cantu ab Episcopo an alii Regulares possint vittute privilegii concessi Societati Iesu? tom.7. tract.1. res.259. §.1. pag.172
Vt ordinet Diaconus aliam Diaconum, vel saltem subdiaconum, an Pontifex facultatem dare possit? tom.3. tr.1. res.74. §.1. pag.94
Si ordinet aliquem Capitulum sede vacante intra annum contra formam Concilii Trid. an ordinatus possit obtinere beneficium? t.3. tr.5. r.15. §.1. p.388
Si ordinetur nulliter professus an incurrat suspensionem & irregularitatem? Et docetur quid facere Episcopus debeat quando Regulares ordinat. tom.7. tract.1. res.187. per totam. pag.118

Ordinaria Pœna.

Vide verb. *Pœna*. tom.5

Ordinarius.

Sub Ordinarii nomine quinam comprehendantur ad ornatum Concilii Trident sess.24. c.1. de Reform. & aliorum textuum, & Canonum? tom. 2. tractatu 6. resolut.90. §.1. pag.388
Vbi latè, & notabilia, atque diversæ personæ proponuntur, quæ comprehenduntur sub nomine Ordinarii.
Vbi, quod Episcopus, Archiepiscopus in sua Diœcesi, & aliquando comparatione suffraganeorum, Cardinalis respectu suæ Ecclesiæ titularis, legatus Pontificis in Provincia suæ legationis, Capitulum sede vacante, seu ejus Vicarius, Abbates Ecclesiæ nulli Episcopo subjecti, Vicarius Generalis Episcopi, seu provisor, omnes supradicti comprehenduntur sub nomine Ordinarii, itaut possint validè assistere matrimoniis, & dare licentiam assistendi.
Et quid de Vicariis forensibus? Et quid de Abbatibus Commendatariis perpetuis habentibus jura Episcopalia, ut Abbatia Farfensis, &c. ibid. §.6. & 9. p.389
Et an Magistri Scholæ Salmanticensis quoad Scholares, si forte Matrimonium contrahere velint, si sunt scripti in Matricula, an sit Ordinarius eorumdem scholasticorum, itaut possit valide assistere eorum matrimoniis, & aliis assistendi licentiam dare? ibid. §.11
Ordinarii, mortuo Pontifice, possunt conferre beneficia vacantia etiam in mensibus Pontifici reservatis, donec regulæ Cancellariæ fuerint à Pontifice successore confirmatæ. t.6. tr.1. r.31. §.1. p.24
Ab Ordinario Confessarius approbatus in una Diœcesi, an Per Bullam Cruciatæ, vel Iubilæum in alia Diœcesi possit eligi sine nova approbatione Ordinarii loci, sive Ordinarius ille sit originis, beneficii, aut domicilii, & sive Ordinarius sit pœnitentis, sive Confessarii? tom.4. tr.3. res.17. §.1. p.73.
Et quinam intelligantur sub nomine Ordinarii? ibid. §.5
Si ab Ordinario loci Regularis non est approbatus, an sit eligibilis per Iubilæum, vel Cruciatam? tom.4. tract.4. res.6. §.1. pag.144
Idem est de Canonico Pœnitentiario. ibid. §.2
Ab Ordinario quicumque Confessarius approbatus, an possit tempore Iubilæi moniales à peccatis, vel à casibus, & censuris reservatis absolvere? tom.4. tract.4. resol.10. & 11. pag.146
Ordinario loci an subiiciat non coactivè, & læsione exemptionis Papa Religiosos volentes acquirere Iubilæum? t.4. tr.4. r.12. §.2. p.147
Ordinario Moniales subjectæ, an subjaceant casibus, & censuris, quas ipse Ordinarius generaliter reservat pro sua Diœcesi, etiamsi de his Monialibus non fiat expressa mentio in edicto reservationis? tom.7. tract.1. res.317. §.3. pag.221
Ordinario proprio loci an liceat dare aliquid ex causa benedictionis, vel susceptionis habitus, seu professionis Monialium? t.7. tr.3. r.49. per totam. p.269
De licentia, quam Ordinarius potest dare assistendi matrimonio: ubi pro praxi varii casus. tom.2. tract.6. res.88. §.1. pag.383
Ordinarius, si injustè deneget approbare Oratorium an possit privilegiatus eo uti? tom.4. tract.2. resol.24. §.1. & seqq. pag.42
Licet Ordinarius loci ad ornatum Concilii Trid. sess.25. c.4. de Regul. possit capere Regularem transeuntem per suum territorium, non tamen juste detinere, si fidem faceret se gravatum appellasse ad Superiorem. t.7. tr.1. r.11. per totam. p.8
Vide verb. *Confessio*, *Designatio*, *Dispensatio*, *Ius*, *Monialis*, *Prælatus Regularis*. tom.4
Item verb. *Ejicere*. tom.7. *Iurisdictio*, *Officium*. tom.9

Ordinatio Episcopalis.

Ad ordinationis Episcopi valorem, an requiratur ut fiat tribus Episcopis? tomo tertio, tractatu primo, resolut.61. §.1. pag.81
Vide verb. *Ordo Episcopalis*. tom.4. & 5

Ordinatus.

Ordinati simoniacè an sint irregulares? tom.5. tract.7. res.53. §.8. pag.307

Contra ordinatos ſimoniacè pœna an extendatur ad eos, qui prima tonſura initiantur ? tom.5. tract.7. reſol.3. §.1. pag.307

Vbi an ſuſpenſio quam ſimoniacè ordinati incurrunt, per ſuſpenſionem cujuſlibet Ordinis incurratur ? ibid. §.4

Contra ordinatos ſimoniacè quæ pœnæ ſint latæ ? t.5. tr.7. reſ.4. §.2. pag.308

Ordinatus Clericus per ſaltum ante legitimam ætatem, vel per alienum Epiſcopum, abſque dimiſſoriis, vel per Epiſcopum excommunicatum, ſuſpenſum, vel depoſitum, an gaudeat privilegio Canonis, & fori ? t.5.tr.2. reſ.42. §. ult. pag.150

Ordinatus prima Tonſura ab Epiſcopo alieno ſuſpenditur. t.5. tr.3. r.12. §.1. p.174

Ordinatus ante legitimam ætatem, extra tempora, ſine dimiſſoriis, vel cum falſis, aut per ſimoniam, vel ab Epiſcopo impedito Ordines faciendi, v. g. excommunicato, ſuſpenſo, interdicto, &c. an gaudeat privilegio fori ? t.9. tr.2. r.146. per totam. p.167

Ordinis Sacramentum.

In ordinis Sacramento an ſit exprimenda perſona ſuſcipiens illud ? t.1. tr.1 r.60. §.1. p.39

Qui ordinis Sacramentum invalidè miniſtrat, an teneatur cum periculo vitæ, & honoris manifeſtate hunc defectum ? t.1. tr.1. r.9. §.3. p.7

Et quid maximè, ſi ordo Sacerdotalis, aut Epiſcopalis invalidè fuiſſet collatus ? ibid.

Ordinis Sacramentum an poſſit miniſtrari caſu, in quo in aliqua Provincia remota penuria eſſet Sacerdotum, & non eſſet niſi unus Epiſcopus, & ille eſſet excommunicatus denunciatus, aut publicus Clerici percuſſor ? tom.1. tr.1. reſ.15. §.5. pag.14

Vide verb. *Ordo Sacer.*

Ordo.

Vide verb. *Monitio.* tom.7

Ordo correctionis.

Vide tract.4. tomi 7. à reſ.36. uſques ad 41. & reſ.48. 51. & 64

Ordo Epiſcopalis.

Ordinis Epiſcopalis ſuſpenſio ad quid ſe extendat ? t.5. tr.3. reſ.23. §.1. p.178

Tonſuram primam Epiſcopus conferens ſine proprii Epiſcopi licentia, an incurrat ſuſpenſionem latam in cap. eos de temp. Ordin. in 6. tomo quinto, tractatu 3. reſol.24. §.1. ibid.

Et in dicto caſu an incurrat ſuſpenſionem Ordinum, vel ſolum à collatione primæ Tonſuræ ? ibidem. §.2. in fine. pag.179

Tonſuram primam Epiſcopus conferens in alienaDiœceſi, an incurrat ſuſpenſionem ? t.5. tr.3. r.25. §.1. ibid.

Ordo Epiſcopalis an diſtinguatur à Sacerdotali ? tom.4. tr.8. reſ.3. §.1. pag.314

Ordo Epiſcopalis ordinatur ad Miſſæ ſacrificium. ibid.

Ordo Epiſcopalis imprimit charactarem diſtinctum à Sacerdotali. ibidem. §. & ad tertiam & magis latè in reſ.7. 8. & 9. pag.317

Ordo Epiſcopalis eſt quadripartitus, ſive 4. gradus habet. Hi ſunt Patriarchæ, & Archiepiſcopi, Metropolitani, & Epiſcopi ? t.4. tr.8. r.4. §.2. p.314

Ordo Epiſcopalis an conſtituat octavum ordinem ? tom.4. tract.8. reſ.11. §.1. pag.319

Ordo Epiſcopalis prærequirit Sacerdotalem. tom.4. tract.8. reſ.53. §.1. pag.352

Ordo Epiſcopalis cur die Dominica confertur ? tom.4. tr.8. reſ.62. §. Sed ſi. pag.362

Ordo Epiſcopalis quo in loco, & qua hora conferatur ? t.4. tr.8 r.64. §.1. ibid.

Ordo Epiſcopalis eſt major ordine Sacerdotali ? tom.4. tr.8. r.76. §.1. & ſeqq. p.372. & 373

Ordo Miſericordiæ.

Vide verb. *Exceſſus.* tom.8

Ordo.

Pro Sacramento Ordinis.

An Chriſtus Dominus determinaverit in individuo omnes materias Sacramenti Ordinis ? tom.2. tr.5. r.1. & in aliis ejus not. late. p.267

An materia, & forma Ordinum fuerint inſtituta à Chriſto Domino ? t.2. tr.5. r.2. p.268

De materia Ordinis Subdiaconatus. tomo ſecundo, tract.5. reſ.3. pag.269

Et notatur non eſſe neceſſarium in traditione Calicis hujus Ordinis Calicem eſſe conſecratum. ibid. §.3. & in reſ.4. à lin.2. pag.269.

An Subdiaconus Ordinatus cum Calice non conſecrato debeat iterum Ordinari ? Et quid, ſi traditus eſt Subdiacono Calix non conſecratus cum Patena conſecrata ? t.2. tr.5. reſ.4. pag.269

Et infertur, an Calix, qui in ordinatione Subdiaconatus cum Patena porrigitur, debeat eſſe conſecratus de neceſſitate Sacramenti ? ibid. à lin.2. § 1

Et an ſi Preſbytero tradatur ab Epiſcopo materia vera panis, & vini in Calice, & Patena non conſecratis, aut in aliis quibuscumque vaſis, Ordo ſit validus ? ibidem poſt medium reſ. à verſ. Vnde, & in aliis ejus not.

De materia Ordinis Diaconatus. Et an ſi Epiſcopus Ordinet aliquem Diaconum cum traditione libri Evangelii tantum ſine impoſitione manuum eſſet vere Ordinatus ? tom.2. tract.5. reſ.5. pag.269

De materia ordinis Preſbyteratus. tom.2. tr.5. r.6. & in aliis ejus not. pag.270

Et aſſeritur ordinationem Sacerdotis perfici in prolatione primæ formæ cum applicatione ſuæ materiæ, & impoſitione manuum cum verbis ſecundæ formæ non eſſe de eſſentia, & ſubſtantia ordinis Sacerdotalis, ſed adhibenda ſunt ratione præcepti. ibid. §.2. ad medium, &c.

An inſtrumenta Ordinis debeant neceſſario Ordinandis porrigi immediate ab Epiſcopo, & non per Archidiaconum ? tom.2. tract.5. reſ.7. pag.270

Et an contactus phyſicus, & non moralis inſtrumentorum ſit de neceſſitate ordinis ? t.2. tr.5. r.7. §.6. poſt medium, & in aliis ejus not. p.271

Et an Sacerdos ordinatus cum Calice, & patena non conſecratis debeat iterum ordinari cum conditione ? Et quid dicendum de Diacono, & Subdiacono in dicto caſu ? ibid. §.9. & ſeqq. & in aliis eorum notationum

An Ordinandus Sacerdos debeat de neceſſitate Sacramenti tangere Hoſtiam, vel aliam materiam Ordinis ? t.2. tr.5. reſ.8. pag.272

Et an ſufficiat non ſolum tangere Hoſtiam, ſed patenam tantum, imo & ſolum Calicem ? ibid. in fine §.2. & in §.3. & in aliis ejus not. ult.

Quidam Diaconus, cum ordinem Sacerdotalem ſumeret tetigit Calicem cum Patena, ſed non tetigit Hoſtiam, quæſivit à me poſtea, an talis contactus ſit de neceſſitate Sacramenti ? t.2. tr.5. r.9. p.272

Et quid, ſi tantum tangat Calicem, in quo eſt Patena cum Hoſtia, non vero tangat ipſam Hoſtiam, nec Patenam ? ibid. &c.

Et quid eſt ſentiendum, ſi tantum tangat Hoſtiam ſolam, & non Patenam neque Calicem ? ibid. &c.

Et an ſaltem talis Ordinatus teneatur tangere Calicem, & Patenam. ibid. &c.

Et an contactus phyſicus inſtrumentorum in ordinatione ſit de neceſſitate Sacramenti, vel tantum de neceſſitate præcepti ? ibid. §.3. &c.

An qui in ordinatione Sacerdotis tetigit tantum Calicem, & non Patenam, valide ordinatus fuerit ? t.2. tr.5. r.10 & in multis aliis ejus not. p.273

An.

An Sacerdos, qui in Ordinatione tetigit Calicem, & non Patenam poſſit pro Miſſis dicendis accipere ſtipendium, niſi denuo Ordinetur ſub conditione? tom. 2. tract. 5. reſ. 11. p. 273

Et an contactus phyſicus Patenæ requiratur de neceſſitate Sacramenti? Et utrum ſit æqualis ratio de contactu Hoſtiæ ac de contactu Calicis, & Patenæ? ibid.

Et an ſit futura valida conſecratio, ſi Epiſcopus porrigat panem extra Patenam? Idem eſt de vino extra Calicem. ibid. §. ult. & in aliis ejus not. p. 274

An Sacerdos, ſi in Ordinatione tetigerit Patenam, ſed non Hoſtiam, ſit ſub conditione iterum ordinandus? Et quid, ſi in Patena Hoſtia non eſſet? Idem eſt dicendum de eo, qui ordinaretur ſolo tactu Calicis non tangens Patenam. Et an peccet mortaliter iſte, qui immediate Hoſtiam non tageret in ſupradicto caſu? tom. 2. tract. 5. reſolut. 12. à §. 1. ad 5. & in aliis eorum notationum. p. 274

Super eſt alius ſingularis, & curioſus caſus, videlicet, Joannes Sacerdos conſecrandus accedens ad Epiſcopum Patenam, & Calicem porrigentem, ſive turbatus, ſive aliunde non tetigit nuda manu Patenam, ſive Calicem, ſed digitos Epiſcopi, & mediante manica Albæ Calicem, quæritur, an valida ſit ordinatio, an vero ſub conditione iteranda? ibid. §. 6. & 7. p. 275

Quidam ſuſcepit Ordinem Preſbyteratus, & in Calice non fuit vinum appoſitum, quæritur, an Sacramentum fuerit invalidum, & ſit denuo ordinandus? Et quid, ſi in Patena non fuit Hoſtia triticea? tom. 2. tr. 5. r. 13. 14. & 15. p. 276. & 277

Et quid eſt agendum, ſi eſſet probabile non defuiſſe vinum in Calice, & quid ſi eſſet certum non fuiſſe vinum in Calice? ibid. ante medium. §. 2. r. 14

Et quid eſt faciendum in praxi, quando caſus in facti contingentia acciderit? ibidem. in reſolutione 15. in fine. pag. 277

Et deducitur peccare mortaliter, qui malitioſè conſecraret, vel ordinaretur cum una tantum ſpecie. ibid. §. 6. & 7

An ſi Epiſcopus proferat verba formæ antequam applicetur materia, vel contra, Ordo ſit iterandus? t. 2. tr. 5. r. 16. & in aliis ejus not. p. 277

An Epiſcopus poſſit ſupplere aliquem defectum ordinationis quovis tempore? t. 2. tr. 5. r. 17. p. 278

Et an quando ſupplendus eſt aliquis defectus Ordinum, non ſit neceſſarium reiterari omnes ritus Ordinum, ſed ille Solus, in quo defectus commiſſus fuerit? Et an ſine peccato poſſit ſuppleri prædictus defectus, quin Epiſcopus induatur veſtibus ſacris? ibidem. à medio §. 2. uſque in finem reſ.

An ſi in aliqua Ordinatione non fuit, v. g. applicata debita materia, poſſit die ſequenti adhiberi, non expectando aliam Ordinationem? Et an ſit neceſſarium, ut in Eccleſia, vel alio publico loco defectus ſuppleatur, vel ſatis ſit in ſecretiori loco? Et an defectus poſſit ſuppleri à quocumque Epiſcopo? tom. 2. tract. 5. reſolut. 18. pagina 278

Et an liceat eodem die tam minores, quam majores iterare, vel an magis conſultum ſit minores Ordines cum Subdiaconatu uno die, & duobus ſequentibus Diaconatum, & Sacerdotium ſuſcipere? ibidem ante medium. §. 1. verſ. Propter.

An aliquis Epiſcopus Ordines, aliaque Pontificalia exercere poſſit in loco exempto de licentia Ordinarii illius loci, nulla ab Epiſcopo, (intra cujus Diœceſim locus ille eſt exemptus) irrequiſita licentia? Et quid, ſi locus exemptus ad nullam Diœceſim pertineat? ibid. §. 2. & in aliis ejus not. p. 279

An ſi adſint opiniones pro validitate, vel nullitate alicujus Ordinis, teneatur in hoc caſu quis Ordinem denuo recipere? tom. 2. tractatu 5. reſolutione 19. & in aliis ejus not. p. 279

Ex quo infertur, quod Sacerdos, & Epiſcopus, ſi non tetigit vaſa ſacra, aut illud inſtrumentum in cujus porrectione imprimitur Character, tenetur iterate Ordinem ſub conditione; & ſecus autem ſi quis ſumeret Diaconatum, & Subdiaconatum. ibidem. §. 2. & in multis aliis ejus not.

Et breviter notatur Sacerdotem, qui immediate tetigit Patenam, licet non tetigerit Hoſtiam, poſſit tuta conſcientia exercere Ordinem Sacerdotalem, nec tenetur illum iterare. ibid. in fine §. 2. &c.

Et advertitur, quod ſola oblivio, aut ſolus timor non eſt ſufficiens ad verum dubium, aut probabilitatem, ut illico Ordo iterandus ſit. ibid. §. ult. p. 280

Quam intentionem habere debeat Sacerdos noviter Ordinatus, quando cum Epiſcopo in Miſſarum ſolenniis concelebrat? t. 2. tr. 5. r. 20. p. 280

An Sacerdos, cum Ordinatur, ſi intelligit jam verba à ſocio prolata eſſe teneatur ipſe non proferre ulterius verba conſecrationis? tom. 2. tr. 5. r. 21. p. 280

An Epiſcopus conferat etiam Epiſcopalem Ordinem? Et an oporteat Epiſcopum Ordinari ab Archiepiſcopo, vel à Summo Pontifice? t. 2. tr. 5. r. 22. p. 280

Et an ſaltem Epiſcopus debeat à tribus Epiſcopis conſecrari? ibid. in fine, &c.

An ſolus Epiſcopus ſit Miniſter Ordinarius Sacramenti Ordinis? t. 2. tr. 5. reſ. 23. p. 281

Et advertitur à quocumque vero Epiſcopo, ſive hæretico, ſive ſchiſmatico, ſive Catholico conferri poſſe valde Sacramentum Ordinis, peccabit tamen lethaliter, ſi Sacramentum hoc miniſtret, quando id prohibetur facere ab Eccleſia. ibidem in fine reſ. & in aliis ejus not.

An Epiſcopus ſuſpenſus, excommunicatus, interdictus, depoſitus, Degradatus, vel hæreticus valide conferat Ordines? tom. 2. tr. 5. reſol. 24. & in multis aliis ejus not. p. 281

An Epiſcopus ſuſpenſus à collatione Ordinum Minorum, poſſit adhuc conferre Ordines majores? Et an ſaltem in prædicto caſu poſſit Epiſcopus conferre primam Tonſuram? Et quid, ſi ſuſpendatur à collatione certi Ordinis? t. 2. tr. 5. r. 25. p. 282

Et curſim docetur, quod Epiſcopus ſuſpenſus ab Officio confirmandi, non ideo ſuſpenſus cenſetur ab Officio Ordinandi? ibidem.

An interdictus à Sacro faciendo poſſit Ordines conferre? Et an in dicto caſu non ſolum minores conferre poſſit Epiſcopus, ſed etiam alio celebrante poſſit majores Ordines conferre? t. 2. tr. 5. r. 26. p. 282

An Epiſcopus poſſit valde conferre Ordinem, quem non ſuſcepit? t. 2. tr. 5. r. 27. p. 282

Et deducitur ſimplicem Sacerdotem poſſe quidem ex commiſſione Pontificis conferre aliquos Ordines, dummodo illos, quos confert, habeat? ibidem in fine. §. 2. &c.

Et docetur, quod ille, qui recipit Ordinem Sacerdotalem ſine reliquis, verè eſt Sacerdos, poteſtque exercere munera Diaconi, Subdiaconi, Acholyti, &c. ibidem.

An Epiſcopus Titularis licite poſſit conferre Ordines? t. 2. tr. 5. r. 28. p. 283

Et an Epiſcopus Titularis non poſſit familiarem ſuum, ſeu commenſalem Ordinare ſine licentia ſui Epiſcopi, quamvis cum illo per triennium commoraverit? ibid. §. ult. pag. 284

Et an in tali caſu Ordo teneat, ſi illum talis Epiſcopus Ordinaverit, quamvis puniatur arbitrio ſui ordinarii, & Epiſcopus Titularis, qui eum ordinavit, ſine commendatitiis ſui Epiſcopi, à Pontificali ſuſpenditur per annum? ibidem, in dicto §. ult.

An Epiſcopus, qui tantum loco, & non dignitati renunciavit, poſſit conferre Ordines? Et quid maximè, ſi rogetur ab alio Epiſcopo? tom. 2. tract. 5. reſol. 29. Pagina 284

An

An Episcopus, qui loco, & dignitati renunciavit, possit saltem conferre Ordines minores? Et notatur non posse majores ordines conferre, etiam ab alio Episcopo rogatus. t. 2. tr. 5. r. 30. p. 284

Quibus Episcopus possit valide ministrare Sacramentum Ordinis? t. 2. tr. 5. r. 31. p. 284

An Episcopus in aliena Diœcesi sine licentia possit conferre suis subditis primam Tonsuram? tom. 2. tract. 5. res. 32. pag. 284

n si in dimissoria concedatur licentia Ordinandi à quocumque Episcopo in propria Diœcesi Ordinante, possit quis ordinari ab Episcopo in aliena Diœcesi de licentia Ordinarii Ordinationem exercente? tom. 2. tract. 5. res. 33. pag. 285

Et an Episcopus per ratihabitionem possit ordinare alienum subditum? ibidem ante medium §. 2. &c.

An Episcopus invitatus ad Ordinandum in aliena Diœcesi, possit ibi Ordinare non solum suos subditos, sed etiam alienos literas dimissorias suorum Episcoporum portantes? t. 2. tr. 5. r. 34. p. 285

An qui accepit, v. g. unum Ordinem ab Episcopo originis, possit variare, & alium accipere ab Episcopo beneficii? t. 2. tr. 5. res. 35. p. 285

Et an hodie Regulares possint, non obstante Decreto Clem. VIII. die 5. Iunii 1599. Ordinari ad Episcopo originis, neque id à Concilio Tridentino prohiberi, neque à dicto Decreto, neque ab usu contrario, vel sint à fortiori ordinandi ab Episcopo Diœcesano? ibidem. §. ult. & p. 286

An subditus, si elegit, v. g. pro Ordine suscipiendo Episcopum domicilii, possit postea variare, & sumere Ordines ab Episcopo originis, vel beneficii? t. 2. tract. 5. res. 36 pag. 286

An qui, v. g. suscepit Ordines minores ab Episcopo domicilii, possit variare, & suscipere subdiaconatum ab Episcopo originis propriæ, vel paternæ, & postea Diaconatum, & Sacerdotium ab Episcopis beneficiorum? Et absolute docetur habentem plura beneficia in diversis Diœcesibus posse, à quo maluerit Antistite, Ordinari. tom. 2. tr. 5. resol. 37. & in aliis ejus notationum. pagina 286

Et an supradicta opinio in aliquo casu irritetur? Et an hoc non solum in majoribus, verum etiam in minoribus Ordinibus locum habeat? tom. 2. tr. 5. r. 38. p. 287

Et an laïcus promoveri ad primam Tonsuram possit etiam per Episcopum non suum? Et notatur, quod in isto casu non incurrit suspensionem, quam ipso jure Sacris Ordinatus incurreret, si ab alieno Episcopo Ordinem susciperet. ibid. §. 3. &c.

An Episcopus possit Ordinare aliquem, qui fortuito natus est in sua Diœcesi, ita ut sit ei subditus originis? t. 2. tr. 5. r. 39. p. 287

An dicatur Episcopus Originis, in cujus Diœcesi natus est Pater Clerici ordinandi? Et quid, si Pater tempore nativitatis filii illius ad aliam Diœcesim jam transtulerat domicilium, an ex Sacra declaratione Congregationis Concilii, possit filius Ordinari ab Episcopo paternæ originis? t. 2. tr. 5. r. 40. & r. 41. p. 288

An filius alicujus Officialis Regis, in alicubi communitatis possit ab Episcopo illius loci Ordinari? t. 2. tr. 5. res. 42. pag. 289

An si quis habeat duo domicilia, possit uterque Episcopus illum Ordinare? Et quid est dicendum, de ejus filio? Et quid si sit alibi natus fortuito: tom. 2. tract. 5. res. 43. pag. 289

Quando quis dicatur contrahere domicilium, ut Episcopus possit illum Ordinare? Et aliqua advertuntur pro Clericis exteris, qui cum dimissoriis suorum Ordinariorum in Civitate Neapolitana morantur? t. 2. tr. 5. res. 44. pag. 289

An Episcopus possit Ordinare Barones feudatarios, & eorum filios? t. 2. tr. 5. res. 45. p. 290

An Episcopus possit Ordinare Scholares Universitatis? Et quid etiam, si per decennium ibidem commoraverint? t. 2. tr. 5. res. 46. p. 290

Et infertur filios eorum, qui forte in Universitate uxorem duxerunt animo in Patriam redeundi, non posse ordinari ab Episcopo Universitatis. ibid. §. 2

An Episcopus possit Ordinare aliquem, qui ex fornicatione natus est, ex matre certo loco, domicilium habente, & Patre alio? t. 2. tr. 5. r. 47. p. 290

An Episcopus, ut possit ordinare aliquem ratione beneficii, illud debeat esse perpetuum? tom. 2. tractat. 5. resolut. 48. pag. 291

Et asseritur non posse quem Ordinari ratione Capellaniæ etiam perpetuæ, posse tamen ordinari in Commendam, si Commenda est perpetua; nam Commenda perpetua est beneficium. ibid. §. ult.

An quis possit Ordinari ab Episcopo, in cujus Diœcesi est beneficium, licet sit tenue? t. 2. tr. 5. res. 49. & 50. pag. 291. & 292

Et notatur ratione beneficii tenuis posse aliquem Ordinari ab Episcopo, ubi est beneficium, etiam si illud beneficium non requirat residentiam, nec in illo resideat, nec in illius Diœcesi, & sic non eximatur à jurisdictione primi Episcopi. ibid. §. ult. r. 49. p. 291

Et quid, si tenui beneficio adjungatur patrimonium, itaque ut conflatum ex utroque sufficiat ad sustentationem? ibid. §. 3. r. 50. p. 292

Et notatur sacram Congregationem respondisse promotum ab alieno Episcopo ex causa beneficii tenuissimi, male promotum fuisse, ipsumque promotum suspensum esse ab executione Ordinum, atque Collatorem à collatione per annum. ibid. §. 4

An ut Episcopus possit ordinare aliquem ratione beneficii existentis in sua Diœcesi, sufficiat, ut beneficium sit simplex? t. 2. tr. 5. r. 51. & 52. p. 292. & 293

An Episcopus possit aliquem Ordinare, cui paulo antea beneficium confert? t. 2. tr. 5. r. 53. p. 293

An ad fugiendam jurisdictionem Episcopi domicilii possit quis Ordinari alibi titulo beneficii? tom. 2. tract. 5. resolut. 54. p. 293

Et an Episcopus possit ordinare illum, qui in sua Diœcesi nullum habebat beneficium, si hac sola intentione illi confert? ibid. §. 4. p. 294

Et an prædictus Episcopus in tali casu possit dispensare in interstitiis cum illo providendo, & in illegitimitate ad Ordines, sicut potest Episcopus domicilii? ibid. §. 7. & seqq. &c.

An Episcopus, ut aliquem justo titulo ordinet, possit illi beneficium conferre immediate ante Ordinationem, & illum postea statim ordinare? tom. 2. tract. 5. res. 55. pagina 294

Et quid, si beneficium sit tenue trium, vel quatuor aureorum? ibid. §. 3. p. 295

An qui habet plura beneficia in diversis Diœcesibus, possit ab omnibus illis Episcopis ordinari? Et an hoc etiam præter Episcopum originis vel domicilii, à quibus etiam poterit ordinari? tom. 2. tract. 5. resol. 56. & in aliis ejus notationum. p. 295

An sola actualis possessio beneficii, ita ut non solus titulus, & Collatio sufficiat, ut quis ab Episcopo possit ordinari? t. 2. tr. 5. r. 57. p. 295

An Episcopus possit Ordinare aliquem, qui in sua Diœcesi haberet pensionem? tom. 2. tract. 5. resolution. 58. pagina 295

An Episcopus possit triennalem familiarem non subditum ad Ordines promovere? tom. 2. tract. 5. resol. 59. pagina 295

An hoc privilegium extendatur ad Episcopos Titulares? tom. 2. tr. 5. r. 60. p. 296

An ut Episcopus ordinet suum familiarem triennalem, sufficiat ultimum annum esse inceptum? tom. 2. tract. 5. res. 61. pag. 296

An servitium triennale sufficiat esse inceptum ante assumptionem ad Episcopatum? tom. 2. tract. 5. res. 62. pagina 296
An familiaris Episcopi per triennium an regione remota possit ab illo Ordinari? tom. 2. tractatu 5. resolut. 63. pagina 296
An Episcopus possit ordinare suum familiarem servientem tamen illum in Civitate, sed extra domum? tom. 2. tract. 5. r. 64. p. 296
An Episcopus possit ordinare famulum sui familiaris triennalis? Et supponitur istum famulum inservisse familiari Episcopi per triennium. tom. 2. tract. 5. resol. 65. & 66. p. 297
Et cursim deducitur familiares familiarium Cardinalium frui privilegio familiarium Cardinalium. ibid. in fine §. 1. res. 66
Et notatur, quod si Episcopus conferat beneficium in ea Diœcesi, possit statim suum familiarem ordinare non expectato triennio. ibidem §. 2. resol. 66. & magis late in r. 67. p. 297
An Episcopus debeat statim conferre beneficium suo triennali familiari, ut possit illum Ordinare? Et quid est intelligendum per verbum *statim*, an intelligatur, cum primum vacaverit? t. 2. tr. 5. r. 68. p. 298
An Episcopus possit suo familiari triennali dimissorias concedere? t. 2. tr. 5. r. 169. p. 298
An Episcopus possit dispensare in interstitiis, quando ordinat familiarem suum? tom. 2. tract. 5. resolut. 70. 71. pagina 298
Et quid etiam super illegitimitate ad minores Ordines? ibid. §. 2. res. 71
An qui sit Italicè, non autem Latine legere, possit ab Episcopo initiari prima Tonsura, & quid, si nesciat scribere? tom. 2. tr. 5. r. 72. p. 299
An mutus, surdus, & cœcus possunt ordinari? Et quid de surdastro, qui difficulter audit? tom. 2. tract. 5. res. 73. pag. 299
Et quid est dicendum de illis, qui impeditioris sunt linguæ, aut blæsi ut Moises, qui balbi ut Demosthenes, nisi forte notabilem difficultatem loquendi haberent? ibid. §. 2
Et quid est dicendum de carente visu oculi sinistri, qui dicitur oculus Canonis? ibid. §. ult. &c.
Ex quadam hujus Regni Civitate relata hæc quæstio mihi fuit. Possitne quidam Religiosus surdaster ad sacros Ordines promoveri? tom. 2. tractatu 5. resolutione 74. pagina 299
Utrum Religiosus, qui parum intelligit linguam Latinam sit ad sacros Ordines præsertim ad Sacerdotium admittendus? tom. 2. tractatu 5. resolutione 75. & 76. pagina 300
Idem est dicendum de Cantoribus, Canonicis, & Præbendariis Ecclesiæ Cathedralis. ibidem. prope finem. §. secundi.
Et notatur, quod examen de licentia, & doctrina Regularium ad recipiendos Ordines debet fieri ab Episcopo. Sed advertitur, quod Episcopi hac in re suam exonerant conscientiam cum conscientia Prælatorum ipsorum commendatitiis literis plenam, atque omnimodam fidem adhibendo. ibid. §. 4. res. 75. & in aliis ejus notat.
An privilegium quorumdam Abbatum conferendi Ordines minores duret adhuc non obstante Concil. Trid. sess. 25. c. 10. de Reformat? tom. 2. tr. 5. res. 78. & in aliis ejus not. p. 301
Et notatur supradictos Abbates posse his subditis sæcularibus dare literas dimissorias ad Ordines, neque hoc privilegium derogare Conc. Trid. ibid. §. ult. &c.
Quidam Abbas Benedictinus contulit Ordines minores quibusdam non sibi subditis, qui postea alios Ordines susceperunt, & in illis ministraverunt, quæritur, quid in hac re statuendum? t. 2. tr. 5. r. 79. p. 302
Et an dicti Ordines sint saltem iterandi sub conditione? ibid. §. 7
Et an prædicti Abbates possint conferre Ordines tam sæcularibus quàm Regularibus qui speciales literas dimissorias à suis Superioribus habuerunt? ibid. §. 4. & sequentibus, &c.
Et an si quis subditus sæcularis ordinaretur à supradictis Abbatibus, valeat quidem Ordinatio, & sit tantum illicita, non autem invalida? ibid.
Et advertitur, quod privilegium clausum in corpore juris, in generali derogatione nunquam censetur comprehendi. ibid. §. 3. & in aliis ejus notationum.
Et an aliqui Abbates hodie possint suis subditis conferre Ordines aliquos majores? tom. 2. tract. 5. res. 80. §. 5. & in aliis not. p. 305
An Abbates non benedicti possint conferre primam Tonsuram, & Ordines minores sibi non subditis? Et an possint supradictos Ordines conferre Novitiis? tom. 2. tr. 5. r. 81. p. 305
An Abbates benedicti possint conferre Diaconatum, & Subdiaconatum suis subditis? Et quid erga non subditos? t. 2. tr. 5. r. 82. p. 306
Et an ubi Concilium Trident. non est receptum, nulla sit super hoc difficultas? ibid. §. 3. &c.
Et an Abbates communicantes possint illa facultate uti? ibid. §. 1. &c.
An Abbates Clericis sæcularibus sibi subditis literas dimissorias concedere possint? tom. 2. tract. 5. res. 83. pagina 307
Et quid, si hujusmodi Prælatus esset Ordinarius privative ad Episcopum, & habeat jus visitandi, & synodum congregandi? ibid. §. ult.
An privilegium concessum Regularibus, ut possint initiari sacris Ordinibus extra tempora, extendatur etiam ad Novitios? tomo secundo, tractatu 5. resolut. 84. pagina 305
Et cursim docetur posse Superiorem concedere dimissorias supradictis Novitiis, & ordinari ab Abbatibus, qui possunt subditos professos ordinare. ibid. §. 2. ad medium, &c.
Et difficultas est, an privilegium concessum Societati Iesu, ut possint Ordinari extra tempora, &c. extendatur ad alias Religiones per communicationem privilegiorum ibidem. §. tertio. & seqq. & in aliis ejus notat. pagina 308
Et an quando quis Ordinatur virtute dicti privilegii, vel aliorum in tribus diebus festivis, possit Ordinari in festis duplicibus? ibid. §. 16. & in aliis ejus notation. pag. 309
Refelluntur plures opiniones circa Regulares in Ordine ad susceptionem Ordinum, ubi asseritur. Primo quod Prælati Regulares possunt concedere suis subditis Regularibus dimissorias ad Ordines ab Episcopo loci, & etiam à quolibet alio, suscipiendos, absque dimissoriis Episcopi illius loci? tom. 2. tract. 5. res. 85. §. 1. & 2. pag. 309
Secundo, quod Regulares ab Episcopo Ordinante examen de capacitate pati non tenentur, sed sufficit examen Prælatorum Regularium. ibidem. §. 3. & 4. & in aliis ejus not.
Tertio, quod Regulares possunt suscipere Ordines ante ætatem à Tridentino præscriptam. ibidem. §. 5. & in aliis ejus not.
Quarto, quod possunt Regulares in una eadem die sine temporibus à jure statutis sive extra illa sacros Ordines majores à quocumque Episcopo recipere? ibidem. §. sexto. &c.
Quinto, quod Regulares à quolibet Episcopo in propria, & aliena Diœcesi, & in suis propriis domibus Ordines recipere possunt sine licentia Episcopi Diœcesani, acetiam eo contradicente, & sine obligatione aliqua Ordinando imponenda. ibid. §. 7. &c.

Et aliæ difficultates adducuntur pro Abbatibus benedictis, & non benedictis, Cistercien sibus, & quatuor principalibus Abbatibus illius Ordinis, sed jam omnes supra sunt discussæ, & in hac res. adducuntur à §. 9. ad 18. inclusive.

An Regulares possint Ordinari ab Episcopo extra tempora à jure statuta? tom. 2. tr. 5. res. 86. & in multis aliis ejus not. p. 311

An Ordines Regularium habentes privilegium, ut possint Ordinare Regulares extra tempora, possint eo uti, ubi Concilium Trident. receptum est? t. 2. tr. 5. r. 87. p. 312

Et an vero pertineat ad Episcopum, vel ad Superiorem Regularem dispensare in interstitiis? ibid.

An Regulares possint dispensare cum suis subditis quoad interstitia, & ut Ordinentur extra tempora? tom. 2. tr. 5. r. 88. & in aliis ejus not. p. 312

Et an privilegia Regularium quoad facultatem suscipiendi duplicem Ordinem sacrum eodem die, & ab Episcopo in aliena Diœcesi absque licentia proprii sint revocata à Conc. Trid. ibid. post medium. §. 1. & 2. p. 313

Et an quando alicui privilegium conceditur, ut extra tempora in tribus Dominicis, vel diebus festivis ordinetur, quin additum fuerit, *Duplicibus*, vel *Semiduplicibus*, intelligi debeant de festis diebus, qui à Clero, & populo sub obligatione præcepti celebrantur? ibid. prope fin. §. 2. &c.

Et an privilegia Regularium revocata à Concil. Trident. intelliganturetiam revocata in foro conscientiæ, itaut Regulares uti illis non possit? ibid. propè fin. resol. à vers. an dicta, &c.

An dispensatio interstitiorum pertineat ad Episcopum etiam respectu interstitiorum? t. 2. tr. 5. r. 89. & in multis aliis ejus not. p. 314

Et advertitur, quod juxta Bullam Greg. XIII. Generales Societatis Jesu possunt, & ab illis delegatis dispensare cum suis subditis in interstitiis. ibid. §. 2

Et notatur suscipientes Ordines non servatis interstitiis nullam incurrere censuram, vel irregularitatem. ibid. §. ultim. &c.

An pro Episcopis in dispensatione interstitiorum cum Regularibus sufficiat sola attestatio Superiorum? Et an Regulares possint Ordinari non servatis temporum interstitiis? tom. 2. tract. 5. res. 90. & in multis aliis ejus not. pag. 314

Et an ex privilegio Clement. VIII. concesso Patribus Congregationis S. Ioannis Evangelistæ in Portugallia possint Regulares Ordinari extra tempora, & per quemcumque Episcopum tribus Dominicis, vel Festis continuis, vel interpolatis non servatis interstitiis à Concil. Trid. designatis? ibid. §. ult. &c.

An Constitutio Pii II. circa susceptionem Ordinum ante tempus, vel sine dimissoriis, & licentiis necessariis comprehendat Regulares? t. 2. tr. 5. r. 91. p. 314

Quæ causa sit sufficiens, ut Episcopus possit dispensare in interstitiis Ordinum Presbyteratus, an sit necessaria utilitas, & necessitas copulative? Et apponuntur quinque causæ, ut ex qualibet illarum possit Episcopus cum prædictis dispensare. tom. 2. tr. 5. resol. 92. 93. & 94. pag. 315. & 316

Et an ad minores Ordines, & Tonsuram mere arbitrium Episcopi sufficiat ad dispensandum? ibid. §. 3. resolutione 94. pag. 316

Et docetur posse Episcopum eodem die primam Tonsuram, minores Ordines & Subdiaconatum conferre. ibidem. §. 6. &c.

Et notatur Episcopum non posse dispensare ab interstitiis familiarem suum, alias non sibi subditum. ibid. §. 7. &c.

Et observatur facultatem remittendi interstitia concessam Episcopo ex causis transire in Capitulum Sede vacante, seu ejus Vicarium, quando tamen ex Decreto Concilii potest concedere licentiam Ordinandi. ibid. §. 2. resol. 92. &c.

An Episcopus beneficii possit dispensare in interstitiis? Et quid de illegimitate ad minores Ordines? t. 2. tract. 5. res. 95. pag. 317

An ex aliqua justa causa possit Episcopus conferre majores Ordines die Dominico? Et supponitur, quod majores Ordines non nisi in Sabbatho Quatuor temporum anni, aut in Sabbatho Sancto ante Dominicam Passionis dari possunt? tom. 2. tractatu 5. resolut. 96. pagina 317

Et notatur, quod minores Ordines Episcopus conferre potest tribus, aut etiam pluribus in qualibet Dominica, vel Festivo die, dummodo non videatur facere ordinationem generalem. ibid. §. 2. &c.

Et consuetudo recepta Episcoporum concedit, ut Feria sexta Vespere ante Sabbathum, in quo Sabbatho jure possunt omnes Ordines conferri, liceat dare minores Ordines. Et advertitur primam Tonsuram quovis anni tempore, quovis die, hora, & loco dari posse. ibid. in dicto. §.

An secluſa consuetudine, si adsit alicubi possit Episcopus eadem die conferre minores Ordines simul cum Subdiaconatu eidem Ordinando? Et in dicto casu an Episcopus debeat prius interstitia dispensare? tom. 2. tractatu 5. resolutione 97. & in multis aliis ejus not. pagina 318

An minores Ordines possint conferri diebus festivis duplicibus, non tamen servatis à populo ex præcepto? tom. 2. tr. 5. r. 98. p. 319

Et quid de Ordinibus sacris ex privilegio Papæ sumendis, ut conceditur in tribus diebus festivis? ibid. §. 2. ad medium, &c.

Et quid sub nomine diei festivi intelligatur? ibid. ante medium §. 1. &c.

Et docetur, quod in rigore juris non videtur vetitum quacumque die etiam feriali minores Ordines conferre? t. 2. tr. 5. r. 99. §. 3. ad lin. 6. p. 320

Et notatur suscipientes minores Ordines ante susceptionem Sacramenti Confirmationis, nec ipsos, neque Episcopum peccare mortaliter. ibid. §. 5. & magis late in res. 110. p. 320

Et an saltem peccent venialiter? ibidem. in fine §. 2. in resolut. 100

Et an suscipiens Ordinem ante confirmationem incurrat irregularitatem? tom. 2. tract. 5. resolutione 101. in fine pag. 321

Et an eo ipso, quod quis habeat dimissorias à suo Episcopo, ut possit Ordinari, possit etiam ab Episcopo Ordinante confirmari? t. 2. tr. 5. r. 100. §. 3. p. 320

Et notatur Episcopum non confirmatum posse valide alios confirmare & ordinare, neque hoc faciendo peccare mortaliter. ibid. §. ult. &c.

An in supputanda ætate Ordinandorum enumerandus sit dies Bissextilis, vel omittendus? Idem est in Ordine ad professionem pro anno probationis Novitiatus. t. 2. tr. 5. r. 102. p. 321

An in ætate requisita ad Ordines suscipiendos detur parvitas materiæ? t. 2. tr. 5. r. 103. p. 322

Et notatur, quod si esset quis in principio sequentis diei, v. g. hodie impletur ætas 24. annorum post dimidiam noctem, potest Ordinari Sacerdos. ibid. §. 3

Quidam Religiosus inchoavit annum 23. hora vigesima tertia diei, sed mane in eodem die recepit Ordinem Diaconatus, quæritur, an peccaverit, & in suspensionem inciderit tanquam ordinatus ante legitimam ætatem? tom. 2. tr. 5. r. 104. p. 322

An qui Vespere ingreditur annum assignatum pro aliquo Ordine suscipiendo possit mane præcedenti illum suscipere? t. 2. tr. 5. r. 105. p. 322

Et notatur, quod stando in rigorosa sententia, quod annus debeat esse inceptus, sufficit non per unum integrum diem, nec per unam horam, sed per unum, vel dimidium quadrantem sit inchoatus. ibid. §. 2. p. 323. &c.

Et

Et docetur Episcopum posse dispensare, si deficiant Ordinando duos, vel tres dies ad ætatem debitam ad suscipiendos Ordines. ibid. §. ult.
An si in aliqua Ordinatione Officialis Episcopi protestur Episcopum nolle ordinare irregulares, v. g. carentes patrimonio, &c. tales hoc non obstante ordinentur? Et quid est faciendum, quando ita casus acciderit in praxi? tom. 2. tractatu 5. resolutione 106. §. 1. & 2. pagina 323
Et notatur, quod non debent Episcopi accedentes ad Ordines prohibere sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne accedant ad Ordines cum impedimento occulto censuræ irregularitatis, &c. quin potius debent illos absolvere, & dispensare in casibus, quibus possint eos absolvere, & dispensare? ibid. §. ult.
An census redimibilis sufficiat ad patrimonium Clerici Ordinandi? tomo secundo, tractatu 5. resolut. 107. pagina 324
Et an sufficiat patrimonium ab alio donatum sub conditione, ut cesset statim ac Ordinando de sustentatione provisum sit? ibid. §. 3
Et notatur, quod hoc passim admittendum non est. ibid. in dicto §. 3
Et advertitur aliquem non posse promoveri ad sacros Ordines ad titulum beneficii, si titulus sit de futuro. ibid. §. quarto.
Et an quis Subdiaconum, vel Diaconum recipere possit, ad titulum beneficii præsentis, licet fructibus illius non statim potiretur, sed solum post receptum Presbyteratum illius frui inciperet? ibid. in eodem §. 4
Et an, quis possit promoveri ad Ordines ad titulum Coadjutoriæ? Et quid, maximè si coadjutoria habeat de præsenti congruam sustentationem? ibidem. in fine dicti §.
Et advertitur, quod impetrato beneficio, sed prohibita possessione à judice sæculari, non posse aliquem sumere sacros Ordines. ibid. §. ult.
An Episcopus in Regno Siciliæ possit Ordinare Subdiaconum, qui pro patrimonio tantum unctias undecim annuales habet, & multa alia circa patrimonium. t. 2. tr. 5. res. 108. p. 324
Et notatur, quod si aliquis Subdiaconus initiatur Diaconatu, aut Sacerdotio ostendens testimonium patrimonii renunciati, vel alienati, & tacens renunciationem factam, non incurrit pœnas statutas contra eos, qui absque patrimonio ordinantur. ibid. §. 3. p. 325
Et docetur Graduatum in jure Canonico, aut in Sacra Theologia sine titulo, aut patrimonio posse ordinari. Sed an vero contra hoc obstet declaratio Cardinalium? ibid. §. ult. &c.
An in patrimonio necessario ad sumendos Ordines sacros detur parvitas materiæ? tom. 2. tract. 5. resolut. 109. pagina 325
An Clericus possit alienare patrimonium absque licentia Episcopi, si aliunde acquisivit beneficium, vel alia bona sufficientia pro victu? tom. 2. tract. 5. res. 110. pagina 325
Et an si absque licentia Episcopi patrimonium vendas, permutes, obliges aut aliquo modo alienes, antequam habeas unde vivere possis, nulla sit talis alienatio? ibid. §. 4. & seq. p. 326
Et advertitur bona patrimonialia, ad quorum titulum Ordinatus es, non ob inde fieri bona Ecclesiastica; tametsi privilegio fori bonorum Ecclesiasticorum gaudeant. ibidem. §. ult.
An qui suscipit primam Tonsuram, vel minoribus Ordinibus initiatur, animo non ascendendi ad alios Ordines, sed gaudendi privilegio fori, & exemptione à tributis, peccet mortaliter? tom. 2. tract. 5. resolut. 111. pag. 326
An suscipiens Ordines minores sine Confirmatione peccet mortaliter, vel Episcopus illum ordinante? tom. 2. tr. 5. r. 112. §. 2. paulo post initium, & in multis aliis eius annotationum. p. 327
An Ordinatus Ordinibus Sacris ante pubertatem teneatur continere? Et quid si adeptus pubertatem votum castitatis in Ordine sacro contento non ratificavit? t. 2. tr. 5, r. 113. p. 328
Et an prædictum votum à Parentibus, vel Tutoribus absque causa aliqua irritari possit? ibidem. propè finem §. 1
Et an sit validum votum, & invalidum matrimonium contractum ab eo, qui Ordinem Sacrum accepit, ignorans illi annexum esse votum castitatis? ibidem. §. tertio, &c.
Et quid est dicendum, si quis suscipiat sacros Ordines cum intentione expressa non vovendi Castitatem, an hoc non obstante teneatur castitatem servare? ibidem. §. ultim. &c.
An Sacer Ordo susceptus per vim, & metum imprimat Characterem? tom. 2. tractatu 5. resolutione 114. pagina 328
Et deducitur, quod si ordinatus per vim, & metum recipit ordinem sine voluntate recipiendi Sacramentum, sed solum simulate, hic quidem ordinem non suscipit, quia invalide ordinatur. ibid. §. 5 p. 329
Item, cum quidam Ordinatus Subdiaconus obtinuisset ab Episcopo declaratoriam fuisse Ordinatum per vim, & metum, sed postea petens dispensationem à Summo Pontifice, ut ad alios Ordines sacros promoveri posset, dubitatum fuit à quibusdam in Dataria, an iste talis debeat saltem sub conditione sumere Ordinem Subdiaconatus? ibid. §. 4
Item quæritur, an Ordinatus per vim, & metum teneatur ad votum continentiæ? ibidem. §. 5. p. 329. & in res. 115. pag. 330
Et an prædictus possit licite contrahere matrimonium? Et teneatur ad recitandum Officium Divinum? ibid. in dicto §. 5. & res. 115. &c.
Et docetur, quod quocumque metu initiatus, quamtumvis gravi, si postea ratificet verbo, aut facto semel utens Ordine accepto sine ulla coactione, non erit jam in posterum sibi integrum resilire, sed continentiæ, & obligationi Officii Divini subjacebit, sicut cæteri sponte ordinati, & hoc autem intelligendum est, si sciens, & prudens exerceat; secus vero si per errorem, quo quis ad Ordinis observantiam existimat se esse adstrictum? ibidem. post medium dicti §. quinti. pagina 329
Et deducitur, quodo quand quis integre fassus est peccatum, quod fecit, dubitat tamen esse mortale, quamvis enim Confessor simili dubio teneretur, non est confessio iteranda illius peccati, si postea alteruter doctior factus, aut aliis consultis, novit id peccatum esse mortale, nisi aliunde confessio fuerit irrita, vel data opera quæsivit Confessarium ignarum, quia non est de essentia hujus Sacramenti, ut Sacerdos, & pœnitens cognoscant totam gravitatem culpæ? ibidem. sub finem resolut.28. & in §.4 res.30. &c.
Et an liceat eligere Confessarium, relicto proprio, quando scilicet ille proprius nequam est adeo, ut pœnitens merito timeat sibi damnum grave ab illo? t.1.tr.3.r.31.§.4.p.109
Et an qui habet facultatem eligendi Confessarium possit eligere simplicem Sacerdotem non approbatum? Et quid de Cardinalibus, Episcopis, & maxime de Regularibus circa hoc? ibid. §.6.& seqq. & in aliis eorum notationum.
An qui in articulo mortis confitetur Confessario prorsus ignaro, confessio, hoc non obstante, esset valida? Et an supradicta procedant non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi? t.1.tr.3.r.32. p.110
Et an in tali casu, si æger convaluerit, teneatur denuo iterum illa peccata confiteri? ibid. §.8
Et docetur peccare qui inceptum, ignarum, indoctum, & non idoneum eligit Confessarium. ibid.
In quodam Monasterio Monialium quidam Confessarius inter audiendas Confessiones aliquando dormiebat, unde non intelligebat aliqua peccata, quæ fierunt tamen postea, an dictæ confessiones essent iterandæ? tom.1. tract 3. res.33. pag.111
An si Confessarius non intelligit integra paccata pœnitentis, sit ab ipso iteranda tota confessio, si bona fide fuerit facta, vel teneatur pœnitens sola peccata non intellecta à Confessario repetere? t.1. tr.3. r.34. p.111
Utrum, quando confessio repetenda est cum eodem Confessario, quia fuit invalida, & unico verbo pœnitens confitetur peccata in confessione invalida distincte confessa, possit Confessarius absolutionem impendere, si non solum non recordetur peccatorum, sed nec etiam pœnitentiæ impositæ? t.1. tr.3. r.35. & in multis aliis ejus not. p.112
Quomodo agendum est cum pœnitente Confessionem invalidam faciente, dicente tamen, *Accuso me de omnibus peccatis, quæ in confessione invalida aperui, & de præcepto, v.g. quod tacui.* absque eo, quod repetat distincte peccata invalide confessa? t. 1.tr.3. r.36. p.112
Et quid in dicto casu, si Confessarius non recordetur de statu pœnitentis, vel saltem de pœnitentia injuncta? ibid.
Et datur doctrina, quid in supradicto casu pœnitens debeat facere, si confiteatur cum Confessario, qui audivit confessionem sacrilegam, & invalidam, & quid si cum alio Confessario confiteatur, & quomodo peccata debeat explicare. tom.1. tractat.3. resolut.37. §.3. pag.113
Et advertitur posse frequenter accidere, quod pœnitens, quod diu eidem Confessario confessus est, possit uno verbo reiterare omnes illas confessiones dicendo: Accuso me de his omnibus, quæ tibi in aliis confessionibus confessus sum, &c. ibid. §. ult. p.115
An quando confessio fuit invalida, & pœnitens illam repetere vult cum eodem confessario, si saltem neque Confessarius in confuso statum pœnitentis non recordetur, & si illum tamen absolvit, an dicta absolutio sit invalida? Et in dicto casu, an confessarius peccaverit, sed non teneatur pœnitentem monere de aliqua re, sed de peccato pœnitere? t.1. tr.3.res.38. §.2. p.115
An si proprius Sacerdos injuste neget licentiam alteri confitendi peccata, confessio facta alteri sit valida, quia sic jure petita, videtur ipso jure concessa? vel si alius non adest, & subditus cum proprio Parocho sine periculo salutis, vel famæ, confiteri non posset, possit in tali casu se gerere, tanquam Copiam Confessarii nō habens, & sic in Paschate non frangeret præceptum, si non confitetur, & eliciendo actum contritionis poterit Sacramentum Eucharistiæ sumere? t.1. tr.3.r.39. p.116
Idem est, quando Episcopus Regularibus legitime & digne præsentatis negat, injuste licentiam audiendi confessiones, quod ipso jure est concessa. ibidem. in fine §.2. & in aliis ejus not.
An Parrochus, qui residet in sua Parochia, sed non per se ipsum, sed per alios ministrat Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ, &c. peccet mortaliter, & teneatur fructus restituere? t.1. tr.3. r.40. p.116
Et notatur, quod habitatio Parochi, ut declaravit Sacra Congregatio Cardinalium debet esse prope Parochiam, id est ad modicam quantitatem. ibid. §. ult. p.117
An parochus semel, vel bis denegans subditum in confessione audire, rationabiliter illam petentem, excusetur à mortali peccato? t.1. tr.3.r.41. p.117
Et notatur Parochum non teneri ad audiendum subditum, quando illi providit de alio bono, & apto, cui possit confiteri, nisi forte aliqua specialis necessitas exigat, ut ab ipso Parocho audiatur? ibid. §.4. à lin.5
An Parochus teneatur audire confessiones subditi, quoties ille voluerit confiteri, sub pœna mortalis? r.1.tr.3.r.42.p.118
An si in aliqua Synodo Diœcesana prohibeatur audire confessiones in domibus privatis sub pœna suspensionis, dictæ confessiones sint nullæ: Et quid, si prohibeatur, ne audiantur confessiones mulierum in Ecclesia ante ortum, vel post occasum solis, vel extra sedem confessionalem? t.1. tr.3. r.43. p.119
Et an in dicto casu Confessarius ministrando peccet, & incurrat irregularitatem? ibid. sub finem.
Quidem confessus est cum Sacerdote, quem sciebat esse in statu peccati mortalis, habens commoditatem confitendi cum alio, quæritur, an peccaverit mortaliter, & confessio illa fuerit nulla? t.1. tr.3.r.44. & ex consequentia in multis aliis ejus not. p.119
An puer statim post usum rationis teneatur præceptis Ecclesiæ, Confessionis, Eucharistiæ, &c. & à lacticiniis, & Carnibus abstinere in diebus jejunii? t.1. tr.3. r.45. & in aliis ejus not. p.119
Et an quando dubium est puerum habere usum rationis præsumendum sit habere, & esse obligatum, si implevit septennium? ibid. in fine, & in r.46
An ante septennium in dubio, an puer habeat usum rationis, præsumendum sit non habere. t.1.tr.3.r.46. in fine. p.120
An pueri teneantur ad annuam confessionem, &c. si ante septennium usum rationis obtinuerunt? t.1. tr.3. r.47. p.120
Et docetur pueros ante septennium, si adepti fuerint usum rationis posse comedere carnes in Vigiliis, Quadragesima, &c. nec. teneri ad annuam confessionem. ibid. §. 2. &c.
Et notatur fatuis, & infidelibus tempore jejunii posse carnes ministrari, quia non subduntur legibus Ecclesiæ. ibid §.ult.
An Papa teneatur sub mortali ad confessionem peccatorum

semel in anno ? tom. 1. tract. 3. resolut. 48. pag. 121

An qui habet facultatem eligendi Confessarium pro una vice, possit pro oblitis uti illa facultate ? tom. 1. tract. 3. res. 49. pag. 121

An quis satisfaciat præcepto Ecclesiæ cum confessione voluntarie nulla, quia sine dolore, proposito, &c. tom. 1. tr. 3. res. 50. pag. 122

Et notatur, quod talis invalide absolutus, licet non satisfaciat præcepto Ecclesiæ, tamen liberatur à reservatione, si Confessarius potestatem habeat ab his absolvendi. ibid. §. 3. &c.

Et an per dictam confessionem possit vitare pœnam excommunicationis, in Constitutionibus Episcopalibus impositam ? ibid. §. 4. &c.

Et an pueri statim post usum rationis incurrant dictam excommunicationem, vel necesse est, ut 14. annum habeant ad incurrendam excommunicationem, & ita pueri excusantur à censura ferenda à judice, non tamen à censura Canonis ? ibid. & in §. 5

Petrus confessionem fecit in die Nativitatis Domini, sed postea in multa peccata incidens, tempora Quadragesimæ scelera illa Confessario non exposuit, quæritur, an illa prima confessione satisfaciat præcepto Ecclesiæ annuæ Confessionis ? Quod est quærere, an fideles satisfaciant præcepto Confessionis quocumque anni tempore confitendo, vel teneantur confiteri tempore Quadragesimæ ? t. 1. tr. 3. r. 51. §. 2. & 53. p. 122. & 123

Et quid, si post dictam confessionem peccavit mortaliter, & susceperus sit Eucharistiam in Paschate, aut si mortis periculum superveniat ? ibid. in fine r. 51. &c.

Et an ex justa causa usque ad Pentecostem Confessionem quis differre possit? ibid. ad medium §. 3. r. 52

Et in casu supradicto an talis in anno sequenti teneatur confiteri illa peccata commissa post confessionem anni præteriti, & cum tali confessione effecta in anno sequenti satisfaciat etiam præcepto anni sequentis? ibid. §. 3. res. 53. & in res. 54. pag. 124

Et an annus pro impletione dicti præcepti computandus sit à Ianuario in Ianuarium, vel à Quadragesima in Quadragesimam, vel à Paschate in Pascha. ibidem. §. 4. dictæ resol. 53. &c.

Et si quis, v. g. in principio anni confessus est venialia, & postea commisit mortalia, an, inquam, teneatur ex præcepto annuæ confessionis confiteri intra illum annum dicta peccata mortalia ? ibid. ad medium dicti 4

An qui in Paschate non adimplevit præceptum confessionis tenetur magis probabiliter primo quoque tempore confiteri ? t. 1. tr. 3. r. 55. p. 125

Et an qui non est confessus in periculo mortis, cum haberet conscientiam peccati mortalis, teneatur postea quamprimum confiteri, quia præceptum confessionis eo tempore obligat propter periculum damnationis? ibid. §. ult. &c.

Qui in confessione Paschatis omisit aliqua peccata per oblivionem, & postea statim de illis recordatur, quæritur, an teneatur illa statim confiteri, vel possit dimittere usque ad confessionem anni sequentis ? t. 1. tr. 3. r. 56. & in aliis ejus not. pag. 125

Quando quis ex justa causa in confessione non confitetur aliquod peccatum, an teneatur statim alteri confiteri, vel possit non confiteri illud usque ad tempus, in quo obligat præceptum confessionis ? tom. 1. tract. 3. res. 57. & in aliis ejus not. pag. 126

Supponitur aliquando posse pœnitentem reticere peccatum in confessione, sed cum aliquibus limitationibus, & Regulis. t. 1. tr. 3. r. 58. §. 1. & in multis aliis ejus not. p. 126

Et notatur, quod peccata, quæ ex rationabili causa tacemus, sat est, ut ea detestemur attritione, sicut alia, quæ in confessione explicantur. ibid. §. 4. &c.

Etiamque advertitur, eum, qui habet causam tacendi aliquod peccatum, non posse plura reticere, quam postulat justa causa, unde si habet justam causam tacendi furtum externum, vel peccatum reservatum, tenetur confiteri se habuisse voluntatem subripiendi, & actum internum in peccato reservato. ibid. §. 5. &c.

Et quæritur, an qui ob vitandum scandalum debet sumere Eucharistiam, & habet peccata reservata, teneatur illa cum non reservatis Confessario manifestare, etiam si non haberet potestatem in reservatis ? ibidem. in §. 6. & 7. in plurimis aliis ejus not. p. 127

An omittens per unum annum confessiones, toties peccet, quoties non confitetur, oblata confitendi opportunitate ? t. 1. tr. 3. r. 59. p. 127

An quis in Paschate teneatur confiteri peccata venialia, ut impleat præceptum, si mortalia, quæ habet ratione alicujus periculi, vel alterius infamiæ minime confiteri possit ? t. 1. tr. 3. r. 60. & in multis aliis ejus not. p. 127

Et an Ecclesia Sacramentalem confessionem de venialibus præcipere minime possit ? t. 1. tr. 3. r. 61. §. 3. p. 128

Et an Clementina de statu Monachorum, ubi præcipitur Religiosis S. Benedicti, ut semel in mense conficeantur, non obliget sub mortali, si habeant tantum venialia ? Et quid, si Monachi habeant etiam mortalia peccata ? ibid. §. 4. per totum, & in aliis ejus notationum.

Et an saltem sub veniali ex præcepto Ecclesiæ quis teneatur confiteri aliqua venialia, si peccato mortali caret ? t. 1. tr. 3. r. 62. §. 4. à lin. 3. p. 128

Et an qui non habet conscientiam peccati mortalis, sed tantum venialis non teneatur ex vi præcepti confessionis ad comparendum coram proprio Sacerdote, &c. Et quid si adsit scandalum ? ibid. §. 5. &c.

An qui peccatum mortale commisit, si timeat grave damnum, si illud confiteatur, teneatur illud saltem in genere confiteri ? t. 1. tr. 3. r. 63. p. 129

Et an in dicto casu si ex justa causa tacet peccatum, teneatur ad contritionem illius perfectam ? ibid. §. 4. &c.

Et an teneatur cum primum possit confiteri tale peccatum, vel possit illud confiteri, cum accedat tempus, in quo obliget præceptum confessionis ? ibid. §. 5. & in aliis ejus not.

Et quid est faciendum in eventu, quo Communionem sine gravi scandalo præmittere quis non possit, si confessio est adeo longa, ut tunc perfici non possit ? Idem est, quando Parochus defert Eucharistiam ægroto, & petit reconciliationem. ibid. §. 6. & 8. p. 130

Et an quando præceptum confessionis instat, & vir ignotæ linguæ non habet copiam Confessarii, qui illum plene intelligat, possit absolvi, auditis illis peccatis quæ aliquo saltem modo percipi potuerint à Confessario ? ibidem. §. 7. &c.

Idem est de homine muto, surdo, aut balbutientis linguæ. ibid. in fine dicti §. 7. &c.

An quando adest periculum obliviscendi multa peccata, teneatur quis jure divino confiteri ante annum ? tom. 1. tract. 3. res. 64. pag. 130

An teneatur prævenire confessionem, qui timet, quod quando obligabit confessio, non erit copia Confessarii ? t. 1. tr. 3. r. 65. p. 130

An extra articulum & periculum mortis urgeat præceptum divinum confitendi peccata ? t. 1. tr. 3. r. 66. p. 131

Dato, quod præceptum divinum confessionis obliget extra articulum mortis, quæritur, quo alio tempore obliget ? t. 1. tr. 3. r. 67. p. 132

Et an si Pontifex abrogaret præceptum Ecclesiasticum confitendi singulo anno, remaneret præceptum divinum vage, & indeterminate ? Et quid cum aliquo in particulari ? ibid. §. 6. &c.

An præceptum confessionis obliget propter periculum incurrendi plura & nova peccata, si differatur confessio, ita ut fideles teneantur ad confitendum frequentius, quam semel in anno ? t. 1. tr. 3. r. 68. & 69. p. 133. & 134

Et an saltem sit obligatio sub mortali sæpius intra annum elicere actum contritionis propter vitandum periculum incidendi in nova peccata mortalia ? ibid. §. ult. r. 69. p. 134

An pœnitens, qui lubricam, & debilem habet memoriam, teneatur scribere peccata ? t. 1. tr. 3. r. 70. p. 134

Et

Et an quis peccet saltem venialiter adhibendo nimiam diligentiam, & curam majorem, quam oportet, in scrutanda conscientia ante confessionem? ibid. sub fin. ref.
An mutus teneatur confiteri per nutus, & signa? Et quid de ignorante idioma Confessarii? t. 1. tr. 3. ref. 71. §. 1. per totum. pag. 135
Et an Confessarius, tempore quo obligat præceptum confessionis, possit absolvere mutum, qui præbet signa doloris, etiamsi nullum possit ex ejus signis intelligere peccatum, & alius non adsit Confessarius, qui melius intelligat, quod à fortiori procedit in articulo mortis? ibid. §. ultimo.
An mutus, si sciat scribere, teneatur confiteri per scripturam, ut integram faciat confessionem? t. 1. tr. 3. r. 72. & in aliis ejus not. p. 135
An surdus teneatur confiteri, & quid cum eo agere debeat Confessarius? Et si saltem sciat scribere, an teneatur scribere, & confiteri per scripturam. t. 1. tr. 3. r. 73. p. 136
Exponitur casus curiosus de confessione quadam valida per literas. Videlicet in Anglia aliquis Catholicus cum esset ad mortem damnatus, & hæretici nollent permittere confiteri cum Confessario Catholico, si haberet commoditatem scribendi ad aliquem Confessarium, an possit per literas confiteri, & rogare Confessarium, ut se immisceret inter adstantes prope patibulum, & illum tunc præsentem, & Confessarium intuentem, voce secreta illum absolvere. t. 1. tr. 3. ref. 74. p. 136
Et deducitur posse Confessarium absolvere moribundum, si internuntius, qui vocavit Sacerdotem nomine ægroti, & postea non adest præsens coram Sacerdote, & ægroto, quando Sacerdos absolvit moribundum sensibus destitutum. ibid. in fine §. 1
An in Paschate, vel articulo mortis teneatur per scripturam confiteri, qui alio modo non potest, ut, v. g. mutus, & surdus, vel infirmus, qui loqui non possit? t. 1. tr. 3. r. 75. p. 138
An confessio per literas aliquando possit esse valida post decretum Clem. VIII. Et an Sacerdos ita pœnitentem absolvens peccet mortaliter? t. 1. tr. 3. r. 76. p. 138
Et an, qui per literas, vel internuntium Sacerdoti peccata sua manifestavit absenti Confessario, possit absolvi, postquam Confessarius accessit ad illum, dummodo adhuc vivat? ibid. §. 2. ad med.
An esset absolvendus, qui sine causa præberet Confessario peccata scripta, & de illis præsente se accusaret? t. 1. tr. 3. r. 77. p. 138
Et quid est dicendum, si quis magnum pudorem sentiret, si proprio ore peccata confiteatur, an peccet mortaliter, si per scriptum confiteatur, præsente Sacerdote? ibid. ad med. §. 2. vers. Unde.
Et quid, si per gutturis angorem confiteri absolutè non possit, & scribere peccata facile possit. ibid. in fin. ref.
An in articulo mortis teneatur ex præcepto divino confiteri per interpretem, si quis alio modo non potest? Et quid pro adimplendo præcepto annuæ confessionis? t. 1. tr. 3. r. 78. & in aliis ejus not. p. 139
Et difficultas est, quando quis in articulo mortis dubitat de sua contritione, an tunc teneatur confiteri per interpretem omnia peccata mortalia, vel in tali casu, an possit confiteri aliqua peccata venialia, & generatim omnia mortalia, dicendo se confiteri alia omnia peccata, quibus Deum offenderit? ibid. §. 3. & in aliis ejus not.
Et quid, si pœnitens habet probabilem existimationem de sua contritione? §. 2. & in aliis ejus not.
Et an in supradictis casibus interpres teneatur ad sigillum Confessionis? ibid. in fin. ref.
Et an in supradictis casibus pœnitens possit ea peccata confiteri, quæ cum minori infamia explicare posset, tacitis jis, ex quibus notabilis infamia sibi, vel alteri sequi potest. t. 1. tr. 3. ref. 79. in fine. p. 139
Et notatur aliquem valide & licite per scripturam confiteri Sacerdoti præsenti, dando ipsi legendam, & significando se accusare de omnibus illis, quæ scripto tradit. Imo, & cum possit aliter cõfiteri, nullum est præceptum prohibens talem confessionem. t. 1. tr. 3. r. 80. §. 7. p. 140
Sed difficultas est, an pœnitens teneatur se accusare de illis peccatis scriptis, postquam à Confessario lecta fuerunt, vel sufficiat antea? ibid. §. 8. p. 141
Et an qui non potest aliter, teneatur confiteri per scripturam? ibid. §. 9
Et an si Confessarius fuit præsens cum peccatum committeretur à pœnitente, vel quia audivit, sufficiat pœnitenti dicere, *Accuso me de illo peccato, quod vidisti me committentem, vel quod audivisti me commisisse heri*, vel nudus tertius? ibid. post med. §. 7
An qui, v. g. in India, vel in partibus Infidelium timeat non posse habere Confessarium tempore mortis, teneatur anticipare Confessionẽ, ut adimpleat præceptum divinum confitendi in articulo mortis. t. 1. tr. 3. r. 81. p. 141
Ex quo sequitur infirmum, qui perseverans in articulo mortis, seu periculo iterum peccavit mortaliter post confessionem tunc factam, tenetur iterum confiteri. ibid. §. ult. p. 142
An servi Christiani Infidelium, si tempore Paschatis non habeant Confessarii copiam, teneantur elicere actum contritionis de peccatis mortalibus perpetratis? tom. 1. tr. 3. ref. 82. p. 142
An meretrices, quæ in Paschate non sunt confessæ priventur Ecclesiastica sepultura, & incidant in censuram aliquam Synodalem, si extat? t. 1. tr. 3. r. 83. p. 142
Et an pueri, qui decimum quartum annum, vel ad minimum duodecimum nacti sunt, nullo modo incurrant dictas pœnas, si non confiteantur in Paschate? ibidem §. 3. & in aliis ejus not.
An in articulo mortis sit facienda confessio laico, quando non adest Sacerdos: unde Confessio, quam faciunt nautæ inter se ipsos, imminente naufragio reprobari videtur? t. 1. tr. 3. ref. 84. p. 143
Quandonam obliget præceptum contritionis? t. 1. tr. 3. ref. 85. p. 143
Et an qui peccavit, teneatur præcepto affirmativo habendi contritionem de peccatis jam remissis, quoties memoriæ occurrunt? ibid. §. 8. p. 144
Et quid, si Sacerdos administraturus sit Sacramentum, & non sit alius Confessarius, an tunc teneatur conteri de peccato, quod habet? ibid. §. 7. in fine.
An peccator post peccatum teneatur statim ad aliquam pœnitentiam imperfectam? Dicitur imperfecta, quia ad perfectam, v. g. contritionem non tenetur. t. 1. tr. 3. ref. 86. p. 144
Et hæc opinio procedit etiam quoad Religiosos, qui non statim ac peccant, tenentur conteri. ibid. §. 5. p. 145
An existens in peccato mortali, quando elicit actum contritionis propter administrationem alicujus Sacramenti, teneatur ad examen conscientiæ, & commemorationem omnium peccatorum? Idem quæritur, quando quis ex defectu Confessarii ad vitandum scandalum celebrat, absque prævia confessione. t. 1. tr. 3. r. 87. p. 146
Et advertitur non requiri distinctas contritiones pro distinctis peccatis, sed sufficere una pro omnibus. Et docetur tamen sub præcepto naturali teneri peccatorem ad examen, & recogitationem omnium peccatorum? ibid. §. 8. p. 147
An qui confitetur peccatum oblitum, vel peccata alias confessa iterum confitetur, debeat necessario elicere novum dolorem? t. 1. tr. 3. r. 88. p. 148
An dolor de peccatis semper exigatur tempore absolutionis? t. 1. tr. 3. r. 90. p. 150
An in articulo mortis etiam post confessionem factam, tamen cum attritione cognita, teneamur elicere actum contritionis omnium mortalium, quæ in vita commisimus, quia præceptum contritionis per se obligat saltem tempore mortis? t. 1. tr. 3. ref. 91. 92. p. 150. & 151
An moriens Confessario absente, teneatur revocare in

memoriam omnia peccata, ut de illis postea eliciat actum contritionis. t. 1. tr. 3. r. 93. p. 151
An qui serio in examine elicuit actum contritionis proponens sequenti die confiteri, sed postea in confessione nullum actum doloris exprompsit, confiteatur valide? t. 1. tr. 3. r. 94. & in aliis ejus not. p. 151
An actus doloris, si per multum temporis præcedat, sufficiat ad ejus validitatem? Sed quoad praxim difficultas est, quantum sit illud tempus? t. 1. tr. 3. r. 95. p. 152
Et docetur, quod quando quis unius, vel alterius peccati statim post absolutionem recordatur, & addit illud, in tali casu non indiget novo actu doloris. ibid. §. 3
Item, quod quando quis iterum confitetur eadem peccata, à quibus jam directè fuerat absolutus, non tenetur habere novum dolorem eorundem peccatorum? ibid. § 4
Et notatur attritionem ob metum pœnæ Purgatorii sufficere ad valorem Sacramenti. Idem dicendum est de attritione concepta ex metu pestis, vel alterius damni corporalis. ibid. §. 5
Et an attritio ob infamiam, aut mortem, quam judex infligere potest, aut ob aliud malum temporale, sit sufficiens ad effectum Pœnitentiæ suscipiendum? ibid. ad med. dicti §. 5
An dolor debeat præcedere confessionem, & sit referendus à pœnitente ad Sacramentum Pœnitentiæ, ut sit postea dolor sufficiens, quando pœnitens confiteatur? t. 1. tr. 3. res. 96. p. 153
Et an, si quis confiteatur sine proposito dolendi saltem post confessionem peccatorum, an tunc sufficiat elicere dolorem de peccatis confessis sine proposito dolendi saltem post confessionem, an potius debeat iterari confessio, tanquam substantialiter invalida? ibid. §. 10. pag. 154
Et an si pœnitens post dolorem novum peccatum committat, novum dolorem debeat elicere cadentem super omnia, vel an sufficiat de novo tantum peccato commisso dolere? ibid. §. 11
An, si pœnitens eliciat actum doloris post narrata peccata ante absolutionem recipiat Sacramentum Pœnitentiæ? t. 1. tr. 3. res. 97. p. 154
An in confessione venialium sufficiat dolor virtualis? t. 1. tr. 3. r. 98. p. 155
Et an sit mortale confiteri tantum venialia absque dolore supernaturali? ibid. §. 4
Et an peccatum veniale virtute Sacramenti remitti possit? ibid. §. 8. p. 156
Et an virtute Sacramenti tibi remittantur non solum peccata, quorum attritionem habes, sed etiam omnia alia, quorum complacentiam non habes? ibidem in eodem §. vers. Alii.
An per unum tantum veniale novum peccatum censeatur retractatus dolor, & propositum circa omnia venialia, & mortalia ex motivo universali? tom. 1. tr. 3. resol. 99. pag. 156
An sit mortale aliquod veniale confiteri sine dolore? t. 1. tr. 3. res. 100. p. 157
Et quid est dicendum de sententia asserentium pœnitentiam non esse necessariam ad remissionem venialium? ibid. §. 4. & seqq.
An in confessione venialium requiratur propositum non peccandi amplius venialiter? t. 1. tr. 3. res. 101. p. 158
An sit valida confessio venialium, si aliquis non habeat dolorem, nec propositum cavendi de omnibus? t. 1. tr. 3. res. 102. p. 159
Et an liceat confiteri illa, de quibus nec dolorem, nec propositum cavendi habet? ibid. §. 5
An possit quis, si non habeat peccata mortalia confiteri in genere, v. g. se commisisse peccatum contra castitatem? Et quid, si tunc aperiat simul aliqua venalia? t. 1. tr. 3. res. 103. p. 160
Et observatur, quod si quis peccata non habet mortalia, sed venialia tantum, non sat sit, ut dicat in generali se venialiter peccasse, peccatorum tacita specie, sed ut unicum saltem explicet, oportet in specie peccatum, v. g. mendacii, furti, &c. dato ad venialium homo non teneatur confessionem; nam supposito ea confiteri velit, saltem unum in specie explicare oportet, suppressis aliis. ibid. §. ult.
An ut quis integrè confiteatur veniale peccatum possit explicare complicem? t. 1. tr. 3. r. 104. p. 160
An sola attritio in homine justo sit sufficiens ad remissionem peccatorum venialium extra sacramentum Pœnitentiæ? t. 1. tr. 3. r. 105. 106. p. 161
Et an ad remissionem venialium extra, & intra Sacramentum requiratur etiam propositum in posterum vitandi illa? ibid. §. 3
Unde, si quis confiteatur multa peccata venialia, an sufficiat ad validitatem Sacramenti, si doleat tantum de aliquo cum proposito de cætero illud vitandi? ibid. in fine resol.
Et observatur non sufficere quamcumque attritionem, sed illam, quæ oritur ex imperio charitatis, aut illam, quæ talis est, ut fervore suo adæquet gravitatem talis peccati venialis? t. 1. tr. 3. r. 106. §. 6. p. 161
Et an alia opera bona justi distincta à contritione, dilectione Dei, & atttritione sufficiant ad remissionem venialium? ibid. §. 7
An attritio sufficiat ad justificationem in Sacramento ex solo motivo timoris, & non amoris. tom. 1. tract. 3. res. 107. pag. 162
Et notatur, quod qui detestatur peccata ob ægritudinem, infamiam, nimiam paupertatem, prout à Deo infligi solent propter peccata, veram attritionem conciperent? ibid. §. 8. p. 163
Et docetur, quod dispositus ante confessionem cum dolore peccatorum, non indiget renovatione doloris, quando actu confitetur. ibid. §. 8. in fine.
Et quid est sentiendum de illo, qui addit aliquod peccatum statim post absolutionem? ibid. §. ult. p. 164
An ad Sacramentum Pœnitentiæ sufficiat attritio de peccatis ob malum temporale, &c. ubi plura de attritione. t. 1. tr. 3. r. 108. p. 164
Et attritio ad Sacramentum Pœnitentiæ sufficiens non debeat esse existimata contritio? ibid. §. 3
Et notatur, quod non est necessarium, ut attritio ad Sacramentum Pœnitentiæ requisita antecedat confessionem, sed sufficit, quod antecedat absolutionem. ibid. §. 4
Et an ad effectum Sacramenti Pœnitentiæ sit necessaria attritio omnium venialium, vel sufficiat de uno tantum? Idem est quoad dolorem de morte antea legitimè confessis. ibid. §. 5
Et an sit habenda attritio, vel contritio de peccatis oblivioni traditis? ibid. §. 6. p. 165
An si aliquis accedat ad Confessionem sufficienter attritus absque alio formali proposito non peccandi de cætero, recipiat gratiam, & confessio sit valida? tom. 1. tr. 3. res. 109. pag. 165
Et docetur, ut quis habeat propositum vitandi peccatum futurum non requiri ut positivè judicet se constanter evitaturum peccata etiam mortalia, sed quod in præsenti verè proponat, quantum in se est, illa vitare. ibidem §. 2
An ad effectum Sacramenti Pœnitentiæ sufficiat implicitum propositum de cætero non peccandi, quod in ipsa detestatione peccati virtualiter continetur. tom. 1. tr. 3. res. 110. pag. 165
An propositum non peccandi de cætero expressum, & formale sit necessarium confitenti in articulo mortis? t. 1. tr. 3. r. 111. p. 165
Cum quis omisit aliqua peccata in confessione ex ignorantia invincibili oblitus, in qua oblivione peccavit lethaliter, quia non adhibuit diligentiam necessariam, in examinanda conscientia, quæritur, an talis confessio fuerit invalida, & ideo iteranda? t. 1. tr. 3. r. 112. p. 166

Et

Et resolutio dictæ quæstionis pendet ex illa, an detur confessio valida quantum ad substantiam, itaut non teneatur homo confiteri eadem peccata, atque adeo sit verum Sacramentum Confessionis, & nihilominus quod sit confessio informis, id est non conferens gratiam, sicuti est verus Baptismus informis in illo, qui baptizatur cum intentione peccandi? ibid.

Et in §. ultimo dictæ resolutionis datur regula ad cognoscendum, quando præparatio ad confessionem fuerit sufficiens ad validitatem confessionis.

An detur confessio valida, sed informis non solum respectu examinis, sed etiam respectu doloris? t. 1. tr. 3. res. 113. p. 167

An confessio facta ex fine veniali sit valida? tom. 1. tr. 3. res. 114. pag. 167

An mendacium de peccato veniali, quod est totalis materia Confessionis, sit peccatum mortale? Et quid, si tantum sit materia partialis? tomo primo, tractat. 3. resol. 115. pag. 167

An in mendacio facto in confessione, vel judicio detur parvitas materiæ? t. 1. tr. 3. r. 116. p. 168

An si peregrinus proficiscatur in aliquod oppidum, non negotii causa, sed ut confiteatur Parocho illius, sit talis confessio valida? t. 1. tr. 3. r. 117. p. 168

An quis possit peccare venialiter, qui non possit mortaliter? Et an hoc possit contingere in puero ratione ætatis imbecillæ, sicut potest saltem accidere ad tempus in semisopito, semidormientibus, semiebriis, & semiamentibus. t. 1. tr. 3. r. 118. p. 169

Quidam puer usque ad 13. annum non se accusavit de ordinariis pollutionibus, quas faciebat, sciens postea hoc esse peccatum mortale, dubitatum fuit à multis Confessariis, an teneatur repetere omnes Confessiones? Idem est dicendum de circunstantiis peccati omissis, & de numero peccatorum non expresso in confessione. t. 1. tr. 3. r. 119. p. 169

Et docetur, quod quando confessio nulliter facta fuit, & postea aliæ intermediæ factæ sunt vero dolore, &c. tunc non est opus omnes præteritas confessiones iterare? ibid. §. 2

An qui nunquam confessus est desideria carnis prava, furti, odii, &c. quia non putabat esse peccata, teneatur reiterare confessionem? Et an saltem, si non teneatur reiterare confessiones, teneatur tamen confiteri illa prædicta desideria prava? tom. 1. tract. 3. resolutione 120. pag. 170

Et an qui per ignorantiam crassam temere, & erroneè aliquod peccatum omisit in confessione, teneatur confessionem reiterare? ibid. §. 3

Quidam Rusticus per multum tempus ignoravit Mysterium Trinitatis, quæritur, an teneatur reiterare confessiones factas? t. 1. tr. 3. r. 121. p. 170

Et quid facere debeat Confessarius cum pœnitente, qui interrogatus de numero peccatorum, dicit se non esse solitum in præcedentibus confessionibus illum exprimere, nec de hoc interrogari, an talis debeat repetere confessiones antecedentes? ibid. ad med. res.

Et in calce hujus resolutionis aliqua alia pro Confessariis, qui pœnitentes Rusticos confitentur.

An Confessarius teneatur interrogare pœnitentem sub onere peccati mortalis? Et quanta interrogatio in aliquibus casibus necessaria sit ex parte Confessarii, ut peccatum hujus negligentiæ, seu omissionis evitet? t. 1. tr. 3. r. 122. p. 171

In quibus casibus confessio erit valida, & tamen non integra materialiter? Et pro praxi hujus difficultatis adducuntur quinque diversi casus in textu hujus resolutionis, cujus doctrina extendenda est ad alios similes. tom. 1. tract. 3. resol. 123. & in multis aliis ejus notationum. pag. 171

An Sacerdos ferens infirmo Communionem, si ei dicat velle reconciliari, & inter reconciliationem inveniat illum multas confessiones invalidas fecisse, quid facere debeat Confessarius? tomo primo, tract. 3. resolutione 124. pag. 172

An quando quis ratione scandali debet sumere Eucharistiam, & confessio est adeo longa, ut perfici non possit, & timeretur actum contritionis à pœnitente eliciendum non fore, esset in tali casu confessio dimidianda, & pœnitens absolvendus? tom. 1. tractat. 3. resol. 125. pag. 172

An si quis probabiliter judicat se non peccasse mortaliter, vel jam esse confessum tale peccatum, si probabiliter etiam judicet contrarium, teneatur confiteri? t. 1. tr. 3. resol. 126. pag. 172

Sed difficultas est, quando pœnitens probabilius judicat se peccasse, vel non esse confessum tale peccatum, an tunc debeat confiteri tale peccatum? ibid. §. 3

Et an qui ex opinione etiam probabiliori aliquod peccatum tacet, exponat se periculo errandi circa integritatem Confessionis? tom. 1. tract. 3. resolut. 127. sub finem. pag. 173

Et notatur, quod nullus, etiam si scrupulis non sit vexatus, post mediocrem adhibitam in discussione conscientiæ suæ perquisitionem in ordine ad confessionem peccato rum efficiendam, teneatur ulterius de anteacta vita cogitare; & ideo, si aliquid occurrat non explicatum fuisse in confessione, poterit sibi persuadere illud jam fuisse memoratum, quod est valde notandum ad tollendum multos scrupulos. t. 1. tract. 3. res. 126. §. ultimo. pag. 173

An qui dubitat se ex verecundia reliquisse in confessione aliquod peccatum, teneatur repetere confessionem illam, vel solum peccatum omissum? Et supponitur, quod qui voluntariè aliquod mortale in confessione omisit, confessio est nulla, & ideo iteranda. t. 1. tr. 3. resol. 128. pag. 173

Et quid, si magis inclinet pœnitens, quod ex malitia tacuerit peccatum? ibid.

Et asseritur non esse reiterandam confessionem, quando non fuit manifestatum aliquod peccatum bona fide, & ex ignorantia, & sufficere tantum illud confiteri. ibid. post med. §. 2. vers. Asserunt tunc.

An confitens, verbi gratia, fornicationem, de qua dubitat, an illam alias confessus sit, si hoc dubium in confessione non explicet, confessio sit valida? t. 1. tr. 3. resol. 129. pag. 174

Ex quo colligitur, pœnitentem non teneri in confessione dicere se tale peccatum post ultimam confessionem commisisse, nisi ob aliquam particularem circunstantiam mutantem speciem, vel constituentem hominem in proximam peccati occasionem necesse sit hoc exprimere. ibid. ad med. res.

An peccata dubia sint materia necessaria confessionis. t. 1. tr. 3. res. 130. p. 174. in quatuor resol. seqq. & in aliis earum not.

Et advertitur, quod si quis confessus est peccatum ut certum, quia sic putabat, postea vero habet dubium, non tenetur illud ut dubium iterum confiteri nisi fortè ex alio capite. t. 1. tr. 3. res. 131. §. 20. p. 176

Et notatur explicandas esse circunstantias peccati, sive tanquam conditionaliter certas, sive etiam tanquam conditionaliter dubias, si tales circunstantiæ mutant speciem, &c. ibid. §. 21. p. 178

Et advertitur, quod quando aliquis confitetur de peccato dubio, semper est adjungendum aliquod peccatum certum. ibid. §. 22. p. 178

Quando autem quis confitetur peccatum, de quo dubitat, an alias confessus sit, non tenetur dicere se dubitare, an Confessus fuerit? ibid. §. 23. p. 178

Et notatur, quod supradictæ quæstiones positæ supra in res. 130. & aliis ejus notationum procedit, quando pœnitens est in dubio puro; secus autem si haberet assensum probabilem circa factum, quod judicet, vel nullum commi

commisisse peccatum, vel saltem tale peccatum non esse mortale; excepto fortasse mortis articulo, propter irreparabile periculum salutis, cui tunc certus providere tenetur? t. 1. tr. 3. res. 134. §. 7. p. 179

Et docetur, quod si post confessionem hujus peccati in dubio confesso, pœnitens habeat notitiam certam, vel probabile judicium, quod tale peccatum fuerit mortiferum, obligari pœnitentem iterum in confessione manifestare illud ut certum? ibidem §. 8. & latè in §. 8. res. 36. & in res. 137. 138. & 139. p. 181. 182. & 183

An in vero dubio, an habuerit peccatum mortale quis possit sumere Eucharistiam sine confessione? t. 1. tr. 3. res. 135. pag. 180

An si quis habeat tantum peccata dubia teneatur præmittere confessionem sacramentalem ante sumptionem Eucharistiæ, vel celebrationem Missæ? tom. 1. tractat. 3. resol. 136. pag. 181

Et deducitur, quid est dicendum in prædicto casu, si exprimendæ essent circunstantiæ peccati dubii confessi? t. 1. tr. 3. r. 138. §. 2. p. 182

An sit præceptum de præmittenda confessione ante Eucharistiam? Et an sit divinum, vel Ecclesiasticum? t. 1. tr. 3. r. 140. per tot. & in aliis ejus not. pro parte.

An opinio asserens præceptum de præmittenda confessione ante Eucharistiam esse de jure Ecclesiastico sit saltem probabilis? t. 1. tr. 3. r. 141. p. 184

Et observatur, quod si sententia asserens confessionem ante Eucharistiam esse de jure Ecclesiastico est vera, sequitur, quod consuetudo posset tale præceptum tollere, vel in ipso Summum Pontificem dispensare. ib. in fin.

An si quis per revelationem sciret se esse justificatum, teneatur adhuc ante Eucharistiam confessionem præmittere? Idem est de eo, qui certo noviset se in ventre matris fuisse sanctificatum, quod adhuc tenetur ad Baptismum suscipiendum. t. 1. tr. 3. r. 142. p. 185

An qui ante Missam, vel Communionem confessus est, si postea recordetur alicujus peccati teneatur illud confiteri antequam sacrificet, vel communicet? t. 1. tr. 3. res. 143. 144. & in aliis earum not. p. 185. & 187

An quando quis confitetur de isto peccato oblito, teneatur de illo elicere novum actum doloris, & contritionis? Et hoc intellige de illo, qui habuit dolorem generalem de peccatis suis, si obliviscatur unum peccatum in prima confessione, quando peccatum hoc oblitum confitetur? t. 1. tr. 3. r. 145. p. 189

Et an teneatur elicere actum doloris sub pœna peccati mortalis, qui tantum peccata venialia confitetur? ibidem in fine §. 1

An si quis accessit ad linteum Sacræ mensæ, ut communicet, si recordetur alicujus peccati mortalis, teneatur surgere, & Confessarium adire? Et an in tali casu, si solus esset cum Sacerdote, & Sacerdos posset eum absolvere tunc teneatur eidem prius confiteri? t. 1. tr. 3. res. 146. & in multis aliis ejus not. p. 189

An teneatur præmittere confessionem per interpretem, si quis nesciat linguam & velit sumere Eucharistiam? t. 1. tr. 3. res. 147. p. 190

Et an vero, qui est in articulo mortis possit communicare absque prævia confessione, si non potest confiteri absque interprete? ibid. §. 2

An quis in periculo mortis possit sumere Eucharistiam absque prævia confessione? Et pro praxi hujus quæstionis adducuntur aliqui diversi casus in §. 1. hujus res. t. 1. tr. 3. r. 148. p. 190

An simplex Sacerdos, deficiente copia Confessarii, possit celebrare contritus, dum iter facit propter Missam præcepti, quam tenetur audire, modo deficiat Missa, quam ab alio possit audire? t. 1. tr. 3. r. 149. p. 191

Et an in dicto casu teneatur cum sola contritione celebrare? ibid. §. 3

An Sacerdos possit celebrare, si non adsit copia Confessarii, ut ipse, vel alii satisfaciant præcepto audiendi Missam? De Parocho non est dubitandum. Et ut ægrotus præceptum Communionis adimpleat. tom. 1. tr. 3. resol. 150. & 151. per totas, & in aliis earum not. pro parte. pag. 191

An ad implendum præceptum Paschalis Communionis possit Sacerdos celebrare, & alii communicare absque prævia confessione mortalium? t. 1. tr. 3. res. 152. 153. & 154. pag. 192. & 193

Ex quo infertur aliter dicendum esse de Communione debita ex voto, aut etiam ex præcepto? ibidem in fine resolut. 152

Et quid, quando quis cum peccatis non reservatis habet peccatum reservatum, & adest Confessarius, qui solum habet potestatem in non reservata? ibidem §. 3. resolut. 153

Et infertur, quod quando concurrunt duo præcepta, alterum Ecclesiasticum, & alterum divinum incompatibilia, divinum est observandum & excusatur homo à præcepto Ecclesiastico. ibid. post med. §. 1. res. 154

Etiamque deducitur, ut quis adimpleat præceptum Ecclesiasticum de confessione annua, potest confiteri non integrè, si nullus sit Sacerdos, cui possit integrè confiteri, quamvis integritas confessionis sit præcepti divini. ibid. ad med. §. 2

An Sacerdos ad dandum Viaticum moribundo possit celebrare absque prævia confessione? t. 1. tr. 3. r. 155. p. 194

Ex quo à fortiori infertur, quod si Sacerdos hausto insciente veneno, deficiente copia Confessarii, sentiat paulatim vires sibi deficere, & mortem appropinquare, poterit quidem talis Sacerdos cum conscientia peccati mortalis, præmissa contritione Missam celebrare absque confessione, ut se ipsum communicare possit in eo mortis periculo, & etiam non jejunus in dicto casu. ibid. ad medium §. 2

Et apparet dispar ratio, quare sine vestibus non liceat celebrare pro dando Viatico infirmis, & liceat celebrare sine prævia Confessione. ibid. §. 3

An Sacerdos, si non adsit copia Confessarii, possit absque prævia confessione perficere Missam, in qua Hostia consecrata celebrans mortuus est? Et an ad hoc teneatur? t. 1. tr. 3. res. 156. p. 194

Et advertitur, quod sepositio scandalo Sacerdos in mortali constitutus possit excusari à Sacrificio alterius perficiendo, si moraliter vix possit contritionem elicere. ibidem §. 2

Enumerantur aliqui casus, in quibus tenetur Sacerdos præmittere confessionem adversus alios contrarium sentientes. t. 1. tr. 3. res. 157. p. 195

Et deducitur, quod quando privilegium est necessarium ad servandum aliquod præceptum divinum, tenetur homo uti privilegio, ut servet illud, & aliter dicendum, quando præceptum est humanum. ibid. §. 3

An in casibus, quibus licitum est sumere Eucharistiam ante confessionem, opus sit elicere actum contritionis? t. 1. tr. 3. res. 158. p. 196

Et notatur, quod si talis bona fide putat se contritum potest hoc sacramentum Eucharistiæ sumere, neque peccaturum, si subdubitet, num sufficientem habeat contritionem. ibid. §. 3

Et quæritur, quando actus doloris, & contritionis elici debet à Sacerdote, cum deest copia Confessarii, & adest urgens necessitas celebrandi, an ante inchoationem Missæ, vel ante consecrationem? ibid. §. 6

Et quid, si Sacerdos recordetur de peccato mortali post consecrationem? ibid. §. 7

Et deducitur, quod tangere Corpus Christi in mortali peccato, non est peccatum mortale. ibid. §. 8

An sit sufficiens sola admiratio, ut Sacerdos possit absque prævia Confessione celebrare? Et cursim docetur nomine scandali in materia, de qua loquimur, comprehendi etiam admirationem populi. t. 1. tract. 3. res. 159. per totam. pag. 197

An Regularis, qui per pium Confessarium non potuit obtinere licentiam à Superiore, ut absolvatur à reservatis, possit sine prævia confessione Eucharistiam sumere vel celebrare? t. 1. tr. 3. r. 160. p. 197

Et an in prædicto casu, hoc ipso, quod Superior Regularis neget prædictam licentiam possit is absolvi à supradicto Confessario ex tacita concessione licentiæ Superioris, v. g. Provincialis, Generalis aut Papæ pro illa vice? ibid. §. 1. ad medium &c.

Et an hoc verbum pro illa vice intelligatur pro una vice tantum, an vero toties, quoties dicta facultas petitur à Confessario, & negatur à Superiore? ibid. §. 3. &c.

An Sacerdos, si post introitum recordatur alicujus peccati mortalis teneatur confiteri, si absque scandalo possit Confessorem habere? t. 1. tr. 3. r. 161. p. 199

Et quid est sentiendum, si nondum Missa est cœpta, sed tamen jam Sacerdos ad Altare accessit, & tunc recordatur se non esse jejunum, vel esse excommunicatum, vel manere in lethale? t. 1. tr. 3. r. 162. paulo post initium; §. 1. à vers. Q. inimo. p. 199

Et quid est faciendum, si consecratio cœpta est quando hæc in memoriam veniunt? ibid. paulo inferius, à vers. Quod si consecratio, & latius in §. 2. p. 200

Et an quando celebratur Missa solennis cum Diacono, & Subdiacono, & occurrit Sacerdoti memoria peccati mortalis, à quo possit absolvi per illum, qui Diaconi, vel Subdiaconi officio fungitur, an tunc teneatur confiteri uni ex illis? ibid. in fine §. 1. &c.

An Sacerdos peccans in actu celebrandi, teneatur confiteri tale peccatum se commisisse in ipsa Missæ celebratione, si in actu peccandi habeat animum confitendi Sacerdoti ut Diacono assistenti, antequam prosequatur Sacrificium? ibid. post medium §. ult. à vers. An Sacerdos.

Et notatur quod in Missa solenni, vulgo dicitur *Cantata*, si dum Cantatur, *Gloria*, *Credo*, Graduale, vel inter Concionem, & Cantionem Sacerdos possit confiteri peccatum mortale in mentem veniens, omnino obligatus est ad faciendam confessionem. t. 1. tr. 3. r. 161. §. ult. p. 198. & in fine §. 1. r. 162. p. 200

Et quid est sentiendum, si in Capella sint tantum talis celebrans, & Minister, qui eum possit absolvere? ibid. §. 2. resol. 162. p. 200

An Sacerdos ante Consecrationem teneatur confiteri si sine nota possit? t. 1. tr. 3. r. 163. p. 200

An si Sacerdos ante Missam confessus est, & postea celebrando peccatum mortale in confessione oblitum in mentem venerit, utrum teneatur in tali casu elicere actum doloris & contritionis de illo peccato ante Communionem? t. 1. tr. 3. r. 164. 165. & 166. p. 201. & 202

Et reprobatur illa sententia, quod qui per oblivionem omisit aliquod peccatum in confessione, & postea de illo recordatus fuerit, non tenetur illud confiteri antequam celebret, sed in tempore, quo præceptum affirmativum confessionis obligat per se, semel in anno, ibid. prope finem; r. 165. à vers. Vnde

Et advertitur, quod in tali casu præfatæ confessionis, in qua peccatum fuit oblitum, si dolor non fuit vniversalis, absque dubio tenetur de illo conteri, ibidem §. 3. resol. 166. pag. 202

Quid facere debeat, qui in Altari recordatur alicujus peccati mortalis, & non possit excitari ad contritionem eliciendam; vel laïcus jam jam recepturus Eucharistiam? tom. 1. tr. 3. r. 167. p. 202

An præceptum confitendi *quamprimum* si quis sumpserit Eucharistiam sine prævia confessione in casibus superius explicatis, ut habetur in Concilio Trid. sess. 13. cap. 7. sit divinum Ecclesiasticum? tom. 1. tract. 3. resol. 168. pag. 203

Et notatur, quod qui non confitetur in articulo mortis sua peccata mortalia transacto periculo, non tenetur statim confiteri; & similiter, qui ministrat Sacramentum in mortali peccato sine contritione; transacto ministerio, non tenetur statim conteri, vel confiteri? ibidem §. 2.

An præceptum confitendi *quamprimum*, obliget sub mortali? t. 1. tr. 3. r. 169. p. 203. & in aliis multis ejus not.

An Sacerdos, qui ex carentia Confessarii propter scandalum celebravit, teneatur *quamprimum*, confiteri? t. 1. tr. 3. resol. 170. pag. 204

Quomodo, & quo pacto intelligendum est illud verbum *quamprimum*? t. 1. tr. 3. r. 171. p. 204

Et si forte Sacerdos prima die haberet commoditatem confitendi, non habituus sequentibus diebus, an tunc sane teneatur non differre confessionem, ne longiori mora recordetur? ibid. §. 3. p. 205

An Sacerdos existens in peccato mortali, si voluntarie non confessus celebret, teneatur *quamprimum*, confiteri? t. 1. tr. 3. r. 172. & in aliis ejus not. p. 205

Ex quo infertur, quod Sacerdos, quo sui peccati vincibiliter oblitus celebrat non præmissa confessione, non tenetur præcepto Concilii de Confessione *quamprimum*, ibidem §. 4. p. 206

Et notatur aliquos eximere ab hoc præcepto Sacerdotem, qui ante Missam legitime confessus, tamen per oblivionem prætermisit aliquod peccatum, cujus subinde recordatur ante Missam non habens amplius copiam confessarii. Item si ex justa causa prætermisit in confessione scienter aliquod peccatum, & si habens peccata reservata etiam non potuit de illis directe absolvi. ibid. §. 5. &c.

An Sacerdos qui ex malitia & culpabiliter celebrat absque confessione, teneatur præcepto Concilii Trid. sess. 13. c. 7. *quamprimum*, confiteri. t. 1. tr. 3. r. 173. p. 206

An si quis non habens copiam Confessarii, vel urgente necessitate celebrat cum interna voluntate, quod si adesset Sacerdos ad illum non accederet, teneatur, hoc non obstante, *quamprimum* confiteri. t. 1. tr. 3. r. 174. p. 207

Et an Sacerdos obligetur hoc præcepto statim confitendi, quando non habens copiam Confessarii, necessitate urgente celebravit non præmissa confessione, nec contritus sed indigne? Et quid, si sine necessitate celebrat in peccato mortali, ibid. §. 2. &c.

An Sacerdos, qui in die Parasceves Officium facit, si urgente necessitate, vel non habens copiam Confessarii hoc faciat absque prævia confessione, teneatur *quamprimum* confiteri? t. 1. tr. 3. r. 175. p. 208

Et an in dicto præcepto comprehendatur ille Sacerdos, qui sine prævia confessione Sacrificium alterius Sacerdotis deficientis post consecrationem consummat, & completat tom. 1. tr. 3. r. 176. §. 2. p. 208

Et docetur præceptum Concilii *quamprimum*, confitendi non obligare sub mortali, nisi ultra triduum, ibidem §. 3. &c.

Et qui intra triduum non confitetur pro adimplendo præcepto Concilii, an saltem peccet venialiter pro illa mora? ibid. §. 4. p. 209

Et an aliquando aliquis excommunicatus, urgente necessitate Sacrificandi vel communicandi possit celebrare, vel Eucharistiam sumere absque prævia confessione, vel contritione, videlicet, &c. ut in §. ult. dictæ res.

An Sacerdos, qui in ipsa actione celebrandi recordatur alicujus peccati mortalis, licet tunc eliciat actum contritionis, teneatur postea *quamprimum* confiteri, stante supradicto præcepto? tom. 1. tract. 3. resol. 178. & in aliis ejus not. p. 209

Et quid est dicendum de Sacerdote, qui in ipso Sacrificio mortaliter peccaret ante communionem? ibidem, in fine, &c.

An Sacerdos teneatur *quamprimum* confiteri, si post consecrationem, ante tamen sumptionem recordetur alicujus peccati mortalis? t. 1. tr. 3. r. 179. p. 210

Et quid est dicendum de illo, qui in ipso actu celebrandi committit aliquod peccatum mortale, etiam post consecrationem, licet communicaverit præmissa contritione? ibid. à lin. 6. §. 1. vers. Similiter, &c.

Et quid si recordetur peccati obliti post sumptionem, vel finitam Missam? ibidem sub finem resol. & magis late in resol. 180. pag. 210

Et quid est sentiendum, si ante celebrationem fuisset confessus, & alicujus peccato obliti mortalis recordatur ante sumptionem? t. 1. tr. 3. r. 179. §. 3. ante medium à vers. Idem censeo. p. 210. & in r. 181. p. 211

Item verb. *Missam celebrare, Votum,* ubi latè, & plura. tom.4

Item tract.7. tomi 5. à r.20. usque ad r.27. inclusive circa promissiones ad obtinenda beneficia, &c.

Item verb. *Impunitas, Munus.* tom.5

Item verbum. *Iudicium, Iuramentum, Metus, Obligare, Vxor.* tom.6

Item verb. *Libertas, Obsides, Pretium.* tom.7

Item verb. *Castitas, Dubium, Meretrix, Obligare, Obligatio, Parvitas materiæ, Pubes, Qualitas.* tom.8

Item verb. *Pars.* tom.9

Promovere.

Vide verb. *Vir.* tom.2

Item verb. *Maritus.* tom.9

Promulgantes.

Promulgantes statutum, ne bona immobilia alienentur in Ecclesias, & Ecclesiasticas personas, an incidant in censuram Bullæ Cœnæ? tomo nono, tract.3. resol.10. §.1. pag.311

Promulgare.

Promulgare an possit Prælatus Regularis pro suis subditis Jubilæum, non expectata promulgatione Episcopi Diœcesani, seu Parochi? tomo quarto, tr.4. resol.12. §.1. pag.146

Et quid, si Episcopus, aut Parochus, non mittat copiam, seu Breviarium Bullæ Jubilæi? ibidem §. secundo, pag.147

Si non promulgetur secunda Bulla Cruciatæ elapso anno, an possit quis uti intra illud tempus, & frui privilegio primæ Bullæ? tomo quarto, tract.3. r.13. §.1. & seqq. pag.72

Et quid potest fieri, si ante elapsum annum primæ Bullæ publicetur secunda? tomo quarto, tract.3. res.14. §.1. & seqq. ibidem.

Vide verb. *Superior, Regularis.* tom.4

Item verb. *Consiliarius Regis, Curare, Diœcesis, Obligare, Observare, Publicare, Senatus.* tom.6

Item verb. *Inhibitoria, Publicare.* tom.9

Promulgatio.

Promulgatione facta in Provincia, non indigent leges Pontificiæ, quæ sunt usu, atque consuetudine receptæ, ut est Bulla Cœnæ, & similes Constitutiones contentæ in Decreto. t.6. tr.1. r.10. §.4. p.6

Vide verb. *Promulgare.* tom.4.6. & 9

Pronepos.

Pronepos comprehenditur sub nomine filiorum, ut possit cum excommunicato communicare. tom.5. tract.1. resol.155. p.91

Pronunciare.

Qui pronunciat in Choro Capitulum, & Collectam in peccato mortali, an peccet mortaliter? tom.2. tr.5. resol.119.§.1. pag.331

Vide verb. *Appellatio, Reus.* tom.9

Propalare.

Vide verb. *Crimen, Detegere, Manifestare, Publicare.* tomo octavo

Propè.

Qui propè Confessionarium constitutus audit, quod Confessario pœnitens dicit, an teneatur ad sigillum? t. 1. tr. 8. r. 4. §. 1. p. 425

Propinare.

Propinare remedia sterilitatis mulieri, vel viro, ut impotens fiat ad generandum, an incurrat censuram Bullæ Sixti V. de Abortu? Et quomodo hodie damnetur hic casus. t. 5. tr. 6. r. 31. §. 1. & seq. p. 297

Vide verb. *Venenum.* tom. 5

Proponere.

Quando quis proponit restituere, & non restituit, an committat novum peccatum in omissione talis restitutionis? t. 1. tr. 7. r. 158. §. 2. vers. 2. p. 419

Vide verb. *Procurator.* tom. 7

Item verb. *Actio, Banitus, Conscientia erronea, Proscriptus.* tom. 8

Propositiones.

In propositionum assignandis censuris præter hæreticales, an Summus Pontifex possit errare? tom. 9. tr. 5. r. 10. §. 1. & seqq. pag. 350

Vide verb. *Animadvertere, Episcopus, Qualificatores.* t. 5

Item verb. *Fides Catholica, Iudicium.* tom. 9

Propositum.

Si absque proposito alio formali non peccandi de cætero qui accedat ad confessionem sufficienter attritus, an recipiat gratiam, & confessio sit valida? tom. 1. tr. 3. resol. 109. §. 1. pag. 165

Et quale debeat esse tale propositum? §. 1. & seq.

Propositum implicitum de cætero non peccandi, quod in ipsa detestatione peccati virtualiter continetur, an sufficiat ad effectum Sacramenti pœnitentiæ? tom. 1. tr. 3. r. 110. §. 1. & seqq. ibid.

Propositum non peccandi de cætero expressum, & formale an sit necessarium confitenti in articulo mortis? t. 1. tr. 3. r. 111. §. 1. & seq. ibid.

Vide verb. *Apensatè, Proditoriè.* tom. 9

Proprietarium.

Vide verb. *Privare, Proprietas.* tom. 7

Proprietas.

Super habenda proprietate an possit Papa cum aliquo Religioso, vel Monacho dispensare? tom. 3. tract. 1. resol. 78. §. 2. & seqq. p. 99

Vide verb. *Paupertas.* tom. 3

Item tract. 3. tomi 7. de Paupertate Religiosa super Bullam Clem. VIII. de Largitione muner.

Prorex.

Prorex an teneatur nominare Regi dignores ad beneficia, & Episcopatum? t. 3. tr. 3. r. 106. p. 368

Et quid quoad omnia alia Officia sæcularia? tom. 6. tr. 1. resol. 139. §. Sed his. p. 99

Proreges pro tali nominatione an licite possint pecuniam accipere? ibid. §. Non desinam.

Proreges an possint vendere officia, & pecunias sibi ipsis applicare? t. 6. tr. 3. r. 203. p. 232

Proreges an omnia possint, quæ potest Rex? ibid. §. Restat.

Proreges an possint concedere Privilegiatas Tractas pro anno sterili non extractas? tomo sexto, tract. 3. resol. 205. pag. 236

Proreges an ex concessione Tractarum possint pecunias accipere, & in proprium commodum applicare? ibidem, §. Quoad.

Proreges in hoc Regno Siciliæ, quando concedant extractiones, seu Tractas frumentorum? tom. 6. tract. 3. resol. 206. p. 237

Nec incurrunt in excommunicationem Bullæ Cœnæ ipsi Proreges, & Ministri prohibentes extractionem frumenti, & aliorum victualium ad Romanam Curiam, quando in Regno deficit necessaria provisio ibidem, §. Notandum est.

Imo si in casu penuriæ in Regno ijdem Proreges, & Ministri retinerent sibi frumentum, quod fuisset oneratum super navi petente Romam, & vi ventorum appulisset in Regnum, non inciderent etiam in censuram dictæ Bullæ Cœnæ. ibidem, §. Non reticeam.

Proreges an possint pro eo cum arbitrio aggratiare delinquentes, qui accusatorem non habent? tom. 6. tr. 3. r. 204. §. Dico. p. 234

Et an peccent mortaliter, si semel pœnam remittant facinoroso, aut possint condonare delicta levia? ibidem.

Proreges an possint in casibus, in quibus licite pœnas delinquentibus condonarent recipere pro eis pecunias, ibidem, §. Sed his.

Et an saltem eorum famuli impetrantes ab ipsis gratias pro delinquentibus possint accipere pretium pro sua diligentia? ibid. §. Notandum. p. 235

Proreges an licite possint condemnare aliquem de mandato non adhibitis solennitatibus, terminis, & processu de jure necessariis? tomo sexto, tractatu primo, resol. 122. pag. 80

Et quid, si Proregi cum aliquibus testibus delictum sit evidens; an possit illum condemnare, non existente aliqua causa justa? ibidem, §. Nota etiam pagina 81

Proreges an ex causa necessitatis possint homines malæ vitæ in carceribus existentes deponere super Regiis triremibus, donec eorum causæ expendantur? tom. 6. tr. 1. r. 125. §. Verùm. p. 85

Et an saltem possint illos compellere in triremibus perseverare per aliquod tempus? ibid. §. Sed an.

Prorogare.

An prorogetur in sequentem diem obligatio facta pro uno die? t. 8. tr. 4. r. 14. §. 2. p. 53

Et pro praxi aliqua alia in r. 15. ibid.

Prorogatio.

Prorogatio alia nova ad alios annos an possit ex nunc pro tunc fieri, si donativum adhuc duret per multos annos? tomo septimo, tractatu sexto, resol. 11. per tot. pagina 375

Vide verb. *Iuramentum, Iurisdictio, Pragmatica.* tom. 9

Prorogatum.

Vide verb. *Sententia, Tempus.* tom. 8

Prorumpere.

Vide verb. *Dolor.* tom. 8

Proscribens.

Vide verb. *Banmitus.* tom. 8

Proscriptus.

Proscripti an possint se invicem proditoriè, & per insidias occidere propter præmium à Principe constitutum, vel ob promissam libertatem? tom. 8. tract. 5. resol. 42. §. 2. pag. 111

Vide verb. *Banmitus.* tom. 8

Protectio.

De protectionis, seu clientelæ jure. tomo nono, tr. 11. per totum. p. 463. & seq.

Vbi an possit subditus alterius protectioni se subijcere irrequisito, & inconsulto Domino?

Vbi etiam agitur de Eminentissimis Cardinalibus, & Dominis Baronibus cum Stigmatibus Imperatoriis, Regis Hispaniæ, Galliæ, &c. appositis in eorum Palatiis. t. 9. tr. 11. r. 5. §. 1. p. 466

Protector.

Vide verb. *Protectio.* tom. 9

Protegere.

Vide verb. *Genus, Persona.* tom. 9

Protestari.

Vide verb. *Officialis.* tom. 2

Protestatio.

Vide verb. *Accusare, Advocatus, Fictum, Testis.* tom. 5

Providere.

Providere alienæ ſaluti cum vitæ diſcrimine an teneatur, qui eſt in peccato mortali? tomo primo, tract. 1. reſol. 7. §. 1. & ſeq. p. 6

Providere an Cardinalis Epiſcopus poſſit beneficia reſervata vacantia tempore ſui anteceſſoris non Cardinalis? Et quid è contra? t. 9. tr. 7. r. 55. §. 1. p. 397

Provideri an debeant à Cardinali ſimul cum Capitulo beneficia ſimultaneæ collationis Epiſcopis, & Capitulo vacantia in menſe Apoſtolico? tom. 9. tract. 7. reſolution. 56. §. 1. pag. 398

Et quid in beneficiis aliàs reſervatis? ibid.

Vide verb. *Capellania.* tom. 2

Item verb. *Beneficium, Pœnitentiaria.* tom. 3

Item verb. *Familia, Ius patronatus.* tom. 9

Provincia.

Si de Provinciis infidelium Pontifex det titulum donationis Principi alicui, an licitè poſſit contra illos bellum indicere? t. 7. tr. 7. r. 17. per totam. p. 392

Vide verb. *Impedimentum.* tom. 2

Item verb. *Archiepiſcopus, Conſuetudo, Lex, Provincialis.* tom. 4

Item verb. *Obligare, Princeps, Promulgare.* tom. 6

Item verb. *Infidelis, Lex.* tom. 7

Item verb. *Legatus, Nuntius.* tom. 9

Provincialis.

Provinciales Ordinum dum Miſſam celebrant poſſunt ſedere in cornu Evangelii ſicut Epiſcopi. tom. 2. tr. 1. reſol. 195. §. 2. p. 112

Provinciales concedentes ſubditis licentiam ad diſpenſandum cum inceſtuoſo, vel habente votum ad petendum debitum, non poſſunt dictam licentiam revocare abſque juſta cauſa. t. 7. tr. 1. r. 280. §. 5. p. 187

Et an hæc licentia ſpiret morte Provincialis concedentis? ibid. §. 2. in fine, ſed non deſinas videre reſol. 281. pag. 187. & 188

Provincialis ſi in viſitatione reſervat aliqua peccata ſive cum excommunicatione, ſive ſine illa, an expiret eo mortuo? t. 1. tr. 5. r. 69. Ubi aliqua alia pro intelligentia dictæ quæſtionis. ibid. §. 3. p. 306

Provincialis an poſſit diſpenſare circa pœnas impoſitas à Prælato inferiori, ipſo renuente. tom. 3. tract. 2. reſol. 45. §. 1. pag. 201

Et quid ſi condemnans finierit Officium ſuum? ibid.

Provincialis Regularis an poſſit in quovis Conventu ſuæ provinciæ uti Altari privilegiato? tom. 4. tract. 1. reſol. 11. §. 3. pag. 10

Provincialis Regularium an debeat per ſe facere deputationem Oratorii intra, & extra domus Monaſterii, in Grangiis, &c. ſuæ Provinciæ? tom. 4. tract. 2. reſol. 11. §. 3. p. 33

Et quid in dicto caſu de Provinciali Societatis Jeſu, quando faciunt dictam deputationem ex privilegio Greg. XIII. t. 4. tr. 2. r. 16. §. 4. p. 36

Provincialis Regularium an poſſit ſubdelegare facultatem abſolvendi ab Hæreſi in caſibus particularibus? tom. 5. tr. 8. r. 34. §. 8. p. 370

Vide verb. *Superior Regularis.* tom. 4

Item verb. *Privilegium.* tom. 5

Item verb. *Sententia.* tom. 6

Item verb. *Appellare, Capitulum, Delictum, Eijcere, Obedientia, Pœna, Regulare.* tom. 7

Proviſio Beneficii.

Vide verb. *Beneficium, Pœnitentiaria.* tom. 3

Item verb. *Pontifex.* tom. 4

Item verb. *Beneficium.* tom. 5

Item verb. *Concurſus.* tom. 8

Proviſiones Cambiorum, & Frumentorum.

Proviſio una an detur tantum pro cambio magno, ac parvo, v. g. pro mille, ac pro centum? tom. 6. tr. 3. reſol. 11. §. 1. pag. 126

Proviſiones Cambiorum in quanam quantitate ſumendæ ſunt? t. 6. tr. 3. r. 7. §. 1. p. 124

Proviſiones an Campſores poſſint in recambiis, & continuationibus exigere toties, quoties? tom. 6. tract. 3. reſol. 9. §. 1. pag. 125

Proviſiones duas an Campſor poſſit toties, quoties recipere, unam in loco ubi efficitur Cambium, alteram in nundinis, quam recipit ejus agens? tom. 6. tract. 3. reſol. 10. §. 1. pag. 126

In proviſionibus, quæ ſumuntur in recambiis & continuationibus, an quantitas tertiæ partis ſcuti pro centenario ſit juſta? t. 6. tr. 3. r. 8. §. 1. p. 124

Id quod proviſionum ratione, & intereſſe campſoribus debetur, an poſſit ab ipſis in ſortem adjici, ut cambium magis augeatur? t. 6. tr. 3. r. 12. §. 1. p. 126

Vide verb. *Frumentum.* tom. 6

Proviſor Epiſcopi.

Vide verb. *Ordinarius.* tom. 2

Provocare.

Provocare ad inebriandum ſe Titium an licitum ſit ad evitandum peccatum illius, cum hæc ſit vera inductio ad malum, & ſcandalum activum? tom. 7. tract. 5. r. 37. per totam. pag. 346

Provocatus.

Si provocatus ad pugnam acceſſit, etſi deliquerit vulnerando, non tenetur tamen damnum reſtituere. t. 8. tr. 5. r. 79. §. ult. in initio. p. 128

Proxeneta.

Vide verb. *Mediator.*

Proximus.

Quando proximus delictum non cognoſcit, an quis teneatur ad correctionem? t. 7. tr. 8. r. 68. §. 1. p. 321

Vide verbum. *Bona temporalia, caſus, Defenſio, Periculum.* tom. 8

Pruina.

Cum pruina, quando reſoluta non eſt, an poſſit adhiberi Baptiſmus in extrema neceſſitate, deficiente aqua naturali? t. 1. tr. 1. r. 54. §. 1. p. 35

Pruritas.

Ad pruritatem ſedandam, an liceat refricare pudenda cum periculo pollutionis, &c. tomo octavo, tract. 6. reſol. 13. §. 1. p. 142

Pruritus.

Vide verb. *Fœmina, Fœtor.* tom. 8

Pſalmus.

Vide verb. *Clericus.* tom. 3

Puber.

Puber quis factus an poſſit ſtatim reſilire à ſponſalibus, non expectata pubertate alterius? tomo ſecundo, tr. 6. reſol. 11. §. 1. pag. 336

Puber factus, ſi vult, debet ſtatim reclamare, aliàs ſi in mora fuerit, cenſebitur tacite ſponſalia confirmare; & ſtatim fieri dicitur, quod intra triduo fit. ibid. §. 3

Si pubes in tempus quo liberam habuerit bonorum diſpenſationem aliquid promiſit, vel voverit, an Tutor poſſit illud irritare? tomo octavo, tractatu quarto, reſol. 45. §. 1. pag. 69

Puberes an inconſulto, & inſcio Curatore poſſint teſtari? t. 6. tr. 7. r. 82. §. 1. & 2. p. 354

Vide verb. *Pubertas.* cum ſuis notationibus.

Pubertas.

Ante pubertatem ordinatus Ordinibus Sacris an teneatur ſe continere? t. 2. tr. 5. r. 113. §. 1. p. 328

Et quid, ſi adeptus pubertatem votum caſtitatis in Ordine Sacro contentum non ratificavit? ibid.

Et an prædictum votum à parentibus, vel Tutoribus irritari poſſit? ibid.

Vbi, quod ante pubertatem votum ſolemne expreſſum in Religione emiſſum, niſi poſt pubertatem ratificetur, non valet, nec obligat.

Imo hodie votum solemne expressum professionis non valet usque ad 16. annum completum.
Idem dicendum erit de initiato Ordinibus Sacris ante 16. annum, nempè quod non tenetur continere? ibidem §. 2
Pubertatem alterius expectare non tenetur puber factus quando vult reclamare à sponsalibus. tom. 2. tract. 6. resol. 21. §. 5. pag. 341
Vbi an pro foro conscientiæ sufficiat, si interius reclamatio fiat, vel an teneatur illam manifestare coram honestis personis?
Pubertati proximi quinam dicantur? tom. 2. tract. 6. resol. 52. §. 1. p. 362
Pubertati proximi quinam sint, ad hoc ut eis matrimonium concedi debeat? ibid. §. 9
Vide verb. *Eligere, Pater.* tom. 7
Item verb. *Impubes, Pubium.* tom. 8
Item verb. *Annus, Impuberes.* tom. 9

Publicare.

Publicando Bullam Cœnæ in civitate, qua degunt Episcopi, an satisfaciant, vel teneantur etiam extra urbem in Ecclesiis suæ jurisdictionis publicare saltem per alios? t. 9. tr. 2. r. 45. §. 2. p. 125
Antequam publicetur edictum in tota civitate, an quis teneatur servare illud, si in aliqua platea audivit illud? t. 6. tr. 1. r. 65. §. 1. p. 50
Vide verb. *Bona temporalia.* tom. 5
Item verb. *Diœcesis, Iudex, Obligare, Promulgare, Testator.* tom. 6
Item verb. *Lex.* tom. 7
Item verb. *Crimen, Detegere.* tom. 8
Item verb. *Bulla Cœnæ, Edictum, Hæres, Lex, Prohibere, Promulgare.* tom. 9

Publicatio.

Si publicatio legis in notitiam alicujus miraculosè venit an teneatur illam servare? tom. 6. tract. 1. resolution. 65. §. 1. pag. 50
In publicatione Bullæ Cruciatæ non tenetur quis primo die sumere Bullam, sed sufficit intra hebdomadam? t. 4. tr. 3. r. 3. §. 1. pag. 67
A publicatione Bullæ Cœnæ an Episcopi excusentur ob minas, & metum Principum, &c. tom. 9. tract. 2. resol. 45. §. 2. pag. 125
Ad publicationem testium contra reum an alter Inquisitor sine altero procedere possit? tom. 5. tract. 10. resol. 38. §. 1. & seqq. p. 430
Vide verb. *Publicare, Publice, Publicum.*

Publicè.

Qui publicè coram multis peccavit, præbendo eis scandalum, an teneatur in confessione explicare numerum personarum, quibus datum est scandalum, etiam unico peccato? t. 1. tr. 7. r. 13. §. 3. p. 350
Publicè an licitum sit reprehendere Principem, Prælatum, superiores Ecclesiasticos, & Religiosos? t. 7. tr. 4. r. 27. §. 1. & seqq. p. 296
Vide verb. *Blasphemia.* tom. 1
Item verb. *Publicum.* tom. 5. & 7

Publicum.

Si Publica sint superiorum peccata, & an subditi publicè arguere debeant superiores, etiamsi nulla speretur emendatio? t. 7. tr. 4. r. 26. §. 1. p. 295
Publicis peccatoribus, ut meretricibus, usurariis, &c. an sit adhibenda correctio? tomo septimo, tract. 4. r. 71. per totam. pag. 324
Quando publicum censendum sit peccatum, ut liceat prætermisso primo gradu privatæ monitionis corrigere publicè coram aliis? tomo septimo, tract. 4. resol. 47. §. 1. pagina 306
Et quid, si possum privatè corrigere eum, qui publicè peccavit, teneorne nihilominus arguere publicè, aut Prælato denunciare? ibid. §. 2
Vide verb. *Delictum.* tom. 3
Item verb. *Abjurare, Notorium.* tom. 5
Item verba *Concionatores.* tom. 7

Pudenda.

Vide verb. *Conjux, Osculari, Perfricare, Vir.* tom. 2
Item verb. *Chirurgus, Medicus.* tom. 7
Item verb. *Brutum, Chirurgus, Fœmina, Pruritus, Refricare, Tactus.* tom. 8

Pudicitia.

Pro pudicitia defendenda licet aliquando occidere invasorem. t. 8. tr. 5. r. 20. p. 101

Pudor.

Vide verb. *Licentia, Verecundia, Voluntas.* tom. 7

Puella.

Quando Puella tacet, & nullus pro ea respondet, an sit validum matrimonium, vel an sit necessarium, ut pro ea respondeat pater, mater, curator, vel tutor? tom. 2. tr. 6. resol. 53. §. 4. p. 363
Et quid, si in tali casu extraneus repromittat? ibid.
Puella, quæ Religionem ingreditur lucratur legatum relictum non personæ particulari, sed generaliter pro virginibus maritandis? tomo sexto, tract. 8. resolution. 43. §. 1. pag. 414
Si puella vim patiens fornicationis actum committat, an peccet mortaliter? tomo octavo, tract. 6. resol. 1. §. 7. pagina 135
Puellæ manentes in educatione apud moniales exemptas, an subjaceant reservationi casuum factæ ab Ordinario loci? t. 1. tr. 5. r. 51. §. 1. & seq. p. 296
Ad puellæ prægnantis periculum vitandum, vitæ & infamiæ, an licitum sit procurare abortum, si fœtus non est animatus? Et quid, si fœtus animatum sit? tom. 5. tract. 6. resol. 43. §. 1. p. 303
Et an hoc procedat in fœminam cujuscumque conditionis, Monialis, Nobilis, & infirmi status, & conditionis? t. 5. tr. 6. r. 45. §. 1. p. 304
Puellæ expositæ in aliqua civitate an possint consequi legatum relictum pro maritagio illius Civitatis? Et quid, si concurrit cum puella originaria? tom. 6. tract. 8. resol. 47. §. 1. pag. 416
Puellæ, quæ in Monasterio Monialium educantur, si ad Ecclesiam Monasterii confugiant pro delicto commisso, an gaudeant Immunitate? tom. 9. tract. 1. resol. 37. §. 2. pag. 29
Qui puellis suadent importunis precibus, vel metu reverentiali intrare in Monasterium Monialium, an incurrant excommunicationem Concilii Trident. sess. 25. c. 18. t. 5. tr. 1. r. 81. §. 6. p. 54
Vide verb. *Curator, Raptus, Tutor.* tom. 2
Item verb. *Fœmina, Onus.* tom. 5
Item verb. *Dos, Orphanus, Legatum, Virgo.* tom. 6
Item verb. *Annus, Domicella, Dos, Examen, Fœmina, Testamentum.* tom. 7
Item verb. *Clamare, Corruptio, Fœmina, Virgo.* tom. 8
Item verb. *Domus, Laicus, Lis, Testamentum.* tom. 9

Puer.

Si puer moriatur in utero matris, an possit ibi baptizari? t. 1. tr. 1. r. 71. §. 1. p. 48.
Puer in quacumque ætate dummodo sit capax rationis ad peccatum mortale committendum, potest obire munus Patrini in Baptismo? tomo primo, tractatu primo, resol. 96. §. 3. pag. 62
Puer an ratione ætatis imbecillæ possit peccare venialiter, qui non possit mortaliter? tomo primo, tract. 3. resol. 118. §. 1. pag. 169
Quidam puer usque ad annum 13. non se accusavit de ordinariis pollutionibus, quas faciebat, sciens postea hoc esse peccatum mortale, dubitatum fuit, an teneatur repetere omnes confessiones? t. 1. tr. 3. r. 119. §. 1. p. 169
In dubio, si puer habeat usum rationis, an sit absolvendus? tom. 1. tr. 4. r. 21. §. 1. p. 237

Et

Et quid maximè in articulo mortis ? ibid.
Et an Confessarius possit illum absolvere absque conditione, si puer sit septennis ? tom. 1. tr. 4. r. 22. §. 1. & seq. ibid.
Quando puer est absolvendus in articulo mortis ? tom. 1. tr. 4. r. 45. §. 1. p. 250
Et quid est faciendum quando æque dubitatur puerum habere, & non habere usum rationis ? ibid.
Puer non habens adhuc usum rationis, si reciperet sacram Eucharistiam, an reciperet gratiam Sacramenti. t. 2. tr. 2. r. 7. §. 1. p. 158
Quando puer censeatur ad annos discretionis pervenisse, ut teneatur præcepto Ecclesiastico suscipiendi Eucharistiam. t. 2. tr. 2. r. 89. §. 2. p. 214
Puer an sit ungendus sub conditione, quando dubitatur, si habeat usum rationis ? tom. 2. tr. 4. r. 43. §. 1. pagina 264
Et quid, si dictus puer receperit sacramentum pœnitentiæ etiam sub conditione ? ibid.
Et quid, si puer non sit capax sacramenti Eucharistiæ ? t. 2. tr. 4. r. 44. & 45. §. 1. ibid.
Si puer impuber percutiat Clericum etiam enormiter, si non petat ab Episcopo absolutionem excommunicationis ante pubertatem, non est illi imponendum onus comparendi coram Pontifice. tom. 5. tract. 2. r. 68. §. 1. pagina 161
Puer in anno 5. suæ ætatis fuit promotus ad primam tonsuram, quæritur, quid juris ? Et an promoveri possit ad alios Ordines ? Et an incurrerit suspensionem ? t. 5. tr. 3. r. 34. §. 1. & seq. p. 181. & 182
Sed concluditur puerum in dicto casu dispensationem impetrasse. ibid. §. 6. p. 182
Pueri ante septennium an possint aliquando sacramentum confirmationis accipere ? tom. 1. tract. 2. res. 14. §. 1. & seq. pag. 78
Pueri an statim post usum rationis teneantur præceptis Ecclesiæ Confessionis, &c. & à lacticiniis abstinere in diebus jejunii ? tom. 1. tr. 3. r. 45. §. 1. p. 119
Et an post septennium in dubio censeantur pueri habere usum rationis, & sic teneantur confiteri, Eucharistiam sumere, & non comedere carnes in diebus jejunii, &c. t. 1. tr. 3. r. 46. §. 1. p. 120
Pueri ante septennium in dubio an habeant usum rationis, præsumendum sit non habere ? ibid.
Pueri, si ante septennium usum rationis obtinuerunt, an teneantur ad annuam confessionem, non comedere carnes in Quadragesima, &c. tom. 1. tract. 3. res. 47. §. 1. ibid.
Pueri usque ad 14. annum non incurrunt excommunicationem in constitutionibus Episcopalibus impositam pro præcepto annuæ confessionis, neque in alia ferenda à judice, sed non tamen ab excommunicatione Canonis. t. 1. tr. 3. r. 50. §. 5. p. 122
Pueri ante annum pubertatis an includantur in peccato sodomiæ reservato ? tom. 1. tract. 5. r. 55. §. 1. & seq. pag. 299
Pueri an eodem tempore quo sunt capaces Sacramenti Pœnitentiæ, sint etiam Eucharistiæ ? tom. 2. tract. 2. res. 5. §. 1. p. 157
Pueri non obligantur ad communionem ante 12. annum. ibid. §. 1. & 4. p. 158
Pueri non communicantes ante 14. annum non ligantur excommunicatione, aut pœnis latis pro hoc præcepto. ibid. §. 3
Pueri, qui possunt confiteri ad lucrandum Jubilæum, sunt ad Eucharistiam admittendi. tom. 2. tr. 2. r. 6. §. 2. pagina 158
Pueri pro præcepto divino an teneantur in mortis articulo Eucharistiam recipere, quamvis ad hoc Ecclesiastico præcepto non obligentur ? tom. 2. tr. 2. res. 88. & 89. pagina 214
Pueri habentes usum rationis, an statim teneantur præcepto audiendi Missam in die festo ? tom. 2. tract. 3. r. 9. §. 1. pag. 226
Pueri quo tempore teneantur legibus Ecclesiasticis, & signanter Confessionis, & Communionis, &c. tom. 4. tr. 6. r. 68. §. 5. & seqq. p. 237
Pueri an statim post usum rationis teneantur censuris, & pœnis ? Et quid de censuris latis à jure ? t. 5. tr. r. r. 108. §. 1. & seq. p. 72
Et si pueri ante usum rationis decedant an possint sepeliri in loco interdicti ? ibid. §. 5
A pueris ante pubertatis annum an irregularitas incurratur ? t. 5. tr. 5. r. 40. §. 1. p. 223
Cum puero mollities consummata an mutet speciem ? t. 1. tr. 7. r. 141. §. 1. & seq. p. 412
Puero rationis, & confessionis capaci an Eucharistia in mortis articulo debeat præberi ? tom. 2. tr. 2. resol. 88. §. 1. pag. 213
Et quid, si dubitatur utrum sint doli capaces, & hoc Sacramentum sufficienter discernant ? ibid. §. secundo, pagina 214
Puerum confirmare ante septennium sine aliqua causa, an sit peccatum mortale ? tom. 1. tr. 2. r. 14. §. 2. p. 78
Puerum, si cognoscat Parochus per confessionem nunquam actualiter peccasse, an teneatur ministrare illi Extremam-unctionem ? tom. 2. tract. 4. resol. 42. §. 1. pag. 264
Si puerum turpiter infestet Clericus pro nefanda libidine, an puer possit illum percutere sine metu censuræ ? t. 5. tr. 2. r. 16. §. 1. p. 132
Si puerum Confessarius solicitavit in confessione ante constitutionem Greg. XV. an sit denunciandus ? t. 5. tr. 9. r. 80. per tot. p. 411
Puerum confessarius ducens ad cellam statim post confessionem, ut chirographum confessionis tradat, & illum ibi solicitet, an sit denunciandus ? tom. 5. tr. 9. res. 81. §. 1. ibid.
Vide tract. 1. tomi 1. *de Baptismo.* à res. 64. usque ad r. 83. inclusivè, ubi plures quæstiones.
Item verb. *Infantes, Impuberes.* tom. 1
Item verb. *Infantes, Osculari.* tom. 2
Item verb. *Carnes, Communio, Irregularitas.* tom. 4
Item verb. *Adolescens, Filius, Masculus, Monitorium, Occidens, Onus, Parentes, Præceptum.* tom. 5
Item verb. *Impubes, Infans,* tom. 8

Pugna.

Vide verb. *Provocatus.* tom. 3

Pugnare.

Vide verb. *Bellum, Clericus.* tom. 5
Item verb. *Bellum,* & ejus notationem. tom. 7
Item verb. *Irregularis.*

Pugnus.

Vide verb. *Percutere.* tom. 9

Pulchritudo.

Ob pulchritudinem contrahere matrimonium non est neque veniale peccatum. tom. 2. tract. 6. resolut. 200. §. 3. pag. 454

Pulchrum.

Si pulchra esset sponsa tempore sponsalium, an dissolvantur sponsalia eâ affectâ notabiliter deformi ? tom. 2. tr. 6. r. 17. §. 1. p. 339
Vide verb. *Deformitas.* tom. 2

Pulsare.

Vide verb. *Campana.* tom. 8

Puniendum.

In puniendo Cardinali an Papa teneatur adhibere Collegium Cardinalium, ut simul cognoscat, & judicet ? tomo nono, tractatu septimo, resolutione 74. §. unic. pagina 402

Puniendus an sit Regularis ab Episcopo, excipiendo sæcularium confessiones absque approbatione Episcopi? t.7. tr.1. r.88. §.4. p.64
Puniendus an sit à judice Laïco Clericus, qui commisit crimen læsæ majestatis? Et an sit degradandus, & curiæ sæculari tradendus? tom.9. tract.2. resolutione 54. & 55. p.129
An puniendus sit à judice laïco, qui beneficium habens deliquit, & postea matrimonium contrahit? t.9. tr.2. r.147. §.1. p.167
Idem est de Clerico conjugato, qui post commissum delictum factus est bigamus, aliud matrimonium iniens. ibid. §.3
Puniendus est in tribunali S. Inquisitionis, qui dixit, quod B. Franciscus de Borgia, & B. Cajetanus non sunt in cœlo, & locus, si diceret: Non teneor credere B. Borgiam, & B. Cajetanum esse in gloria. t.9. tr.5. r.22. §.8. p.364
Et quid, si diceret, Ego non teneor credere B. Ignatium, & alium quemlibet S. Canonizatum esse in gloria? ibid. §.9
Vide verb. *Punire.* tom.2.5.6.7.8.9

Punire.

Punire Regulares an possit Episcopus in casu Conc. Trid. sess.7. c.14. t.7.tr.1. r.41. §.1.p.28
Ubi aliqua notabilia pro praxi circa Regulares, & Equites Jerosolymitanos degentes, & delinquentes extra claustra, & quoad degentes intra claustra, sed extra delinquentes, &c. etiamsi cum notorietate, & scandalo deliquerint intra Ecclesiam sui Monasterii. Et quid in istis casibus competat Episcopis facere? §.1. & seqq. p.28. & 29
Punire, & castigare censuris, & aliis pœnis Regulares an possit Episcopus vigore Concilii Trid. in aliquibus casibus, in quibus illi à Sede Apostolica subjiciuntur? t.7. tr.1.r.44. per totam. p.30
Ubi pro praxi 17. casus proponuntur.
Punire justè non potest Episcopus, vel superior subditum, ductum ad id opinione probabili. t.8. tr.1. res.15. §.1. pag.9
Punire an possit judex laïcus reum, qui subdolis verbis, & fallaciis deceptus fuit ad egrediendum ab Ecclesia, vel an talis reus non amittat privilegium Immunitatis? t.9. tr.1.r.111. §.1. p.65
Punire Clericum assassinum notorium an judex laïcus possit? Idem est de Clerico incorrigibili, & sodomita notorio? tom.9. tr.2. res.65. §.1. & seqq. p.133
Punire Clericos in minoribus an judex laïcus possit? Ubi explanantur omnia, quæ Concilium Trid. sess.23. c.6. determinat, ut Clericus gaudeat privilegio fori. t.9. tr.2. r.140. per totam. p.165
Punire Apostatas à Religione Catholica, an judex Ecclesiasticus possit? t.9. tr.2.r.195. §.1. p.194
Punire laïcum, qui crimen sacrilegii commisit, an possit judex Ecclesiasticus? tom.9. tract.2. resolut.289. §.1. pag.244
Punire adulterum quando judex Ecclesiasticus possit? Ubi an hoc crimen sit misti fori? tom.9. tract.2. res.290. §.1. pag.245
Punire Episcopos, & Clericos in temporalitatibus Magistratus Regii non possunt. tom.9. tract.3. resol.15. §.3. pag.316
Puniri ab Episcopo an possint Regulares, prædicantes in alienis Ecclesiis sine licentia Episcopi? t.7. tr.1.r.55. §.1. pag.37
Et quid, si prædicent in suis Ecclesiis, non petita benedictione Episcopi? tom.7. tract.1. resolut.61. per totam. pag.40
Idem est in supradictis casibus de Capitulo Sede vacante? t.7. tr.1.r.62. per totam. p.41
Puniri an possit Regularis, qui expositus à suo Superiore ad excipiendas tantum confessiones virorum, excipit tamen confessiones fœminarum, vigore Jubilæi, &c. t.7. tr.1. r.121. per totam. p.85
Puniri ab Episcopo an possit Religiosus delinquens in alieno Monasterio, vel saltem à Superiore illius Monasterii, &c. t.7. tr.1.r.197. §.1. p.125
Puniri à Dominis an servi possint si inveniantur casu, quo possint licitè fugere? tom.7. tract.8. resolut.15. §.1. pagina 437
Puniri non solum à judice laïco, sed etiam à judice Ecclesiastico an possit Clericus, qui in re aliqua in Trid. sess.23. c.6. præscripta deficit, ob idque foro laïco subjicitur? t.9. tr.2.r.120. §.3. p.157
Puniri à judice Ecclesiastico an possit laïcus, si delinquat simul cum Clerico, maximè, si præveniat? t.9. tract.2. r.286. & 287. p.243
Puniri à judice Ecclesiastico an possit laïcus delinquens in Ecclesia? t.9. tr.2. r.288. §.1. p.244
Puniri à judice laïco non potest Clericus assassinus, nisi constet de qualitate assassini, & præcedat sententia declaratoria judicis Ecclesiastici. tom.9. tract.2. r.328. §.9. p.276
Puniri, & examinari à fidei Quæsitoribus in nostro sacro Tribunali an possint judices laïci trahentes ad sua tribunalia personas Ecclesiasticas, extra casus à jure permissos? t.9. tr.2. r.345. §.7. p.304
Et quid de scriptoribus id fieri posse docentibus? ibid.
Vide verb. *Episcopus*, tom.2
Item tract.10.11. & 12. tom.5
Item verb. *Actus*, *Clericus*, *Irritare*, *Prælatus Regularis*. tom.6
Item verb. *Delinquentes*, *Vicarius Ecclesiasticus*. tom.7
Item verb. *Committere*, *Delictum*. tom.8
Item verb. *Falsum*, *Familia*, *Filius*, *Forum*, *Habitus*, *Hæresis*, *Ius*, *Iustitia*, *Laïcus*, *Lex*, *Licentia*, *Miscere*, *Multa*, *Notarius*, *Novitius*, *Offendentes*, *Officium*, *Pœna*, ubi multa, *Prælatus Ecclesiasticus*. tom.9

Pupillus.

Pupilli an teneantur consentire ut tutores, & curatores de eorum bonis aliquas eleemosynas, & donationes faciant? Et an ipsi pupilli possint moderatas eleemosynas, & donationes facere, & ipsi tutores, & curatores teneantur ad id consentire? tom.4. tract.7. resolut.37. §.1. pag.297
Pupilli an possint aliquid donare? tom.6. tract.7. res.24. §.1. pag.320
Ex pupillorum bonis an possint tutores donare? t.6. tr.7. r.28. §.1. p.322
Vide verb. *Curator*, *Filius*, *Minor*, *Tutor*. tom.6
Item verb. *Tutor*. tom.8

Purgare.

Purgare moram post annum an possit hæres, vel executor testamenti si infra annum non exequatur voluntatem testatoris? t.6. tr.9. r.44. §.1. p.476
Vide verb. *Canon*. tom.6
Item verb. *Indicere*, *Receptatores*. tom.5

Purgatio.

Ad purgationem inducendam reorum an alter Inquisitor sine altero procedere possit? tom.5. tractat.10. res.88. per totam. p.430
Ad purgationem Canonicam non est deveniendum, si adsint indicia ad torturam, sed reus est torquendus? t.5. tr.11. r.1. §.4. p.477
Et quid, si reus sit Clericus? t.5. tr.11. r.36. §.5. p.497
Vide verb. *Purgare*. tom.5. & 6

Purgatorium.

Vide verb. *Anima*, *Defunctus*, *Existens*, *Pœna*. t.4

Purificare.

Vide verb. *Sacerdos*. tom.2

Purificatorium.

Purificatorio post primam lotionem possunt fœminis, maximè

maximè virginibus tradi integrè lavanda; & reficienda. t. 2. tr. 1. r. 182. §. 1. p. 106
Vide verb. *Calix.* tom. 2

Puteus.

Qui in puteo mortuus reperitur, non statim Ecclesiastica sepultura est privandus? tom. 5. tract. 1. resolut. 72. §. 5. pag. 48
Qui in puteum projiceret infantem moriturum, si aliter eum baptizare non possit, an peccet mortaliter peccato homicidii, & irregularitatem incurrat? t. 1. tr. 1. r. 70. §. 1. p. 47
Idem est de Adulto. t. 1. tr. 1. r. 69. §. 2. p. 46
Vide verb. *Invenire*, tom. 8

Pyxis.

In Pyxide, ubi conservatur Eucharistiæ Sacramentum, an debeat permanere aliqua palla ex lino confecta, & benedicta? t. 2. tr. 1. r. 180. §. 1. p. 105
Si in Pyxide continente plures particulas consecratas misceatur aliqua non consecrata, an possit Sacerdos validè illam consecrare, si non dignoscitur? t. 2. tr. 1. r. 231. §. 1. pag. 141
Vel an licitè, & valide possit consecrare sub conditione omnes particulas, ut non remaneat mixta consecratis illa alia non consecrata? ibid. §. 4. p. 142
Pyxidem cum Eucharistia Sacerdos sine stola, & Cotta ad aliud Altare transferens, non peccat nisi venialiter, etiamsi adsint, qui videant. tom. 2. tr. 1. res. 195. §. 3. pag. 112
Pyxidem quidam Sacerdos post Offertorium' reposuit in Tabernaculo, plenam particulis, & clauso tabernaculo postea tempore consecrationis habuit actualem intentionem dictas particulas consecrandi, an revera consecratæ remanserint? tom. 2. tract. 1. res. 219. §. 1. pag. 130
Pyxis in qua reponitur Eucharistia, an necessariò sit benedicenda? t. 2. tr. 1. r. 179. §. 1. p. 104
Pyxis ante sumptionem Sanguinis non potest reponi in tabernaculo cum particulis consecratis. ibid. §. tertio. pag. 105
Pyxis super Altare, non autem super Aram in cornu Epistolæ fuit per errorem apposita plena particulis, quas Sacerdos in Sacristia habuit intentionem consecrandi, an remanserint consecratæ, si Sacerdos de illis amplius non meminerit? tom. 2. tract. 1. resolut. 217. & 218. pag. 128. & 129
Pyxis cum particulis super Corporali, etsi non aperiatur tempore consecrationis, sit tamen consecratio. tom. 2. tr. 1. r. 217. §. 2. p. 129
Vide verb. *Benedicere.*

Q

QUADRAGESIMA.

Vide verb. *Nuptiæ, Pascha, Traducere.* tom. 2
Item verb. *Advena, Carnes, Confessio, Consuetudo, Dies, Dominica dies, Experientia, Lætitia, Iejunium, Mediolanensis, Ova, Peregrinus.* tom. 4
Item verb. *Tempus.* tom. 7
Item verb. *Actus.* tom. 8

Quadriga.

Vide verb. *Fratres Minores.* tom. 7

Quadrigare.

Vide verb. *Quadriga.* tom. 7

Quæsitores Fidei.

Vide verb. *Punire.* tom. 9

Quæstio.

Quæstio si aliqua gravis oriatur, & ideo convocetur Concilium Provinciale an vota Episcoporum sint decisiva, & non consultiva? t. 3. tr. 3. r. 91. §. 5. p. 356
Quæstio spiritualis si incidit coram judice sæculari, remittere tenetur Ecclesiastico terminandam, neque potest præcipere, ut infra certum tempus illam expediat. t. 9. tr. 2. r. 48. §. 1. p. 126
Quæstio illa, an authoritas unius Doctoris viri docti, & pii faciat opinionem probabilem, quomodo intelligenda sit? tom. 9. tract. 2. resolut. 340. §. 11. & seqq. pagina 296
Vide verb. *Jurisdictio.* tom. 9

Qualificatores.

Qualificatores S. Officii vocare an debeant Inquisitores circa declarationem propositionum? t. 5. tr. 10. res. 25. §. 1. pag. 426

Qualitas.

Qualitas quæcumque satis est, quæ censetur sufficere ad veram operis promissi executionem, etiamsi infirma sit, v. g. vovens dare triticum prò eleemosyna, non determinans an optimum, vel malum, & hoc in similibus eventibus? tom. 8. tract. 4. resol. 24. §. ultim. pag. 58
Sed pro praxi dictæ quæstionis lege ibi aliquos casus à §. 1. pag. 58
Qualitatem sermonis an teneatur explicare in confessione, quando quis se accusat de delectatione rerum turpium ex colloquio cum aliis, si videlicet fuerit circa conjugatos, circa solutos, circa nefandum crimen, &c. nec satis sit dicere in alio casu, fui injustus in materia gravi, sed opus sit dicere, an in fortunis, an in fama, an in vita, &c. t. 1. tr. 7. r. 14. §. 2. p. 350
Qualitatem blasphemiæ pœnitens an teneatur explicare in confessione, si tales blasphemiæ procedant ex odio Dei formali, vel contineant hæresim? t. 1. tr. 7. r. 31. §. 2. pag. 364
Quantitatem superstitionis, vel hæresis an teneatur explicare in confessione, qui peccatum superstitionis, vel hæresim commisit? tom. 1. tractatu 7. resol. 34. §. 1. pagina 365
Vide verb. *Jus, Litera.* tom. 3
Item verb. *Inquirere, Opinio probabilis.* tom. 5
Item verb. *Actus, Illegitimus, Procurator.* tom. 7
Item verb. *Dubitans, Expellendum, Votum.* tom. 8
Item verb. *Offendentes, Familiares.* tom. 9

Quamprimùm.

Quamprimùm an teneantur postea confiteri, qui non est confessus in Paschate, vel articulo mortis, cum haberet conscientiam peccati mortalis? tom. 1. tract. 3. res. 55. §. 3. p. 125
Vide tract. 8. tom. 1. *de sacramento Pœnitentiæ* à res. 169. usque ad r. 185, inclusive, & à r. 140. usque ad res. 168. ubi plures quæstiones super hoc verb. *Quamprimùm.*
Item verb. *Statim.* tom. 1

Quantitas.

Quantitas injuriarum, & etiam personarum an sit explicanda in confessione, quando quis uno impetu profert in servos plures injurias, vocando illos fures, sodomitas, &c. vel sufficiat dicere se injuriam gravem intulisse alicui, non explicando injurias, neque personas? t. 1. tr. 7. r. 19. §. 1. p. 355
Quæ quantitas reddituum beneficii obliget ad Horas Canonicas? t. 3. tr. 6. r. 10. §. 1. p. 423
Quænam quantitas dicatur notabilis, ut illam expendens Episcopus, vel beneficiarius alius in usus prophanos, peccet mortaliter? tom. 4. tract. 7. resol. 25. §. 1. & seqq. p. 290
Quænam quantitas requiratur, ut ea sine licentia superioris usurpata à Religioso ad peccatum mortale deveniatur? t. 7. tr. 3. r. 40. §. 1. p. 266
Et quænam quantitas requiratur ex comestibilibus? ibid. §. 1. & seqq.
Quæ quantitas requiratur, ut furtum sit peccatum mortale? t. 8. tr. 7. r. 3. §. 1. p. 147

Quænam

Quænam quantitas Sanguinis requiratur, ut Ecclesia remaneat violata, & quænam quantitas seminis? tom.9. tr.1. r.132. per totam. p.86. & seqq.
De quantitate eleemosyniæ ab Episcopis, & Ecclesiasticis expendenda in pauperum necessitatibus. tom.4. tract.7. r.23. §.1. p.289
Quantitate ex qua debeatur mutuanti lucrum cessans, vel an totum? t.6. tr.3. r.26. §.1. p.130
Et proponitur regula, secundum quam Confessarii possunt sine scrupulo taxare quantitatem dicti lucri cessantis. ibid. §.2
In quacumque quantitate renunciare absque insinuatione potest, qui sperat legatum, aut aliud bonum, quod nondum obtinuit. t.6. tr.7. r.97. §.3. p.361
In quantitate magna an res comestibiles receptæ cum licentia Prælati possint dispensari in extraneos, & non obstante, quod sint magni pretii? tom. 7. tr. 3. r.34. §.1. pag.263
Quantitatem magnam ludere an sit peccatum mortale? t.6. tr.4. r.5. §.1. p.246
Qui quantitatem magnam lucrantur in ludo, &c. an teneantur ad aliquam restitutionem, dummodo non concurrant aliæ circumstantiæ reddentes ludum injustum? ibid. §.2
Qui cum intentione quantitatem magnam lucrandi ludit, an peccet mortaliter? t.6. tr.4. r.6. §.1. p.246
Quamnam quantitatem possit uxor ludere sine expressa viri facultate, aut illo renuente? tom.6. tr.4. r.23. §.1. & seq. p.254
Qui quantitatem pecuniarum recepisse pro dote confessus est, an censeatur illam donare? tom.6. tract.7. res.61. §.3. p.343
Si ad quantitatem notabilem comestibilia perveniant an teneatur Religiosus restituere, si ea usurpavit sine superioris licentia? tom. 7. tract. 3. resol.45. per totam. pag. 268
Si quantitatem aliquam expendendi Religiosus habet licentiam generalem, an possit valide illam ludo exponere, vel consumere in alios ludos illicitos? t.7. tr.3. r.60. §.1. & seqq. p.273. & 274
Si quantitatem levem Petrus auferat à Joanne à quo alii abstulerunt notabilem, an peccet mortaliter? tom.8. tr.7. r.4. §.1. p.148
Qui post quantitatem notabilem per minima furta sublata addit furta parva, an per quod libet novum furtum parvum, novum peccatum committat? t. 8. tr. 7. r.6. §. 1. p.149
Qui quantitatem parvam pecuniæ accipit pro homicidio, an sit assassinus? t.9. tr.1. r.87. §.11. p.52
Quantæ quantitatis debeat esse donatio, ut nativitate filiorum revocetur? t.6. tr.7. r.54. §.6. p.309
Vide verb. *Attrahere, Cadens, Oleum, Panis, Pars, Reliquiæ sacra.* tom.2
Item verb. *Carnes, Collatio serotina, Hæreticus, Iter, Oratio, Parvitas materiæ, Potus, Vua.* tom.4
Item verb. *Bulla Cœnæ, Clausura, Extrahentes.* tom.5
Item verb. *Clericus, Fructus, Extractio, Insinuatio, Perdere, Provisio Cambiorum, Vinum.* tom.6
Item verb. *Capitulum, Christianus, Cognitio, Furtum, Munus, Pecunia, Reparare, Valor.* tom.7
Item verb. *Consulere, Expellendum, Votum.* tom.8

Quarta funeralis.

Vide verb. *Fœmina, Novitius.* tom.7

Querimonia.

Vide verb. *Dolor.* tom. 8

Quinquagenarium.

Vide verb. *Fœmina, Annus.* tom.4

Quinquennium.

Vide verb. *Ligare.* tom. 6
Item verb. *Reclamare.* tom. 7

Quoquo modo.

Quoquomodo omnem speciem cognitionis excludit. t.9. tr.2. r.194. §.2. p.195

Quotuplex.

Quotuplex sit sigillum sacramentale? tom. 1. tr. 8. res.1. §.1. p.424
Quotuplex sit malitia in frangendo sigillum sacramentale? t.1. tr.8. r.2. §.1. & seq. ibid.

R

RADIX.

Vide verb. *Legitimatus.* tom.3

Rapere.

QUis rapuit libidinis causâ virginem, & adhuc in sua potestate existente cum illa matrimonium contraxit, quæritur an fuerit validum? t.2.tr.6. r.152. §.1. p.422
Vide verb. *Raptus.* tom.2
Item verb. *Actio, Fœmina.* tom.5

Rapientes.

Vide verb. *Actio, Fœmina.* tom.5

Raptor.

Raptores Virginum an sint excludendi ab Immunitate Ecclesiæ? t.9. tr.1. r.33. §.1. p.26
Vide verb. *Fur, Latro,* tom.8
Item verb. *Matrimonium.* tom.9

Raptus.

Raptus an sit circumstantia necessariò confitenda, si virgo sponte consentit, & quid, si parentes actualiter repugnent? t.1. tr.7. r.94. §.1. p.389
Ubi, quod raptus, dum virgo consentit, non differt à simplici fornicatione, unde sufficit dicere in confessione, fornicatus sum semel; &c. ibid. §.2
Solùm ea raptus species in Concilio Trid, punitur, per quam vis infertur puellæ, non autem parentibus, unde si illa consentiat, validum erit matrimonium. t.2. tr.6. r.152. §.3. p.422
Raptus, quo fœmina rapuit virum, an dirimat matrimonium? t.2. tr.6. r.153. §.1. ibid.
Raptus an irritet sponsalia? ibid. §.3. p.423
Raptus strictè, & formaliter quid sit? tom.8. tr.6. res.7. §.4. pag.138

Ratificare.

Vide verb. *Ætas, Ius, Metus, Pubertas, Votum, Vsus rationis.* tom.6
Item verb. *Confessio judicialis, Depositio.* tom.5
Item verb. *Professio.* tom.7
Item verb. *Impubes.* tom.8

Ratificatio.

In ratificatione testium an debeant Inquisitores reis præbere, si petant, primam attestationem? tom.5. tr.10. res.49. §.1. p.435
In ratificatione testium an Procurator fiscalis non possit esse præsens? ibid. §.5
Vide verb. *Confessio judicialis, Depositio.* tom.5

Ratihabitio.

Ratihabitio de præsenti an sufficiat ad suscipiendam confessionem? t.1. tr.3. r.5. §.1. & seqq. p.86
Vbi an Sacerdos peccet, si ita confessionem audire incipit? ibidem.
Per ratihabitionem an Episcopus possit ordinare alienum subditum? tom.2. tract.5. resolut. 33. §.2. p.285
Qui sub ratihabitionis spe absolvit à reservatis Episcopo, an incidat in excommunicationem, & pœnas Decreti Clement. VIII. tom.1. tract.5. resolut.23. §.4. pag.280
Etiam graviter peccat, qui ita confessionem audire incipit. t.1. tr.5. r.24. §.12. p.282
Idem est, qui tali sciens confitetur. ibid.

Unde

Vnde absolutio reservatorum sub spe ratihabitionis an sit valida? ibidem ab initio. §. 2. p. 281
Vbi etiam deducuntur quinque objectiones. ibid. §. 5. & seq.
Vide verb. *Infans.* tom. 6

Ratio.

Ratio ubi eadem militat, debet militare eadem juris dispositio. t. 3. tr. 4. r. 3. §. 3. p. 377
Ratio legis plus debet attendi, quam ipsa lex. Unde in lege magis attendenda sunt quæ comprehenduntur ex mente legis, quam quæ comprehenduntur ex verbis legis. tom. 7. tract. 1. res. 308. §. 1. ante medium. pagina 215
Ratione aliqua emendandum an quis teneatur corrigere peccantem? t. 7. tr. 4. r. 57. per totam. p. 314
Qua ratione sit licitum, vel illicitum conficere, aut vendere res aliquas, quibus emptores creduntur ad peccandum abusuri, ut vestes, arma, fucos, venena, &c. t. 7. tr. 5. r. 66. §. 2. p. 363
Rationem reddere an teneatur executor testamenti? Et quid de minimis, vel de iis, quæ testator jussit secretò testamentario, ut eroget? tom. 6. tract. 9. r. 68. §. 1. pagina 487
Rationem reddere an teneatur executor, etiamsi testator liberet eum ab hoc onere? t. 6. tr. 9. r. 69. §. 1. ibid.
Rationem reddere an teneantur Religiosi executores testamentorum coram Episcopo? tom. 6. tract. 9. res. 70. §. 1. pag. 488
Et an puniri possint, si fortè deliquerint, vel debeant puniri à suo Prælato? ibid. §. 2
Et quid, si Religiosi sint mendicantes, &c. tom. 6. tr. 9. r. 71. §. 1. ibid.
Vide verb. *Conjux.* tom. 2
Item verb. *Iactura famæ, Compellere.* tom. 3
Item verb. *Capitulum Sede vacante, Clericus, Metropolitanus.* tom. 6
Item verb. *Injustitia.* tom. 7
Item verb. *Iurisdictio.* tom. 9

Ratio, seu pitantia.

Vide verb. *Pitantia.* tom. 7

Ratiocinium.

Vide verb. *Obligatus.* tom. 9

Rationale.

Rationalis consuetudo quænam dicatur? tom. 6. tract. 2. r. 1. §. 1. p. 100
Ubi in dubio an consuetudo contraria legi sit rationabilis, idest expediens communi bono, an præsumenda sit rationabilis, & communi bono expediens? §. 6

Ratum habentes.

Ratam habentes percussionem Clerici an incidant in censuram, etiamsi illam ratam habeant post factum? t. 5. tract. 2. resolutione 26. in initio, & in §. ult. p. 140. & seq.
Vide verb. *Bona temporalia, Homicidium, Mulier, Notoriè.* tom. 5

Ratumhabere.

Vide verb. *Offensio.* tom. 9

Reassumere.

Vide verb. *Conjugatus Clericus, Habitus.* tom. 9

Rebaptizans.

Rebaptizans puerum scienter, vel ignoranter, an contrahat cognationem spiritualem? tom. 1. tract. 1. r. 99. §. 5. pag. 64
Rebaptizans fictè in foro conscientiæ excusatur ab irregularitate. t. 2. tr. 6. r. 169. §. 2. p. 436
Et quid de baptizante sub conditione in Ecclesia puerum, qui fuit baptizatus prius propter necessitatem, v. g. in capellis, manu, pede, &c. & in omnibus aliis casibus, in quibus necesse est rebaptizare puerum sub conditione? t. 1. tr. 1. r. 101. §. 1. & seqq. p. 65
Et idem est in omnibus supradictis casibus de patrino tenente puerum in prædictis Baptismis. ibid.
Rebaptizantes solemniter sub conditione an incurrant irregularitatem? tom. 5. tract. 5. resolut. 20. per totam. pagina 214
Vide verb. *Parochus.* tom. 5

Rebaptizare.

Vide verb. *Rebaptizans.*

Recamatura.

Vide verb. *Domicella, Occupare.* tom. 7

Recatones.

Qui Recatones vulgò vocantur, an sint obligandi ad restitutionem? tom. 6. tr. 3. r. 84. §. 2. p. 160

Recedens.

Vide verb. *Novitius.* tom. 7

Recedere.

Vide verb. *Inserviens.* tom. 2
Item verb. *Dispensatio.* tom. 6

Receptatores.

Receptatores Hæreticorum an incurrant irregularitatem? t. 5. tr. 5. r. 52. §. 1. p. 228
Contra receptatores Hæreticorum, recusantes se purgare an Inquisitores procedere possint? tom. 5. tractat. 12. r. 21. §. 1. & seqq. p. 519
Vide verb. *Bulla Cruciatæ.* tom. 5
Item verb. *Interficientes.* tom. 9

Receptio.

In receptione Sacramentorum in multis casibus excusatur excommunicatus vitandus. t. 1. tr. 1. r. 15. §. 1. p. 12. Ubi pro praxi aliqui casus.
Vide verb. *Recipere.* tom. 7

Receptio seminis.

Vide verb. *Semen.* tom. 5

Recidivum.

Vt à recidivo frater sit securior, an quamvis proximus sit emendatus, possit quis illum Prælato, ut Patri denunciare? Et quid, si adsit periculum relapsus? t. 7. tr. 4. per totam. p. 312
Et quid saltem in Societate Jesu? t. 7. tr. 2. res. 55. per totam. ibid.
Vide verb. *Reincidentia.* tom. 1

Recipere.

Recipere an quis possit aliquid pro expediendis dispensationibus? t. 3. tr. 2. r. 166. §. 1. p. 285
Recipere Resignationes beneficiorum existentium in suis titulis an Cardinales possint? tom. 9. tract. 7. r. 60. §. 1. pag. 399
Vide verb. *Beneficium.* tom. 3
Item verb. *Consanguineus, Hæreticus, Sacramentum.* tomo quinto.
Item verb. *Casus, Curare.* tom. 6
Item verb. *Emendatum, Intentio, Monasterium, Novitius, Pecunia, Professio, Puella, Restitutio, Sacramentum.* tomo 7
Item verb. *Accipere, Actus, Iudex.* tom. 8
Item verb. *Pontifex, Potestas.* tom. 9

Recipiendum.

Vide verb. *Recipere.* tom. 7

Recipientes.

Contra non recipientes Sacramentum Eucharistiæ, & pœnitentiæ semel in anno, an Inquisitores procedere possint? tom. 5. tr. 10. r. 87. §. 1. p. 448
Recipientes aliquid per usus illicitos à Cardinali Religioso, & Episcopo Religioso ex redditibus Ecclesiasticis, an teneantur ad restitutionem? tom. 9. tr. 7. r. 84. §. 2. pag. 406
Vide verb. *Recipere,* cum suis notis.

Recitans.

Vide verb. *Recitare.* tom. 1. 2. 3. 4. 5. 7. 8

Recitare.

Qui recitabat ſingulis diebus ex devotione officium B. Virginis, qui poſtea habuit pœnitentiam recitandi per annum ſingulis diebus tertiam partem Roſarii ejuſdem B. Virginis, quæritur an ſatisfaceret dictæ pœnitentiæ cum recitatione dicti Officii? tom. 1. tr. 6. r. 53. §. 2. pag. 340

Impotens ſolus ad recitandum pro pœnitentia Officium, Pſalmos, Coronam, &c. non tenetur hæc cum ſocio recitare; & pœnitentiam adimplere, etiamſi ſocium facile advenire poſſit? tom. 1. tract. 1. reſol. 31. §. 14. pagina 329

Si recitare quotidie per menſem, vel annum pœnitens tenetur Roſarium, Coronam, Pſalmum, Litanias, &c. an ſatisfaciat, ſi uno, duobus, vel tribus, aut paucis diebus ſimul recitet? t. 1. tr. 6. reſol. 9. §. 2. & late in reſ. 21. p. 321

Qui recitare tenetur Litanias ex pœnitentia, vel voto, an debeat dicere Preces, & Orationes ſubſequentes? t. 1. tr. 6. r. 20. §. 1. p. 321

Qui recitare pro pœnitentia injuncta tenetur Pſalmos, Coronam, &c. an ſatisfaciat, ſi ſola mente illas recitet? t. 1. tr. 6. r. 30. §. 2. & ſeqq. p. 327

Et an dictas preces, & pœnitentiam cum alio recitare poſſit dicens quilibet ſuam ſalutationem Angelicam, & Pſalmi verſum? tom. 1. tract. 6. reſolutione 31. §. 13. pag. 329

An servæ, quæ à Domino ad turpia solicitantur, acquirant libertatem? Et an hoc extendatur ad masculum etiam servum, si Dominus ad turpia illum compelleret; vel quia inhumaniter illum tractat, an absque peccato etiam fuga ei liceat? Et an ea, quæ hic servus post fugam acquirat, Domino acquirat? t.7. tr.8. resol.17. per totam. pag.438
An si Dominus consentiat in matrimonium servi, persona libera ignorante, servus acquirat libertatem? Idem est, si Dominus ancillam in uxorem tradat homini libero servitutis non ignaro, si tamen Dominus dotis instrumentum ancillæ conficiat. tom.7. tract.8. resolutione 18. pag.438
An servus possit adoptari, & adoptatus an acquirat libertatem? Et cum Dominus actis intervenientibus servum filium suum nominat, an servus acquirat libertatem? t.7. tr.8. r.19. p.438
An servi acquirant libertatem, si à Dominis promittatur saltem in conscientia? Et quid de eorum filiis eo tempore promissionis natis? tom.7. tract.8. resolutione 20. pag.439

An servus Infidelis, vel Hæreticus, si convertatur ad fidem acquirat libertatem? Et an si Dominus Infidelis, vel Hæreticus simul cum servo convertatur ad fidem, perdat dominium servi? tomo septimo, tract. 8. resolutione 21. pag. 439

An servi Christianorum, qui in Tribunali S. Inquisitionis damnantur tanquam hæretici, remaneant ipso facto liberi? Et advertitur, quod acquisita semel à servis libertate, nunquam ad servitutem pristinam redire possint, etiam si eorum Domini ad fidem convertantur; & omnia bona restituantur. tomo septimo, tractat. 8. resol. 22. pag. 439

Et observatur, quod si servus Infidelis Dominum apostatantem à fide bono zelo Inquisitoribus denunciaverit, & si nullibi inveniatur concessa illi libertas, certa illi danda est. ibid. §. 4

An servi, qui libertatem Romæ in Capitolio acquirunt, illam pro toto Orbe acquirant? tomo septimo, tract. 8. res. 23. pag. 440

De aliis modis, quibus servi acquirant libertatem. tom. 7. tr. 8. r. 24. pag. 440

An expediat, & sit opus pium concedere servis libertatem? t. 7. tr. 8. r. 25. p. 440

Servi quibus modis possint se redimere? tom. 7. tract. 8. res. 26. pag. 440

An servus, vel ancilla possit sibi retinere id, quod pro injuria illata, vel ob usum corporis illicitum ei elargitum est? tomo septimo, tract. 8. resol. 27. & in aliis ejus not. pag. 441

An servus possit sibi retinere, quæ ludo acquirit? tom. 7. tr. 8. res. 28. pag. 441

An servus possit, inscio Domino, aliquid ludere? t. 7. tr. 8. res. 29. pag. 441

Et in §. 2. hujus res. sex casus explanantur, in quibus servus possit dominium aliquarum rerum habere, & de facto habet. ibid. & in aliis ejus not.

Etiamque notatur, quod si mancipium ludo intentus privaret Dominum labore, non tenetur restituere nisi tantum pretii, quanti existimaretur ille labor, quo Dominum fraudavit, & nihil aliud. ibid. §. 5

An servus possit sibi retinere ea, quæ ipsi relicta sunt in legato, vel testamento? tom. 7. tr. 8. res. 30. & in aliis ejus not. pag. 442

Quidam servus aliquid sibi subtrahebat de necessariis sine Domini incommodo, & præter opera præscripta, ex quibus lucrum colligebat, interrogatus fui, an de his acquireret dominium sibi, vel Domino? Quod est quærere, an servus possit habere aliquarum rerum dominium, & de rebus à se acquisitis disponere? tom. 7. tract. 8. resol. 31. §. 1. & 2. & in aliis eorum notationum. pag. 443

Et an hoc intelligatur non solum de servis, qui domi nascuntur, sed etiam de servis emptitiis, & in bello captis. ibid. §. 3

Et an Dominus peccet mortaliter, furtumque committat, in servos, si talia ab eis auferatur, in casibus supradictis, itaut servi possint uti compensatione occulta? ibidem §. quarto, & in resol. 32. §. etiam 4. signanter in fine. pag. 443

Et ex doctrina resolut. 32. infertur decisio cujusdam dubii satis practicabilis de Viatoribus, qui diversantur in hospitiis, in quibus ob certum pretium comedunt ex cibis appositis, quod volunt *Apasto*, nam illi etiam subtrahere sibi possunt, & reservare aliquod ex eis, quæ commesturi erant, durante appetitu. ibid. §. 5

An servi in casibus, in quibus sibi acquirunt, si à Dominis spolientur, possint sibi facere occultam compensationem? Et in §. 1. hujus resplutionis apponuntur sex casus in quibus servi acquirunt sibi dominium? tom. 7. tr. 8. res. 33. pag. 444

An servi possint facere eleemosynam? tom. 7. tract. 8. res. 34. pag. 444

Et an si servi habent aliqua bona propria, possint de eis donationem facere? ibid. §. 2

Et an servi possint habere aliquarum rerum dominium imperfectum? tom. 7. tract. 8. resol. 35. ad medium, à vers. Sed quia. p. 445

An qui servum alienum percutiendo inutilem reddit, vel occidit, teneatur restituere aliquid non solum Domino, sed servo? t. 7. tr. 8. r. 36. p. 445

An qui occidit servum suum, teneatur aliquid hæredibus servi restituere? Et de aliquibus aliis casibus agitur, in quibus Dominus lethaliter peccat, si injuria illata servis suis à se notabilis sit, &c. tom. 7. tractat. 8. resolutione 37. pag. 445

An servo ita possit à Domino inferri injuria, ut adsit obligatio restituendi uti, v. g. quando Domini jura servorum violant per injuriam notabilem, in quo casu non solum peccant mortaliter, sed ad restitutionem teneantur? Et aliqua alia explanantur, quæ in supradicto casu fieri debent. t. 7. tr. 8. res. 38. p. 446

An qui mutilavit membrum servi sui, teneatur ad aliquam restitutionem? t. 7. tr. 8. res. 39. p. 446

An licitum sit in pœnam delicti alicujus adurere mancipio guttis accensi adipis, vel ceræ? tom. 7. tract. 8. res. 40. pag. 447

An servi possint signari à Dominis in facie? tom. 7. tr. 8. res. 41. pag. 447

An Domini vocando servos Christianos, canes, vel si graviter eos verberent, ex levi culpa peccent mortaliter? t. 7. tr. 8. r. 42. p. 447

Et an peccent Domini, si sint notabiliter negligentes in corrigendis seruorum peccatis; in procurandis jis, quæ sunt necessaria ad salutem servorum, ut susceptio sacramentorum, auditio Missæ, &c. vel si jubeant aliqua, quæ servi facere non possunt sine peccato, aut si eos onerant laboribus intolerabilibus? ibid. à lin. 3. res.

An Domini propter nimiam sævitiam cogendi sunt servos vendere? t. 7. tr. 8. r. 43. p. 447

An licitè Dominus aliquando possit alimenta servis denegare? t. 7. tr. 8. r. 44. p. 448

An servi, & ancillæ peccent, si cibos communes ex domo heri ad comedendum accipiant, ut furta esculentorum, & poculentorum, etiam si sensim perveniant ad notabilem quantitatem, ut ipsimet consumant, secus vero ut vendant? t. 7. tr. 8. r. 45. p. 448

Et si furta sint præter esculenta, an servi, sive mancipia peccent mortaliter, & teneantur ad restitutionem? ibidem §. 5. ad medium.

An servi in casu æqualis necessitatis possint alimenta potius sibi, quam Dominis ministrare. tom. 7. tractat. 8. res. 46. pag. 448

Et quid est dicendum, si daretur casus, in quo salus, & vita Domini esset Christiano populo, vel alicui Reipublicæ necessaria, & salus, & vita servi minimè? ibidem §. 4

An servi possint parare mensam, & ministrare cibos Dominis in die jejunii? tomo septimo, tract. 8. resolutione 47. pag. 449

An licitum sit Dominis offerre carnes servis Infidelibus in die jejunii, vel illis imponere opera servilia in diebus festis? t. 7. tr. 8. r. 48. p. 449

Idem est dicendum de perpetuo amentibus, & Paganis, quibus fas est ministrare carnes diebus jejunii, &c. quia nulla lege Ecclesiastica obligantur. tom. 7. tract. 8. res. 49. pag. 449

An servi, & famuli possint licitè obedire Dominis, si præcipiant ne audiant Missam, vel laborent in diebus festis? t. 7. tr. 8. r. 50. p. 450

Servi in quibus non tenentur obedire Dominis. tom. 7. tr. 8. r. 51. p. 451

An Christiani Infidelium servi possint licitè obsequium præstare Dominis, quando intrant in Templum Idolorum. t. 7. tr. 8. r. 52. p. 450

Et ancilla à Paganis capta possit genuflectere, una cum Domina in Templo Idolorum genua flectente, & sese prosternente? ibid. ad med. §. 1
An servi teneantur defendere vitam Dominorum cum periculo vitæ? t.7. tr.8. r.53. p.451
An servi valide possint emittere vota? tom.7. tract.8. resolut.54. pag.451
An valeat votum servorum collatum ad tempus libertatis? Et an prædictum votum possit irritari à Dominis? t.7. tr.8. r.55. p.451
Et an valeant contractus servorum collati ad tempus libertatis? ibid. §.2. in fine.
An Domini possint irritare vota servorum? Et quid, si votum sit audiendi Missam, jejunandi, communicandi, &c. Et quid de voto servandæ castitatis? De votis vero ante servitutem emissis, an Dominus possit suspendere eorum executionem? tom.7. tract.8. resolutione 56. pag.452
Et observatur uxorem non posse servi vota irritare, nisi spectet ad ejus bona paraphernalia. ibidem in fine resolutionis.
Et notatur posse Dominum servi impuberis Patentibus orbati, omnia illius vota irritare, quod est valde notandum. ibid. in fine sec.
An servi possint valide, & licite contrahere matrimonium? t.7. tr.8. r.57. p.452
Et an peccet Dominus, si prohibere intentet servo suo, ne ineat matrimonium, vel conetur impedire, aut supplicio afficiat servum ob contractum matrimonium? ibidem §.2
Et an Dominus post promissionem, & sponsalia servi, non possit amandare, vel vendere illum in aliam Religionem? ibid. in dicto §.2
An servi matrimonio copulati possint licite vendi? t.7. tract.8. res.58. p.453
Et an uxor servi teneatur eum sequi in longinquam Regionem ablegatum? ibidem propè finem §. primi, à vers. Quæres.
An servus teneatur magis servire Domino, quam uxori? t.7. tr.8. res.59. p.453
An servus possit dare mutuo? tom.7. tractat.8. resolutione 60. pag.453
An servi valide contrahant, & obligentur? tom.7. tr.8. res.61. pag.454
Et quid, si servus promisit pecuniam pro libertate Domino, an tunc concedatur actio adversus illum. ibid. ad med. §.1. à vers. Excipe.
Eodem modo, si pactum fuit inter servum, & Dominum, ut propter pecuniam illum manumitteret, & servus solvit pecuniam, habet servus actionem contra Dominum, ut se manumittat; & alii diversi casus adducuntur pro praxi prædictarum quæstionum. ibid. in fine §.1. & seqq.
An servi possint esse testes? tom.7. tractat.8. resolutione 62. pag.454
An servi possint testamentum facere? tom.7. tr.8. resolutione 63. pag.454
Et an mancipia, & Christiani capti à Turcis, possint etiam in statu & loco captivitatis testamentum facere? ibid. §.3
An servi, invitis Dominis, possint eligere sepulturam? Et an Dominus teneatur facere expensas circa funus servi? t.7. tr.8. r.64. p.455
Et an pro servo tamen impubere Dominus possit eligere sepulturam? Quod idem dicendum est de servo pubere, si puber servus illam non elegit. ibid.
An licitum sit se exponere ludo cum periculo manendi mancipium in triremibus? tomo septimo, tract.8. resolut.65. pag.455
An servi possint à Dominis castrari ad suavitatem vocis conservandam, si ipsi consentiant? tom.7. tractat.8. res.66. pag.455
An Dominus teneatur resarcire damnum à servis illatum? Et an ista obligatio liget in foro conscientiæ, vel solum post judicis condemnationem? tom.7. tr.8. res.67. pag.455

Appendix ad alias difficultates mixtas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Resol. quæ simul pertinent ad hoc verbum Servus.

Servi Christiani Infidelium, si tempore Paschatis non habeant copiam Confessarii, an teneantur elicere actum contritionis de peccatis mortalibus perpetratis? tom.1. tr.3. r.82. §.1. p.142
Servi, qui condiunt, & porrigunt cibos, & mensam heris non jejunantibus, sternunt, mensæque serviunt, an culpæ participes efficiantur? tom.4. tr.6. resol.125. §.4. pag.273
Servi an sint irregulares? tomo quinto, tract.5. resolutione 57. §.1. p.231
Servi, & mancipia, an possint testari ad pias causas? t.6. tr.8. r.12. §.1. p.400
Servi an possint esse executores testamenti? t.6. tract.9. resol.4. pag.459
An servi non solum peccent mortaliter, sed etiam teneantur restituere, si non impediant furta domestica? t.8. tr.7. r.31. §.1. p.164
Servi, si fugiant ad Ecclesiam propter sævitiam Dominorum, an gaudeant ejus immunitate? t.9. tr.1. res.69. §.1. pag.44
Et an in aliquo casu Ecclesia possit compellere Dominum servum vendere? ibid.
Et quid est dicendum de servis Infidelibus, non solum quoad gaudendum immunitate Ecclesiæ, sed etiam in ordine ad judicem? ibid. §.2
Servi perpetui Clericorum, etiamsi sint Mauri, Turcæ, & à Catholica Ecclesia alieni, an gaudeant privilegio fori? tom.9. tract.2. resolut.160. §.4. pag.173. & in res.161. pag.174
Servi professio in Religione, contradicente, vel ignorante Domino, an sit valida, vel irrita? Vbi aliqua alia circa hoc. tomo septimo, tract.1. resolutione 143. §.1. pag.95
Servi gaudent privilegio concesso Domino. t.9. tr.8. res.3. §.2. pag.443
A servo thesaurus inventus ad quem pertineat? t.6. tr.6. res.9. §.1. pag.297
Et quid, si duorum servus in fundo unius ex Dominis thesaurum invenerit, an totum Domini sit? ibid.
Et quid, si aliquis sit servus, & unus ex Dominis in eo habeat usumfructum, alter vero proprietatem, & servus thesaurum inveniat, cuinam acquiratur? ibidem §. quarto.
Servus an possit donare bona ei relicta expresse, vel tacitè, aut data cum conditione ut non acquirantur Domino? t.6. tr.7. r.31. §.1. p.324
Servus an possit donare bona data ei ob turpem quæstum sui corporis? t.6. tr.7. r.32. §.1. p.325
Vide verb. *Serva.* tom.1
Item verb. *Conjux, Regulares.* tom.2
Item verb. *Dominus.* tom.4
Item verb. *Communicatio civilis, Dominus, Onus.* tom.5
Circa eorum furta aliqua practicabilia. t.7. tr.3. resol.41. §.1. & seqq. p.266. & 267
Item verb. *Capere, Dominus, Excommunicatio, Hæreticus, Ingredi, Litera, Ministrare, Titulus.* tom.7
Item verb. *Christianus, Dominus, Mancipium.* tom.8
Item verb. *Famulus, Superior secularis.* tom.9

Sexagenarius.

Vide verb. *Annus, Triremes.* tom.4

Sexus.

Vide verb. *Hermaphroditus.* tom.5

Sicarius.

Vide verb. *Promittere.* tom. 9

Sicilia.

Vide verb. *Frumentum.* tom. 6

Item verb. *Bulla Cruciata, Lacticinium.* tom. 9

Siculus.

Vide verb. *Bulla Cruciata, Lacticinium.* tom. 9

Sigillatim.

Vide verb. *Concurrere.* tom. 7

Sigillum Confessionis.

Quotuplex sit sigillum? Et an sigillum Sacramentale ita obliget, ne injuria fiat Sacramento, ut in illo vitæ casu, nec etiam pro tuendo Rege, vel liberando toto Orbe ab injusta conflagratione; infringi possit imo nec etiam violari poterit, quamvis universa Ecclesia, & fides tota Christiana per impossibile pereat, nisi Sacramentale sigillum reveletur? tomo primo, tract. 8. resolutione 1. pag. 424

Quotuplex sit malitia in frangendo sigillum Sacramentale? t. 1. tr. 8. r. 2. p. 424

Et an duplicem culpam mortalem specie diversam committat violator sigilli, unam contra Religionem, injuria Sacramentum afficiendo, reddendoque illud odiosum pœnitentibus; alteram contra justitiam infamando proximum, cujus delictum occultum proditur; & an teneatur in conscientia supradictus violator sigilli hanc duplicem circunstantiam confiteri; sicuti duplicem committit culpam lethalem etiam diversam specie, qui frangit illicitè secretum naturale, quod sub juramento servare promisit. ibid.

Et notatur, quod tunc committitur hoc peccatum à Confessario, quando volens, & advertens aliquid ex confessione revelat. ibid. §. 2. p. 425

Et an in aliquo casu possit excusari à veniali, quando aliquid diceret ex quadam inadvertentia? ibidem in dicto §. 2

An pœnitens, si accedat ad confessionem sine attritione, vel proposito Confessarius teneatur ad sigillum? t. 1. tr. 8. ref. 3. p. 425

An confessio facta invito Sacerdoti, cadat sub sigillum? t. 1. tr. 8. r. 4. p. 425

Et an laicus, qui putatur esse Sacerdos errore pœnitentis teneatur ad sigillum, sicut & ille, qui prope constitutus audit, quid Confessori pœnitens dicat? ibidem in fine resolutionis.

An si Confessarius in aliquo casu dicat, v. g. audivi Petri confessionem, vel Petri peccata, frangat sigillum? t. 1. tr. 8. ref. 5. p. 425

Et quid, si tam secreto pœnitens cuidam Confessario confessus sit, ut nolit sciri ab aliquo se illi esse confessum? ibid. in fine res.

An in fractione sigilli confessionis detur parvitas materiæ? t. 1. tr. 8. ref. 6. p. 426

Et an sit peccatum sacrilegii mortale, revelare unum veniale in specie alicujus pœnitentis in confessione auditum, modo circunstantes nullo modo intelligant in confessione fuisse auditum? ibid. in fine res.

An Confessarius asserens, v. g. Petrum confessum fuisse plura peccata venialia frangat sigillum? Et quid, si diceret pœnitentem fecisse, seu confessum fuisse peccata venialia, non addendo plura? tom. 1. tract. 8. resolutione 7. pag. 426

Et curssimè notatur non excusati à fractione sigilli eum, qui dixerit Petrum, v. g. gravia peccata venialia sibi esse confessum. ibid. §. 3

An frangat sigillum, qui dixit Petrus, v. g. in confessione suis minutissimis peccatis, scrupulosè caput meum obtundit? tomo primo, tract. 8. resolutione 8. & 9. pag. 426. & 427

Et obiter docetur, quod Clem. VIII. anno 1592. edidit Decretum, quo præcepit Superioribus Regularibus, ut diligentissimè caveant, ne ea notitia, quam in confessione de aliorum peccatis habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur. Sed an hoc Decretum, non ad omnes Confessarios, sed ad eos, qui Superiores sunt, vel deinceps erunt, dirigatur tantum. t. 1. tr. 8. res. 9. §. 2. p. 427

Et an non obstante dicto decreto possit probabiliter sustineri licere Superiori ob peccatum in confessione cognitum privare subditos Officiis ad nutum amobilibus? ibid. §. 3

Et licere Superiori, & cuilibet alii negare suffragium pœnitenti, quem solum per confessionem agnovit esse indignum ad Officium, vel Prælaturam. ibid. ante medium dicti §. 3

Et in supradicto casu an liceat Superiori negare subditis licentiam exeundi foras, alloquendi exteros, claudendi fenestras, & alia hujusmodi faciendi? ibid. ad medium dicti §. 3

An sit contra sigillum confessionis dicere, non absolvi pœnitentem, verbi gratia, Paulum? tom. 1. tract. 8. resol. 10. pag. 427

Sed difficultas est, an idem dicendum sit, si Confessarius interrogatus, an Petrum absolverit, respondeat: Ego eum non absolvi, quia nondum confessionem finivit, propter superveniens impedimentum? ibidem §. 4. pag. 428

Et an sine fractione sigilli Confessarius dicere possit, non absolvi Petrum quia nondum perfecit confessionem? ibidem §. 5

Et an dicti Confessarii, si in supradictis casibus frangatur sigillum, debeant puniri pœna ordinaria inflicta contra fractores sigilli? ibid. §. 6

Et notatur Confessarium, qui de publico peccatore asserit illum confessum esse suum peccatum frangere sigillum. Et quid, si Confessarius asserat de publico peccatore non illum absolvisse, quia non vidit pœnitentiam publicam de peccato, aut quia scandalo publico non satisfacit? ibid. §. ult.

Olim interrogatus fui, an Confessarius dicens, in aliqua civitate, vel alio loco, ubi confessiones audivit, committi peccatum Sodomiæ, vel aliud, frangat sigillum confessionis, & ut fractor talis sigilli puniendus sit? t. 1. tr. 8. r. 11. p. 428

Et quid, si in tali loco nominaret Religionem, vel Monasterium talis civitatis, aut loci? ibid. §. 3

An qui dixit audivisse in tali Monasterio peccatum grave, frangat sigillum etiam si non nominet pœnitentem? t. 1. tr. 8. r. 12. p. 429

Et docetur non solum esse peccatum, sed contra sigillum, si Confessarius dicat: in tali civitate talia, & talia peccata committi solent? Et quid, si tantum generaliter dicat gravia peccata committi? ibid. post medium resolutionis.

An Superior, à quo petitur potestas absolvendi à reservatis, teneatur ad sigillum? tom. 1. tractat. 8. resolutione 13. pag. 429

Et advertitur Superiores eo sigillo obligari, quando aliquis habens casum reservatum eum illis explicat, à quo recepta pœnitentia remittitur ad inferiorem pro absolutione sacramentali. ibidem post medium §. 2. vers. Advertc.

Et an inferior petens veniam absolvendi à casibus reservatis, nullo modo possit personam aperire, vel casum ita explicare, ut ea venire possit in notitiam Superioris, nec Superior potest curiosè interrogare, nec inquirere cum periculo veniendi in notitiam personæ, & inferior etiam ad id tenetur licet Superior veniam non concedat? ibid. sub finem res.

An sit contra sigillum confessionis, si Superior alicujus domus dicat Generali, vel Provinciali in ea domo sæpè postulare potestatem absolvendi à peccatis reservatis? t. 1. tr. 8. r. 14. p. 430

An Superior, vel quivis alius possit negare suffragium illi, cujus defectus scit solum per confessionem, quando suffragatur secreto, ubi multa de sigillo confessionis. Primò, non licere ob notitiam confessionis privare subditos officiis amobilibus. Secundò, non posse Confessarium dicere Prætoribus Urbis, aut Inquisitoribus, ut diligentius invigilent. Tertiò, quod non potest licitè Prælatus, seu quivis alius uti notitia Confessionis complicis alicujus delicti, ut fiant vigilantiores circa alios complices; nec potest dicere, ut solito diligentius invigilent, ut eos in delicto comprehendant, & sic in similibus. t. 1. tr. 8. resol. 15. per tot. & in multis aliis ejus not. pag. 430

An in aliquo casu Confessarius licitè possit uti notitia parta? Et pro praxi hujus quæstionis ex ejus doctrina cursim inferuntur septem casus in §. 1. hujus resol. t. 1. tr. 8. r. 16. p. 431

Et advertitur, quod si Confessarius sciat in confessione parare sibi insidias à Petro, ut illum interficiat, licebit tamen non exire de domo, aut si exeat, intus armis ad defensionem solam instrui. ibidem §. quinto, ad medium, &c.

Similiter, si scirem Petrum non esse Sacerdotem verum, sed fictum, possem, quæsito bono titulo, non illi deinceps, sed alteri confiteri, & sic de aliis similibus. ibid. prope fin. dicti §. 5

An aliquis vocalis, verbi gratia, nostræ Religionis, vel Magister Novitiorum possit negare suffragium alicui propter peccatum confessum? tomo 1. primo, tractat. 8. resol. 17. pag. 433

An sit contra sigillum revelare defectus naturales pœnitentis, verbi gratia, si pœnitens dicat in confessione se natum esse ex parentibus sordidis, infamibus, aut non conjunctis legitimo matrimonio? tom. 1. tract. 8. res. 18. pag. 433

An Confessarius frangat sigillum, si revelet virtutes pœnitentis extasim, & alia dona Dei? tom. 1. tractat. 8. resol. 19. pag. 433

Et notatur posse pœnitentem obligare Confessarium sub secretò naturali has virtutes, & dona celare. ibid. in fine resolutionis.

An Magister Novitiorum, vel Confessarius Monialium possit in exercitiis spiritualibus in generali damnare peccata, quæ audivit in confessione? tom. 1. tract. 8. res. 20. pag. 434

Et notatur concionantem de peccatis, quæ se dicit in confessione isto in loco audivisse, modo ita prudenter hoc faciat, & caute, ut impossibile sit inde prodi peccatorem, non esse violatorem sigilli, peccare tamen propter scandalum datum, & quia confessionem reddit odiosam. ibid. §. 2

An si Confessarius ex confessione intelligat famulum esse furem, possit illum dimittere? tom. 1. tractat. 8. res. 21. pag. 434

An Sacerdos, qui scit ex confessione furtum sibi factum, possit furem accusare ex aliis indiciis extra confessionem cognitis? t. 1. tr. 8. r. 22. p. 434

Ex quo infertur, quod si publicus usurarius, vel publicus concubinarius non sint absoluti à Confessario, & petant Communionem, Confessarius potest eam illis negare, dicendo eos esse in publico peccato. ibid. ad medium §. 1

An pro servanda vita possit Sacerdos aliquo modo manifestare peccata pœnitentis, verbi gratia, Sacerdos ex confessione novit sibi necem paratam in sylva, vel vinum paratum ad ejus Missam esse veneno infectum, &c. an in his casibus possit Missam omittere, & sylvam non intrare. Et hoc etiam, si hujusmodi Sacerdos in supradicto casu existens in peccato mortali, & non possit confiteri quia tunc debet enim providere sibi omni meliori modo, quo possit, de contritione, quæ cum Sacramento in voto sufficiet ad æternam salutem. tom. 1. tract. 8. resol. 23. per totam, & in aliis ejus notationum. pag. 434

An ad evitandam mortem Sacerdos, si quæritur ab aliquo, an talis persona peccata sua illi confessa fuerit, possit affirmare? t. 1. tr. 8. r. 24. §. 6. ad med. p. 435

Et infertur primo Confessarium, qui pœnitentem noluit absolvere propter ejus indispositionem, si postea ab eodem pœnitente calumniosè ob vindictam accusetur de casso crimine, non posse se defendere manifestando confessionem factam. ibid. §. 8

Secundo, quod dictum est de periculo vitæ corporalis locum etiam habere potest de periculo vitæ spiritualis, ut neque propter illud vitandum in se ipso possit Confessarius revelare. ibid. §. ult.

An Confessarius sine fractione sigilli possit manifestare peccatum nondum patratum, v. g. propositum prodeundi Rempublicam, vel occidendi innocentem, &c. t. 1. tr. 8. r. 25. p. 436

An sit licita fractio sigilli, quando casus est talis, quod pœnitens teneatur consentire? Et si non consentiat, quid facere debeat Confessarius, ut si v. g. pœnitens confitetur in quadam domo esse conventicula hæreticorum, &c. Et in isto casu docetur quomodo se gerere debeat Confessarius circa absolutionem talis pœnitentis? tomo primo, tractatu 8. resolutione 26. per totam. pag. 437

An, si fractio sigilli fiat in pœnitentis utilitatem, sit licita? t. 1. tr. 8. r. 27. p. 437

An Confessarius possit revelare hæredibus restitutionem faciendam, quam debeat moriturus pœnitens? Et quid maximè in prædicto casu, si adsit licentia pœnitentis, qui ante mortem dixit Confessario, ut ita revelet? ibidem.

Et quid, si non satis constet de voluntate pœnitentis jam mortui, & hæredes ipsi dubitent, & præsumant contra Confessarium fuisse Confessionem revelatam absque aliqua licentia illius? ibid.

Et quid, si hæredes nollent ex avaritia (ut accidit,) dictis Confessarii acquiescere? ibidem in fine resolutionis.

An prosit testimonium Confessarii de licentia pœnitentis, ut probetur pœnitens emendatus in foro externo, ut, v. g. Parochus det sacram Eucharistiam, vel sepulturam Ecclesiasticam, publico usurario, vel meretrici, &c. t. 1. tr. 8. r. 29. p. 438

Et infertur, quando publica meretrix est confessa mendicanti Religioso, non posse Pastorem petere testimonium à tali Confessario, quod vere de peccato suo publico pœnituerit, & confessa, & absoluta sit. Confessarius vero ne quidem quod fornicationes suas sibi confessa sit directè, aut indirectè puta, dicendo, quod eam à peccatis suis publicis absolvit, indicare potest. ibidem.

An Confessarius de licentia pœnitentis possit revelare confessionem? t. 1. tr. 8. r. 30. p. 438

Et notatur non sufficere quamcumque licentiam præsumptam, interpretativam, virtualem etiam in bonum ipsius pœnitentis ad revelandum sigillum confessionis; sed requiri formalem, atque expressam, & debet esse libera, spontanea, & non vi, injuria aut dolo extorta; imo neque per preces importunas; adde neque per metum reverentialem ipsius Confessarii obtenta. ibidem §. 3. & 4

Et advertitur pœnitentem posse revocare hanc licentiam, quoties voluerit, etiam absque justa, & ulla causa. ibid. in fine §. 3

An Confessarius, quando pœnitens dat ei licentiam revelandi Confessionem, debeat eam exigere in scriptis? t. 1. tr. 8. res. 31. p. 438

Et in prædicto casu, si dubitetur, an ea revelatio fiat, vel non fiat, de licentia pœnitentis, credendum sit testimonio Sacerdotis, & non pœnitentis. ibid. in fine.

In

In quadam civitate hujus Regni, Confessarius cum licentia pœnitentis in ordine ad consilium petendum manifestavit cuidam Sacerdoti aliqua peccata, de quibus ipse postea cum aliquibus locutus est, quæsitum à me fuit tunc, an dictus Confessarius fregerit sigillum confessionis? t. 1. tr. 8. r. 32. p. 439

An cum Sacerdos de licentia pœnitentis revelat peccatum, illi alii teneantur ad sigillum? tom. 1. tract. 8. res. 33. pag. 439

Et docetur Doctorem, consiliarium, aut Confessarium, cui ex licentia pœnitentis peccatum, & persona ejusdemmet pœnitentis manifestatur, obligari sacro sigillo. ibid. §. 2

Et in §. ult hujus Resolutionus cursim explanantur alii septem casus, & personæ in quibus omnes tenentur ad sigillum. Sed jam omnes casus magis late in hoc verbo sunt discussi &c. in aliis ejus not.

An si pœnitens confiteatur cum laico existimans posse in absentia Sacerdotis absolvi, teneatur laicus celare peccata audita sub sigillo? t. 1. tr. 8. r. 34. p. 440

An laicus, si ex necessitate audiat alicujus confessionem, teneatur ad sigillum? t. 1. tr. 8. r. 35. p. 440

Idem à fortiori dicendum est de laico, cujus pœnitens voluit simul cum Sacerdote audire confessionem ad majus erubescentiæ meritum. ibid. in fine §. 1. &c.

Et notatur, quod in supradicto casu, etiã si laicus non teneatur ad sigillum confessionis, tenetur tamen maximo secreto naturali, neque pro aliqua causa debet illud infringere, etiam adhibito juramento, & potius tenetur mortem subire, quam illud naturale aliquo modo violare. ibid. §. 3

Sequitur etiam hujusmodi laicum assumptum à pœnitente loco Sacerdotis, etiamsi audiat delictum aliquod ex confessione illius, non posse tamen à judice compelli ad illud judicialiter manifestandum, neque in eo judicem posse fundare inquisitionem aliquam. ibid. ad medium dicti §. 3

An qui se fingit Sacerdotem teneatur ad Sigillum? t. 1. tr. 8. r. 36. pag. 441

An qui casu audivit peccata alicujus, teneatur ea non manifestare sub sigillo? Et quid, si ex industria quis audivit alterius confessionem Sacramentalem? tom. 1. tract. 8. res. 37. pag. 441

Idem est de eo, qui intelligit mutum per nutus, & signa, vel quempiam surdastrum altius confitentem, ibidem. in fine §. 3

An, quando quis coram multis confitetur, ut in naufragio, aut tempore pestis, teneantur omnes, qui audiunt ad sigillum; t. 1. tr. 8. r. 38. p. 442

Et an Confessarius teneatur ad sigillum respectu eorum, qui simul secum peccata audierunt? ibid. §. 2

Sed advertitur, quod si plures Confessarii confessionem audierunt quacumque occasione, non posse postea inter se loqui de alienis peccatis, neque alii inter se, neque cum ipso Sacerdote id poterunt licite facere, sed tenentur omnes ad sigillum, qui alterius peccata, dum confitetur, audiunt, sive licite, sive illicite, sive mediatè, sive immediate audiant. ibid. §. 3. &c.

An interpres teneatur celare peccata sub sigillo Sacramentali? tom. 1. tract. 8. resolut. 39. & in multis aliis not. pag. 442

An si, v. g. Petrus consulat ante confessionem virum doctum in ordine ad confessionem faciendam non cum illo, sed cum alio, teneatur dictus Consiliarius ad sigillum? t. 1. tr. 8. r. 40. p. 443

Et docetur, quod si pœnitens virum doctum consultat, ut sciat, quomodo se præparare debeat ad confessionem, non teneri virum doctum manifestare prælato, etiam si sub excommunicatione præcipiat. ibid. §. 3

Ex quo cursim deducitur, quod quando obligatio tegendi est tantum secreti naturalis, & non sigilli Sacramentalis, tenebitur Confessarius manifestare sub excommunicatione rem sibi revelatam, &c. ibid. ad medium dicti §. 3

An cui revelata est injuste confessio à Confessario, teneatur celare illa peccata manifestata sub sigillo? tom. 1. tr. 8. r. 41. p. 443

Et an omnes alii, qui ab isto, qui à Sacerdote audivit, audierunt, & alii ab istis, & isti ab aliis, sive mediate, sive immediate, sive licite, sive illicite audierunt, omnes tenentur ad sigillum confessionis. ibidem à medio §. 2. &c.

An qui invenit chartam, in qua scripta erant alicujus peccata, teneatur ille peccata abscondere sub sigillo confessionis, sive jam confessio facta sit, sive adhuc facienda sit? t. 1. tr. 8. r. 42. p. 444

At an si dicta peccata vergerent in damnum commune, seu alicujus innocentis tertii, teneatur in tali casu repertor Chartæ illa peccata revelare ad avertendum tale damnum? ibid. sub finem §. 1

Et si repertor supradictæ Chartæ mortaliter certus sit non nisi levia, & non infamatoria peccata in ea esse, ideoque curiositate lectat, vel lata aliis evulget, an debeat censeri peccare mortaliter, sicut Superior, aut judex, qui inventa schedula peccatorum alicujus vellet contra eum inquirere, vel tantum peccet venialiter? ibid. §. 3. per totum, &c.

Ex quo solvi possit, quid est dicendum de illo, qui reperit libellum, in quo scripta sût peccata alicujus? Et quid, si Charta scripta sit ad virum Doctum ad petendum consilium pro confessione. tom. 1. tr. 8. res. 43. ad medium §. 1. pag. 444

Ex quibus etiam sequitur, quod si judex invenisset peccatum rei schedulæ commendatum ad confessionem faciendam, teneatur judex cessare ab inquisitione criminis, & non juvari ex illa notitia; imo etiam si jam reum condemnasset, convictum testibus, & postea intelligeret totam delationem, vel accusationem ortam fuisse ex sigilli violatione, tenetur damnatum absolvere & dimittere. ibid. §. 3. &c.

An quæ peccata non sunt, & aliis concernunt, teneatur Confessarius celare sub sigillo? tom. 1. tract. 8. res. 44. pag. 445

An si pœnitens explicet aliqua in confessione concomitanter, teneatur Confessarius celare sub sigillo? t. 1. tract. 8. res. 45. pag. 445

An aliquando Confessarius possit obligare, pœnitentem ad declarandum Complicem? tom. 1. tract. 8. res. 46. & in aliis ejus not. pag. 445

Et advertitur posse contingere, ut licet pœnitens dicat se velle per se ipsum immediate, vel per alium dare notitiam complicis ad impedienda mala juxta suam obligationem, adhuc confessarius possit illi differre absolutionem. ibid. ante medium Res. à vers. qui recte.

An liceat confessario interrogare de Complice in confessione in ordine ad ipsius correctionem, & illam facere de licentia pœnitentis? Et an hoc sit absolute contra sigillum confessionis? tom. 1. tract. 8. resolut. 47. & in aliis ejus not. pag 446

Et notatur, quod, ex hypotesi quod affirmativa opinio sit probabilis, non tamen ex hoc debet Confessarius interrogare de complice in hunc finem correctionis, sed expectare, ut pœnitens id sua sponte declaret, &c. ibid. §. 3

Et an illa peccata alterius tam complicis, quam non complicis in confessione narrata, ita claudantur sigillo, ut sine complicis, aut alterius illius peccatoris licentia, esto habeat consensum à pœnitente confessarius ea revelare non possit? t. 1. tr. 8. r. 48. inter medium, & finem, à ves. Deinde. pag. 446.

Et docetur, quod si Sacerdos fraude, vi, aut importunis precibus extorqueat à pœnitente manifestationem complicis, aut licentiam revelandi confessionem, absque dubio graviter peccat. t. 1. tr. 8. r. 49. infine §. 1. p. 447

An

An si pœnitens absque necessitate manifestavit complicem in confessione teneatur Confessarius occultare tale peccatum sub sigillo Confessionis. tom. 1. tract. 8. res. 50. pag. 447

Et cursissimè docetur omnia, quæ occasione sui peccati explicandi pœnitens in confessione dicit, cadere sub sigillo, etiamsi superflue addita sint. ibid. in fine.

An sit contra sigillum Confessionis etiam cum licentia pœnitentis revelare peccata complicis, absque complicis licentia? t. 1. tr. 8. r. 51. p. 448

Quid facere debeat Confessarius, si ex confessione unius complicis scit peccata alterius, & alter in confessione tacet? t. 1. tr. 8. r. 52. p. 448

An Confessarius statim post finitam confessionem, & datam absolutionem possit loqui cum pœnitente absque licentia, de errore, v. g. commisso in dicta confessione? tom. 1. tract. 8. res. 53. & in multis aliis ejus not. pag. 448

Vtrum Confessarius in aliquo casu sine licentia pœnitentis possit loqui cum illo de peccatis auditis in confessione; videlicet Confessor commisit aliquem defectum in absolvendo pœnitentem, quæritur, an possit illi manifestare extra confessionem, etiam si pœnitens non dederit licentiam manifestandi? t. 1. tr. 8. res. 54. & in aliis ejus not. p. 449

Et notatur sigillum confessionis non solvi, quotiescumque sine licentia pœnitentis Sacerdos extra confessionem agit cum pœnitente solum de peccatis commissis, & auditis in confessione, modo id tamen faciat studio promovendi pœnitentis salutem. ibid. prope fin. res. à vers. Notandum.

An si pœnitens non vult dare licentiam Confessario, ut ei aperiat defectum commissum in confessione, possit illum aperire? tom. 1. tr. 8. resol. 55. & in aliis ejus not. pag. 449

Et an tamen in ipsa confessione, etiam non petita licentia à pœnitente, ex rationabili causa possit fieri mentio eorum, quæ in aliis confessionibus dicta, & confessa fuerunt. t. 1. tr. 8. res. 56. propè fin. à vers. Non nego. pag. 450

Et advertitur, quod quamvis sit peccatum loqui cum pœnitente post confessionem de peccatis confessis, si hoc ipse ægre ferat, quia tunc esset odiosum, tamen hoc non esset contra sigillum? ibidem in finem resolutionis.

Et an possit Confessarius videns pœnitentem pœnitentiam in confessione impositam non adimplere, monere illum, ut promissa adimpleat? tom. 1. tract. 8. resolutione 57. §. 2. p. 450

Quidam Confessarius extra Confessionem locutus est cum pœnitente de peccatis confessis, qui eum apud Episcopum accusavit, quæsivit tunc à me Antistes ille, an talis Confessarius tanquam fractor sigilli puniendus esset? tomo primo, tractatu octavo, resolutione 58. pag. 443

Et an Confessarius puniendus sit tanquam fractor sigilli, si asserat, verbi gratia, audivisse in confessione peccata publica fornicationum notissimæ meretricis? ibidem §. 2

Quæ pœna imponatur Confessario revelanti sigillum Confessionis? tomo primo, tractatu octavo, resolutione 59. pag. 443

Et notatur, quod neutra pœna depositionis videlicet, & perpetuæ reclusionis incurritur ipso facto ante judicis sententiam. ibid. §. 2

Aliis vero personis distinctis à Confessario, quas etiam sigillo confessionis teneri diximus, non sunt impositæ dictæ pœnæ. ibid. §. 2. à lin. 4

Et notatur non infligi supradictas pœnas ob quamcumque violationem sigilli, sed solum ob revelationem peccati; unde, si solum revelaret aliquid ignominiosum in confessione cognitum, sed quod peccatum non sit, non incurrit istas pœnas, sicut nec ille, qui cum pœnitente loquitur extra confessionem de peccatis ab ipso auditis, & non petita licentia? ibidem §. tertio.

Et cursim additur depositionem istam non solum significare prohibitionem audiendi confessiones, sed etiam cujuscumque muneris Sacerdotalis. ibid. in fine.

Quomodo potest constare de hoc delicto? tom. 1. tract. 8. res. 60. pag. 452

An Confessarius teneatur dare schedulam peccatori, quem non absolvit? t. 1. tr. 8. r. 61. p. 452

An Confessarius sine fractione sigilli possit manifestare pœnitentiam, quam imposuit pœnitenti? tom. 1. tr. 8. res. 62. pag. 452

Et quid, si Confessarius dixisset Coronam B. Virginis imposuisse pro pœnitentia suo cuidam pœnitenti? Et quid, si pœnitentia esset unum *Miserere, quinque Pater noster*, &c. ibid. ad medium resolutionis, & latè in resol. 63. pag. 453

Et advertitur non bene feciisse quendam Confessarium, qui cum cuidam ob gravia peccata, sed ignorata injunxisset in confessione longo tempore publice audire solemne Sacrificium flexis genibus, &c. ibidem in fine resol. 62

An pœnitens teneatur pœnitentiam impositam à Confessario non manifestare sub sigillo? Et quid, si ex revelatione hujusmodi redundaret aliquid malæ famæ, aut aliquid minus existimatione dignum in Confessorem, aut aliquem alium? tom. 1. tract. 8. resol. 64. per totam. pag. 454

An Confessarius possit peccatum in confessione auditum revelare, quando ipse nequit aliter peccatum suum manifestare, licet ex eo veniatur in cognitionem pœnitentis? t. 1. tr. 8. r. 65. p. 455

Quomodo se gerere debeat Confessarius, quando interrogatur sub juramento, an in confessione audierit peccatum aliquod? Et aliqua advertuntur, quæ contingere possunt in supradicto casu, vel similibus aliis. t. 1. tr. 8. res. 66. p. 455

Et tandem datur doctrina Confessario quid, & quomodo respondere debeat si Sacrista, vel Minister Missæ à Confessario quærat, an apponenda sit particula pro communione Petri, quod respondeat Confessarius, ut hoc ab ipso pœnitente quæratur. ibidem in fine resolutionis.

Sigillum Confessionis ita obligat, ut finita confessione Confessario non sit licitum amplius de illa loqui cum pœnitente sine speciali ejus licentia, nec possit vultu, aut factis peccata illius exprobare. tom. 2. tr. 1. res. 30. §. 2. p. 174

Sigillum confessionis Sacerdos frangens, an incurrat irregularitatem? tomo quinto, tractatu quinto, resolutione 30. §. 1. pag. 220

Sigillum Confessionis Sacerdotes frangentes, an Inquisitores possint illos punire? tom. 5. tract. 10. resol. 80. §. 1. pag. 446

Vide verb. *Ius*, *Laicus*. tom. 5

Sigillum naturale.

Qui sub sigillo naturali scit ab aliquo mulierem fuisse solicitatam à tali Confessario, an teneatur illum denunciare? Et quid in causa hæresis formalis? t. 5. tr. 9. res. 66. per tot. p. 404

Signans.

Signans taxillos, vel aleas, an teneatur pro restitutione? tomo sexto, tractatu quarto, resolutione 47. §. 1. pag. 263

Vbi, quod si dubium sit quis in tali casu fuisset lucraturus, si fraudes non interveniissent, ad quid teneatur? §. 3

Signare.
Vide verb. *Adultus, Charta.* tom.6
Item verb. *Facies.* tom.7
Signatum.
Signata & concessa dispensatione à Pontifice, an valeat in foro conscientiæ ? tom.3. tractatu secundo, resolution.140. §.1. p.264
Vide verb. *Charta.* tom.6
Signum.
Qui per signa, & nutum contrahit matrimonium loqui valens, an peccet saltem venialiter ? tom.2. tract.6. resol.54. §.1. & seqq. p.363
Quænam signa demonstrent donationem esse factam causa mortis ? t.6. tr.7. r.87. §.1. p.357
Signum consensus in sponsalia, vel matrimonium, an sufficiat, si nomine filiorum persona extranea respondeat? t.2. tr.6. r.32. §.1. p.347
Vide verb. *Contrahere.* tom.2
Item verb. *Oratio.* tom.6
Item verb. *Infidelis, Inimicus.* tom.7
Item verb. *Emphyteusis.* tom.8
Item verb. *Calceus, Reverentia.* tom.9
Silentium.
Vide verb. *Præceptum.* tom.7

Simonia, Simoniacus;
Vbi etiam de Datis, & Promissis super Bullam Greg. XIII.

An si quis cum Pontifice sciente committeret Simoniam incideret in pœnas, si Papa expresse cum ipso non dispenset ? t.5. tr.7. r.1. p.305
Et an Pontifex incurrat pœnas, & crimen Simoniæ juris positivi ? ibid. §.3
An in Simonia detur parvitas materiæ, ita ut hoc peccatum aliquando possit esse veniale ? Et adducuntur multi casus in exemplum, & pro praxi huius difficultatis. tom.5. tr.7. r.2. p.306.
Et an excommunicatio Extravag.2. de Simonia, & Const. Pii V. incurratur per Simoniam, quæ videtur esse parva ex parte pretii ? ibid. §.4
An pœna contra Simoniace ordinatos extendatur ad eos, qui prima Tonsura initiati sunt ? tom.5. tract.7. resolution.3. pag.307
Et an suspensio, qua puniuntur simoniace ordinati, incurratur per sulceptionem cujuslibet Ordinis ? Et an ordinatus sit irregularis ? ibid. à §.4. & seqq.
An Bulla Sixti V. contra male promotos ad ordines sit usu recepta, quoad absolutionem censurarum, & inhabilitatum ? t.5. tr.7. r.4. à §.3. p.308
Et explanatur, quæ pœnæ sint latæ in ordinatos simoniace, ibidem §.2
Et an Simoniaci occulti suspensio tollatur per pœnitentiam, & manifesti per Episcopum post pœnitentiam? ibid. in fine §.3
Notabilia quædam circa pœnas contra Simoniacos inflictas. Et docetur pœnas contra Simoniam confidentialem multas esse ? tom.5. tractatu septimo, resolut.5. pagina 308
Et advertitur de pœnis ipso jure latis nullam esse impositam committentibus Simoniam, nisi Simonia fuerit commissa in ingressu Religionis, in ordine, & beneficio, ibid. §.4. & in §.28. p.310
Et difficultas est, an dictæ pœnæ incurrantur ante sententiam præter excommunicationem ? ibidem, §.12. pagina 309
Et tota doctrina hujus resol. est valde notanda, ideo lege eam per totam.
An tantum Simoniaci in Ordine, & beneficio, & ingressu Religionis subdantur pœnis ? Et de aliis pluribus casibus benignioribus circa materiam Simoniæ agitur. t.5. tr.7. r.6. & in multis aliis ejus not. 1. & 2. & etiam. 3. p.310
Et notatur non esse obligationem restituendi pretium acceptum pro collatione Sacramentorum. Et supponitur simoniam non obligare ad restitutionem jure naturali, sed jure positivo. ibid. §.ult. per totum.
An ut Simoniacus incurrat pœnas juris, opus sit Simoniam esse ex parte utriusque completam ? Et pro praxi hujus quæstionis adducuntur aliqui diversi casus in textu hujus res. Et inter prædictos casus, duo præcipue proponuntur, ut Simoniacus in illis tutus in conscientia maneat ; Et interim poterit Confessarius virtute Bullæ Cruciatæ absolvere ab excommunicatione, & suspensione, &c. Sed si Simoniacus est in mora petendi dispensationem, non est absolvendus donec dispensationem obtineat. tom. 5. tract. 7. resol.7. & in aliis ejus not.1. & 2. p.311
Etiámque notatur pœnas latas in Simoniacos non comprehendere illos, qui tantum Simoniam committerent jure Ecclesiastico, & humano prohibitam. Pro quo etiam alii casus in exemplum adducuntur in §. 2. per totum, & in plurimis aliis ejus notationum.
An Simonia realis, & completa, solo tamen jure Ecclesiastico prohibita subjaceat restitutioni, & pœnis Simoniæ ? Et in corpore hujus resol. excipiuntur aliqui casus, in quibus non incurritur pœna Simoniæ. t. 5. tr. 7. res.8. & in aliis quamplurimis ejus notationum. pagina 312
An emens Vicariatum Episcopi teneatur resignare, & Episcopus pretium restituere, velut simoniace receptum ? tom.5. tr.7. r.9. p.312
Et in textu res. hujus docetur, cui restituendum est pretium pro Simonia in ordine, beneficio, & ingressu Religionis. ibid. prope fin. §.3. à vers. Verum.
Et an non tantum pretium pro Simonia in Ordine, beneficio, & ingressu Religionis sit necessario restituendum, sed etiam pro aliis diversis casibus. Ibidem.
An Generalatus, Provincialatus, Correctoratus, Priolatus, &c. includantur sub nomine beneficii ad incurrendas pœnas Symoniæ. t.5. tr.7. r.10. p.313
Et an mediatores Simoniacæ electionis ad Prælaturam aliquam Religionis incurrant excommunicationem ? ibid. §.4
An Regulares convenientes inter se, ut alter in una electione suffragetur vni, & alter alteri in alia committant Simoniam ? Et quid, si pactum non interveniat, sed tantum futuræ obligatio ipei, ut si dicatur : ad hoc suffragium, & providebitur tibi de aliqua re, vel quid simile ? tom.5. tr.7. r.11. p.314
An sit Simonia permutare res spirituales, dummodo non sint beneficia, v.g. si Monachus dicat alteri, Elige me in Provincialem, & ego eligam te in Priorem ; vel fac pro me Sacrum, & ego faciam pro te, audiam tuam Confessionem, si tu audias meam ? tom. 5. tract.7. r.12. p.314
An incurratur labes Simoniæ, si petatur à Monialibus dos, quando Monasterium est dives ? tom.5. tract.7. res.13. p.314
An si Minister Sacramenti, ut detur pecunia in pretium illius, & faciat jurare dantem, ut omnino tali pacto det, possit sine Simonia dari ? Et an in tali casu jurans possit uti æquivocatione, & restrictione tantum in mente retenta ? Et quid, si Minister petat me jurare coram aliis ? tom. 5. tract. 7. resol. 14. §.1. & tribus seqq. pag.315
Et an necessitas recipiendi Viaticum homini jam confesso, vel non habenti peccatum mortale, sit causa sufficiens ad hoc, ut pro illo recipiendo det pecuniam Ministro nolenti aliter ministrare ? De Confirmatione, & Extrema Vnctione in dicto casu, non videtur esse eadem ratio. ibidem, prope finem, §. quarto, à vers. qui etiam, &c.

Et n sit Simoniacus, si adultus in extrema necessitate Baptismi constitutus, sibique persuadeat, quod difficulter sufficientem contritionem habeat, pecuniam offerat Ministro, ut ad redimendam suam vexationem? ibidem, §. ult. &c.

An Musici, qui in Ecclesia divina officia canunt, aliquid temporale accipere possint sine labe Simoniæ? Et quid de concionatoribus? tomo quinto, tractatu septimo, resol. 15. pag. 317

Et an sit Simonia aliquod tanquam pretium accipere pro labore interno functionis spiritualis? ibid. §. 3

Et quid pro labore externo, v. g. iter agere unius leucæ ad dicendum Sacrum expectare quotidie per horam, vel aliud tempus ad celebrandum, &c. ibid. §. 4

Et an ad Simoniam pertineat, si quis judicem Ecclesiasticum inducat pecunia ut justitiam in causa spirituali administret? Et quid in causa alias sæculari? ibid. ante medium §. ult. à vers. An vero.

An liceat alicui ludere preces cum alio pro præmio temporali? Et an in hoc sit periculum Simoniæ? tom. 5. tr. 7. r. 16. & in aliis ejus not. p. 318

An Simonia ad alia beneficia obtinenda inhabilem reddat Simoniacum? t. 5. tr. 7. r. 17. p. 319

Et an Episcopus possit virtute Concilii Tridentini sess. 24. cap. 6. dispensare in inhabilitate Simoniæ ad alia beneficia? ibid. §. 3

Si quis obtinuit beneficium Simoniacæ, quæritur, an ipso jure privetur beneficiis antea, vel postea obtentis? tom. 5. tr. 7. r. 18. p. 319

Et docetur, quod ob Simoniam realem in beneficio Ecclesiastico incurritur primo excommunicatio Papalis? Secundo, quod irrita est electio, præsentatio, Confirmatio, & institutio; unde talis non facit fructus suos, idque etiamsi à tertia persona taliter provisus id ignoravit, nisi tamen contradixerit, vel si à tertio data fuerit pecunia per fraudem, ut fieret inhabilis, vel nisi bona fide possideret beneficium per triennium. ibidem, §. 1. ad medium, à vers. Ob Simoniam.

Et an quando crimen Simoniæ in beneficio est occultum, solique suo authori notum, suspensionem ei inferat? ibid. §. 3. signanter in fine.

An mutuare aliquid cum pacto, ut ille, qui recipit mutuum conferat officium, vel Ecclesiasticum beneficium non solum sit usura, sed Simonia? Et an utraque deformitas usuræ scilicet, & Simoniæ in confessione explicanda sit? tom. 5. tract. 7. resol. 19. & in aliis ejus not. pag. 320

Et an illa verba *Sanctam, & piissimam*, sint substantialia? Et quid de illis verbis *Suam misericordiam*, & de particulis illis *per visum, per auditum*, &c. ibidem in eodem §. quarto.

An sit peccatum ministrate hoc Sacramentum Extremæ-Vnctionis sub his tantum verbis. *Per istam sanctam Vnctionem indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti?* Et aliqua alia explanantur pro verbis contentis in consueta forma hujus Sacramenti. tom. 2. tract. 4. resolutione 16. pag. 252

Et tandem docetur esse mortale amplecti opinionem probabilem circa formas, & materias Sacramentorum, relictis certis, & præscriptis ab Ecclesia. ibid. §. ult. ad medium.

Quid est sentiendum de omissione illius particulæ. *Per istam Vnctionem?* t. 2. tr. 4. resol. 17. & in multis aliis ejus not. pag. 253

Notantur aliqua circa Ritus administrandi sacramentum Extremæ-Vnctionis. Vbi an omittere recitationem Psalmorum, & Litaniarum & omnia, quæ in Manuali dicenda præscribuntur, dum infirmus ungitur, sit peccatum mortale, si absque necessitate omittantur? t. 2. tr. 4. r. 19. §. 1. p. 254

Et an Sacerdos unum saltem Clericum debeat adhibere, si possit, ut illum juvet in orationibus, & responsionibus? ibid. §. 2

Et in casu necessitatis Sacerdos non habens Clericum, neque alium, possit uti in responsionibus ministerio fœminæ sine peccato? ibid. §. 3

Et an Extrema-Vnctio administranda sit cum superpelliceo, stola, & lumine? ibid. §. 5

Et an in casu necessitatis, si prædicta non extarent, possit Sacerdos, his non adhibitis, Extremam-Vnctionem ministrare? ibid. ad lin. 2. dicti §. 2

Quando sacramentum Extremæ-Vnctionis conferat gratiam? tomo secundo, tractatu quarto, resolut. 20. pagina 255

Et asseritur, quod tametsi plures Vnctiones fiant in hoc Sacramento, tamen videtur una sufficere ad essentiam Sacramenti, sive fiat in capite, sive in pectore, &c. ibid. §. 3

An Sacerdos, si ungendo infirmum moriatur, possit alius Vnctiones prætermissas perficere? tom. 2. tract. 4. resolut. 21. pag. 255

An in aliquo casu & necessitate licitè possint plures Sacerdotes ministrare simul Extremam-Vnctionem, ungendo unus unam partem alius aliam? t. 2. tr. 4. res. 22. & in aliis ejus not. p. 256

An confessio sit præmittenda antequam Parochus inungat moribundum? tomo secundo, tractat. 4. resolutione 23. pag. 256

Et an sit peccatum mortale conficere sacramentum Extremæ-Vnctionis infirmo, antequam susciperet sacramentum Pœnitentiæ, & Euchatistiæ? ibid. ad med. resolutionis.

An sacramentum Extremæ-Vnctionis sit suscipiendum sub onere peccati mortalis, & illud sub eodem onere teneatur Sacerdos Ordinarius in tempore necessitatis ministrare? Et an suscipere hoc Sacramentum sit saltem peccatum veniale? tomo secundo, tractat. 4. resolutione 25. §. 1. & 2. & in aliis ejus notationum 1. & 2. pag. 257

Et notatur, in casu necessitatis, si Pastor absit, vel non possit aut nollet injustè hoc Sacramentum infirmo ministrare, tunc inferiorem Sacerdotem posse, renuente Parocho, hoc Officium facere, ex præsumpta licentia Pontificis, & Ecclesiæ? ibidem §. ultimo, &c.

An sit absolvendus moribundus, qui non vult recipere Extremam-Vnctionem? tomo secundo, tract. 4. resolutione 24. pag. 256

Et cursim quæritur, an sit præceptum sumendi Extremam-Vnctionem tempore mortis? ibidem in fine §. primi, &c.

An Parochus teneatur tempore pestis ministrare Extremam-Vnctionem, & Eucharistiam cum periculo vitæ? tom. 2. tract. 4. res. 26. & in aliis quamplurimis ejus not. pag. 257

Et quid, si saltem peste laborantes confessi sunt, an Parochus tuta conscientia in tali casu non teneatur sacramentum Extremæ-Vnctionis illis ministrare cum periculo vitæ? ibid. in fine §. 2

An ægrotus, si non fuerit confessus, & si sit morti proximus, & non inveniatur Parochus, possit simplex Sacerdos, etiam Regularis sacramentum Extremæ-Vnctionis infirmo ministrare? t. 2. tr. 4. res. 29. & in aliis ejus not. p. 258

Et an si extra casum necessitatis, absente Parocho, Sacerdos infirmum ungeret, in excommunicationem præter peccatum mortale incurreret; vel an hæc excommunicatio restricta sit tantum pro Religiosis? ibid. sub fin. res. à vers. Vbi tamen.

An excommunicatus nominatim, vel suspensus possit in articulo mortis ministrare infirmo sacramentum Extremæ-Vnctionis? Et quid tamen si ægrotus confessus fuerit? tomo secundo, tract. 4. resol. 30. & in aliis ejus not. pag. 259

An in articulo mortis aliquando sit ministranda Extrema-Vnctio ab excommunicato denunciato, & hoc etiam tempore interdicti? Et quid, si saltem aliud Sacramentum non sit possibile ministrari? tomo secundo, tract. 4. resolutione 31. & in aliis ejus notationum. pag. 259

An tempore interdicti possit moribundo conferri Extrema-Vnctio, quando non potest recipere sacramentum Pœnitentiæ? t. 2. tr. 4. r. 32. p. 259

An moribundus sensu carens sit ungendus tempore interdicti non valens alia Sacramenta recipere, si non habeat Bullam Cruciatæ? t. 2. tr. 4. r. 33. p. 260

An Sacerdos tempore pestis possit ungere infirmum, non digito, sed virga oblonga, ut ejus contagium effugiat? t. 2. tr. 4. r. 34. & 35. p. 260

Quo tempore sit danda infirmis Vnctio Extrema? tom. 2. tr. 4. r. 36. & 37. p. 260. & 261

An sacramentum Extremæ-Vnctionis collatum infirmo non graviter, vel periculosè laboranti sit validum. t. 2. tr. 4. r. 38. p. 261

Et an si postea periculosè laboret, sit ei denuo Sacramentum ministrandum? ibid. §. ult.

Et an in dubio, (non loquor in casu opinionis,) an morbus de se, vel in hoc individuo sit periculosus, possit Extrema-Vnctio ministrari? Et an in hoc casu ministranda sit Extrema-Vnctio sub conditione? ibidem §. 5. & 6

An in eadem infirmitate possit Sacerdos aliquem denuo inungere? t. 2. tr. 4. res. 39. p. 262

Et notatur, quod non est necessarium, ut infirmus recuperet sanitatem & postea incidat in similem, vel alium morbum, & simile periculum, sed satis est, si manente infirmitate, verbi gratia, hectica, vel hydropisi, evadat periculum mortis, & post aliquod tempus iterum incidat in periculum mortis, tunc enim toties, quoties hoc acciderit, potest iterari hoc Sacramentum? ibidem.

An perseverante periculo alicujus infirmitatis, in qua sumpta est Extrema-Vnctio, si adveniat periculum alterius infirmitatis possit æger denuo inungi? tom. 2. tr. 4. r. 40. p. 262

An sit peccatum mortale absque necessitate non repetere formam Extremæ-Vnctionis in singulis membrorum unctionibus? ibid. §. 3. & in aliis ejus not. 1

Et quid est sentiendum in prædicto casu de nullitate, aut valore Sacramenti? ibid. ad med. dicti §.

An Sacerdos moribundus possit se ipsum ungere? tom. 2. tr. 4. r. 41. p. 263

An Parochus, si cognoscat per confessionem puerum nunquam actualiter peccasse, teneatur ministrare illi Extremam-Vnctionem? t. 2. tr. 4. r. 42. p. 264

An puer sit ungendus Sacramento sub conditione, si dubitatur an habeat usum rationis? Et quid, si dictus puer recepisset sacramentum Pœnitentiæ, etiam sub conditione? t. 2. tr. 4. res. 43. p. 264

An pueris danda sit Extrema-Vnctio, si non capaces sacramenti Eucharistiæ, sed tantum Pœnitentiæ? tom. 2. tr. 4. res. 44. & 45. p. 264

Et notatur, quod si dubitetur, puerum non habere usum rationis esse adhuc sub conditione ungendum. tom. 2. tr. 4. r. 45. §. 2. p. 264

Vtrum adulto in articulo mortis recenter baptizato sit illi sacramentum Extremæ-Vnctionis ministrandum? t. 2. tr. 4. r. 46. p. 265

Et an in tali casu sub conditione administranda sit ei Extrema-Vnctio? ibid. §. ult.

An mutus, surdus, & cœcus à nativitate sit ungendus Extrema-Vnctione? tomo secundo, tractat. 4. resolutione 48. pag. 265

Et asseritur, deficiente organo alicujus sensus, locum organi esse ungendum; quod etiam fieri debet, quamvis homo tale organum nunquam habuerit, & proinde nunquam exterius per illud peccaverit, quia potuit peccare desiderio actus illius sensus. ibid. in fine.

An mulieri deficienti in partu sit ministrandum sacramentum Extremæ-Vnctionis? tom. 2. tract. 4. resolutione 49. pag. 266

Et infertur hoc Sacramentum non esse ministrandum jis, qui non laborant infirmitate, licet in magno vitæ periculo versentur; & sic non est ministrandum gerentibus bellum, aut existentibus in mari cum periculo mortis, aut damnatis ad mortem per supplicium à judice? ibid. ante med. res. à vers. Hoc.

An illis, qui in amentiam inciderunt, sit in periculo mortis ministranda Extrema-Vnctio, licet hoc Sacramentum nunquam petierint? tom. 2. tractat. 4. resolutione 50. pag. 266

Et an in tali casu phreneticus, vel furiosus, si resistat, sit ligandus, vel fortiter tenendus, ut recipiat Extremam-Vnctionem, exclusis tamen laicis ad tollendum scandalum? ibid. in fine res.

Appendix ad alias difficultates mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Resol. quæ simul pertinent ad hoc verbum, Extrema-Vnctio.

An Pontifex possit præcipere usum sacramenti Extremæ-Vnctionis, & contra transgressores pœnam imponere? Et an sit præceptum suscipiendi in articulo mortis sacramentum Extremæ-Vnctionis? Et dum tale præceptum non extat, seclusо scandalo, & contemptu, an omissio hujus Sacramenti non inducat peccatum mortale non solum in infirmis, sed etiam à fortiori in illis, qui curam gerunt de ipsis, ut in conjuge, Domino, Patre, tutore, &c. Et an per accidens hoc Sacramentum possit esse alicui ad salutem necessarium? Et an Pontifex possit præbere facultatem Presbyteris benedicendi oleum Extremæ-Vnctionis? Et an Pontifex possit præbere facultatem, & permittere, ut tempore pestis ex penuria Sacerdotum possit ministrari Sacramentum Extremæ-Vnctionis unica Vnctione? Et an solus Sacerdos sit Minister sacramenti Extremæ-Vnctionis, quare quævis Vnctio à laico, imo à Diacono in quocumque eventu facta non sit Sacramentum? Et an Pontifex aliquando suppleat jurisdictionem in Ministro Extremæ-Vnctionis? Et an ad hoc Sacramentum ministrandum non requiratur, ut Sacerdos sit expositus, & ad confessiones audiendas approbatus? Et an Parochus publice excommunicatus possit licentiam præbere Sacerdoti ad hoc Sacramentum ministrandum? tomo tertio, tract. 1. resolut. 57. 58. 60. & 59. pag. 75. 78. 77

An Episcopus benedicens oleum ad infirmos in statu peccati mortalis, peccet mortaliter? tom. 3. tractat. 3. res. 81. pag. 345

An

An liceat in ſacramento Extremæ-Vnctionis uti Miniſtro, materia & forma probabili, relictis certis? t.8. tr.1. reſ.5. p.3
An oleum poſtquam ſemel unxit in hoc ſacramento Extremæ-Vnctionis, poſſit aſſumi pro novo Sacramento, & Vnctione? t.1. tr.3. reſ.145. p.189
An Sacerdos, ſi cum materia legitima proferat verba formæ hujus Sacramenti abſque intentione in ejus adminiſtratione ſi poſtea intentionem adhibeat, nihil efficiat? t.2. tr.6. r.100. p.395
An ſi finita forma antequam finiatur Vnctio in hoc ſacram. Extremæ-Vnctionis qui moriatur, recipiat gratiam? Et quidam Parochus ſtatim poſt Vnctionem pronunciavit formam ſacramenti Extremæ-Vnctionis, quæritur, an valide hoc Sacramentum miniſtraverit? Et an in verbis formæ hujus Sacramenti detur parvitas materiæ? Et quid eſt ſentiendum de interruptione formæ hujus Sacramenti? Et an in conjunctione materiæ & formæ hujus Sacramenti detur parvitas materiæ? tomo primo, tractat.1. reſolut.63. 62. §.4. 5. & 6. pag.43
An in ſacramento Extremæ-Vnctionis ſit exprimenda perſona ſuſcipiens hoc Sacramentum? Et an dictio illa *Amen* ſit de neceſſitate Sacramenti? tom.1. tract.1. reſ.60. pag.38
An qui non habet licentiam confitendi, & Sacramenta adminiſtrandi, incurrat irregularitatem ſi adminiſtret Extremam Vnctionem? tomo quinto, tract.5. reſolutione 27. pag.220
An ſub pœna excommunicationis Papalis non poſſint Religioſus miniſtrare Extremam-Vnctionem infirmis morituris ſine licentia Parochi? tom.2. tract.2. reſolutione 22. pag.170
An Epiſcopi poſſint denunciare, ut evitentur Regulares qui ſacramentum Extremæ-Vnctionis miniſtraverint abſque licentia Parochi? Et an ſorores Tertiariæ poſſint à Sacerdotibus ſuarum Religionum in articulo mortis ſumere Extremam-Vnctionem? t.7. tr.1. r.42. & 351. p.29. & 239
An per Bullam Cruciatæ detur facultas recipiendi Extremam-Vnctionem de manu ſimplicis Sacerdotis ſine licentia Parochi, ſive Epiſcopi? tom.4. tract.3. reſolutione 123. pag.117
An in extrema, vel' gravi neceſſitate licitum ſit petere adminiſtrationem ſacramenti Extremæ-Vnctionis à malo Miniſtro, qui eſt in peccato mortali? t.2. tr.3. reſ.16. pag.231
An ſit peccatum ſcandali redimere vexationem in adminiſtratione Extremæ-Vnctionis, præbendo pecuniam Sacerdoti, ut illam miniſtret in articulo mortis? tomo ſeptimo, tract.5. reſolutione 4. §. Notandum. pag.328
An infirmo, qui petit Vnctionem, & amiſit loquelam antequam Sacerdos adveniat, debeat illi Vnctionem miniſtrare? t.1. tr.4. r.58. p.255
An confugiens ad Sacerdotem portantem oleum ſanctum infirmis gaudeat Immunitate Eccleſiæ? Et an Sacerdos, verbi gratia, indutus cotta, & ſtola extra Eccleſiam portans oleum ſanctum ad infirmum, poſſit capi à ſatellitibus de licentia Epiſcopi? t.9. tr.1. r.12. & 26. p.12. & 19
Advertitur, quod in Sacramentis, quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis, ut Extrema-Vnctio, &c. ſatis ſit, quod Miniſter in ejus adminiſtratione ſequatur opinionem probabilem, relicta probabiliori, & tutiori. t.2. tr.6. r.166. p.433
An neceſſitas ſuſcipiendi Extremam-Vnctionem ſit cauſa ſufficiens ad hoc ut pro illa ſuſcipienda, detur pecunia Miniſtro nolenti aliter miniſtrare? t.5. tract.7. reſ.14. §.4. in fine. p.316
Vnctionis-Extremæ ſacramentum an poſſit miniſtrari à Sacerdote excommunicato non toleratо moribundo, qui non poteſt ſacramentum Pœnitentiæ, vel Euchariſtiæ recipere? tomo primo, tract.1. reſolut.15. §.5. pag.12
In ſacramento Extremæ-Vnctionis in ſingulis unctionibus partialis gratia confertur. tom.4. tr.8. reſolut.22. §. Confirmatur. pag.327
Item *Iurare, Sacerdos.* tom.5
Item *Adminiſtrare, Denunciare, Hoſpitium, Tertiariæ ſorores.* tom.7
Item verb. *Licentia, Oleum ſanctum.* tom.9

Vnctio Regia.

Vide verb. *Rex.* tom.4

Vnguentum.

Vide verb. *Conjux.* tom.2

Vnicum.

Qui unica voluntate voluiſſet plures homines occidere, aut pluries ad mulierem accedere, &c. an teneatur hanc circunſtantiam confiteri? t.1. tr.7. reſol.23. §.2. & ſeqq. p.358
Et quid, ſi unico voluntatis actu vellet plures occidere, quorum unus eſt Pater, alius Sacerdos, alter ſæculàris? ibid. §.3
Et quid, ſi unico voluntatis actu deſideraret, & delectaret ſe de tribus fœminis, quarum una eſſet Monialis, alia conjugata, & altera ſoluta? ibid.
Et quid, ſi omnes tres eſſent conjugatæ, Moniales, vel ſolutæ? ibid.
Qui unico impetu profert in ſervos plures injurias, vocando illos fures, ſodomitas, &c. an aperienda ſit qualitas, & numerus injuriarum? & etiam perſonarum, vel ſufficiat dicere in confeſſione ſe injuriam gravem intuliſſe alium, non explicando injurias, neque perſonas? tomo primo, tract.7. reſol.19. §.1. & ſeq. pag.355
Et quid, ſi quem hæreticum, vel patriæ proditorem, vel quid aliud ſimile appellet? ibid.
Et doctrina dictæ quæſtionis applicanda eſt detractionibus.
Qui unico, & continuato ſermone in eadem re toties perjuret, an ſufficiat, ſi in confeſſione dicat ſe falſum juraſſe? t.1. tr.7. r.29. §.1. p.363
Quando unico actu quis profert convitia contra Deum, aſſerendo ſæpius *Deo iniuſto*, &c. an teneatur hoc in confeſſione aperire? tom.1. tractat.7. reſolut.30. §.1. & ſeq. pag.363
Vide verb. *Vnus.* tom.1

Vnio.

Vnio Beneficiorum. Vide verb. *Beneficium.*

Vnire.

Vnire duas ſemiplenas probationes an Inquiſitores poſſint ad damnandum reum pœna ordinaria? t.5. tr.12. reſ.30. per tot. p.528
Vide verb. *Beneficium.* tom.3

Vniverſale.

Per univerſalem legem non cenſetur abrogata conſuetudo, ſtatutum, &c. alicujus loci. tom.6. tr.2. reſ.32. §.2. pag.116
Vbi univerſalis lex adeſt, an ſit attendenda conſuetudo particularis? t.6. tr.2. r.37. §.1. p.117

Vniverſitas.

Vniverſitates plures an poſſint conſtituere unum aut alterum in Procuratorem ad effectum intrandi in Parlamentum? tomo ſeptimo, tractatu ſexto, reſolutione 18. pag.377
Vniverſitates populares ſi onus donativi ſufferre non poſſunt, an teneantur Barones Regni ad contribuendum? t.7. tr.6. r.34. p.383
Vide verb. *Civitas.* tom.6
Item verb. *Odioſum, Facere.* tom.9

Vnus.

Vnius sententia non tenet, si causa simpliciter est delegata duobus. t.7. tr.1. r.196. § Dices. p.124

Qui uno ictu tres occideret Clericos, an tres excommunicationes, & tres irregularitates incurrat, & secus, si ter percutiat Clericum, nam tunc in unam tantum incurreret excommunicationem? tom.1. tract.7. res.21. §.11. p.357

Qui uno impetu successivè ter, verbi gratia, fornicaretur, an committat duo peccata, vel unum? tom.1. tract.7. res.25. §.1. p.359

Qui uno ictu, & una explosione tormenti bellici occideret 10. homines, an committat 10. peccata in confessione necessariò explicanda? tom.1. tr.7. resol.26. §.1. pag.360

Qui uno conflictu cum pluribus pugnavit, & successivè occidit tres, an committat tria, vel unum peccatum? t.1. tr.7. r.27. §.1. & seqq. p.361

Qui uno actu habet simplicem complacentiam de homicidio suorum fratrum, an committat plura peccata, & teneatur hanc circunstantiam in confessione aperire? t.1. tr.7. r.28. §.2. p.362

Qui uno iræ impetu ter, vel quater puguo aliquem percuteret, aut vulneraret, unum tantum numero peccatum committeret, & si esset Clericus in unam excommunicationem incideret. tom.1. tract.7. resol.29. §.1. pag.363

Si unus testis etiam Paganus dicat moribundum postulasse baptismum, an iste sit baptizandum saltem sub conditione? t.1. tr.1. r.34. §.1. p.25

Vbi aliqua alia prò isto unico teste in dicto casu. ibid. & in res.35. latè.

Vnus an possit plures baptizare absque necessitate sine peccato mortali? t.1. tr.1. r.40. §.1. p.27

Vbi quod in dicto casu non unum, sed plura Sacramenta erunt, ibid. §.4

Et si unus baptizans plures, est in statu peccati mortalis, an tot committat peccata, vel unum tantùm? ibidem §.5

Vnus solus potest adhiberi Patrinus in Confirmatione? t.1. tr.2. r.24. §.1. p.82

Vide verb. *Remanere.* tom.9

Vocabulum.

Vide verb. *Origo.* tom.7

Vocales.

Vide verb. *Abesse*, ubi notabilia. tom.7

Vocalis Oratio.

Vide verb. *Oratio.* tom.4. & 6

Vocandum.

Vocando Domini servos Christianos canes, an peccent mortaliter? t.7. tr.8. r.42. §.1. p.447

Vocare.

Quare vocet se Summus Pontifex servus servorum Dei, demonstratur. tom.9. tract.4. resolutione 18. §. primo, & seqq. pag.537

Vide verb. *Accedere, Confessarius.* tom.7

Vocatum.

Vide verb. *Vocare.* tom.7

Item verb. *Bona temporalia.* tom.8

Volens.

Vide verb. *Consulere, Ensis, Furari, Scala, Suadere.* tom.7

Volvere.

Vide verb. *Rota.* tom.7

Voluntarium.

Vide verb. *Iurisdictio.* tom.3

Voluntas.

Qui voluntate unica voluisset plures homines occidere, &c. an teneatur hanc circunstantiam confiteri? tom.1. tr.7. r.23. §.3. p.359

Qui voluntate expressa non adimplendi præceptum recitandi Officium, & audiendi Missam, audit Missam, vel recitat Officium divinum, an adhuc satisfaciat dictis præceptis, nec opus sit mutare animum tempore habili, & applicare pro implendis dictis præceptis? t.2. tr.3. r.1. §.3. p.222

Qui unico voluntatis actu vellet plures occidere, quorum unus est Pater, alius Sacerdos, & alter sæcularis, an teneatur hanc circunstantiam confiteri? t.1. tr.7. res.23. §.3. p.359

Et quid, si unico voluntatis actu, quis desideraret, & delectaret se de tribus fœminis, quarum una esset Monialis, alia conjugata, & altera soluta? ibid.

Et quid, si omnes tres essent solutæ, conjugatæ, aut Moniales? ibid.

Vide verb. *Dispensatio, Hæres, Testamentum, Testator* tomo sexto.

Item *Absolvere, Ebrietas, Fures, Sufficere.* tom.7

Item verb. *Animus, Cogitatio, Intentio, Venale peccatum.* tom.8

Item *Novitius, Pater, Puella, Revocare.* tom.9

Voluntas ultima.

Voluntates ultimas an Cardinales in eorum titulis commutare possint, in quibus Episcopi possunt respectu suorum subditorum? tom.9. tractat.7. resolutione 41. §.1. pag.390

Item verb. *Commutare, Compellere, Executores, Pauperes, Succedere.* tom.3

Item verb. *Voluntas*, cum suis notationibus.

Voluptas.

Vide verb. *Conjux.* tom.2

Item verb. *Bibens, Comedens.* tom.8

Vomitus.

Qui usque ad vomitum odit, an peccet mortaliter? t.7. tr.5. r.40. per totam. p.349

Cum vomitus periculo an sit danda Eucharistia moribundo? Et si acciderit, quod infirmus numquam vomitum passus fuerit, & sumpta Eucharistia vomitum faciat, quid est faciendum? t.2. tr.2. r.97. §.1. p.218

Vide verb. *Amens, Amentia.* tom.2

Item verb. *Communio.* tom.4

Votiva Missa.

Si votiva Missa de passione, de Spiritu Sancto, de SS. Trinitate, ac de SS. Corporis Christi Sacramento petatur, non erit dicenda de tempore occurrenti, sed de iis, quæ sunt votivæ assignatæ in fine Missalis. t.2. tr.1. r.71. §.1. & 2. p.36

Votivæ Missæ an possint dici pro Missis hebdomadæ sanctæ? t.2. tr.1. r.72. §.1. ibid.

Votivæ Missæ ex declaratione Congregationis rituum, an prohibeantur in diebus, in quibus prohibetur fieri de festo duplici, &c. ibid. §.3

Vbi argumentum sumitur à fortiori de infra octavis Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, de feria quarta Cinerum, Hebdomada majori, Vigiliis Nativitatis Domini, Pentecostes, &c. ibid.

Si votivam Missam, vel de Requie Sacerdos celebrat in diebus Dominicis, vel aliis festis duplicibus, an peccet mortaliter? t.2. tr.1. r.77. §.1. p.41

Vide verb. *Regulares.* tom.2

Votivum.

Vide verb. *Furtum.* tom.7

Votum.

Vota non debent Confessarii exigere à suis pœnitentibus desistendi ab aliquo crimine, vel subire aliquam pœnam, si reinciderint in aliquod peccatum. tom.1. tr.4. res.26. §.5. p.240

Vota in favorem tertii facta, nondum tamen acceptata, an possint commutati per Jubilæum? &c. tom.4. tr.4. res.20. §.3. p.150

Vota an possit Confessarius commutare extra sacramentalem Confessionem? t.4. tr.4. res.22. ibid.

Et

an ita faciendo peccet mortaliter? ibid. §. 2. p. 151
ota commutata vigore alicujus Jubilæi, an reviviscant, eo non obtento? tom. 4. tract. 4. resolutione 63. §. 3. pag. 171
Et quid, si vota sint tantum commutata generaliter à Confessario, remittendo opera subrogata à se, vel ab alio post Jubilæum præscribenda? ibidem §. quarto. pagina 172
Vota, quæ in aliquibus Religionibus annectuntur tribus votis substantialibus, an obligent Episcopos à dictis Religionibus assumptos? tom. 7. tr. 1. resol. 29. per totam. pag. 20
Vota vitæ Quadragesimalis Minimorum, Redemptionis captivorum Mercenariorum, non acceptandi Prælaturas, extra Religionem PP. Societatis Jesv, & Discalceatorum S. Augustini, & similia vota, an sint dispensabilia saltem per Generalem? t. 7. tr. 1. rel. 203. §. 1. pag. 127
Idem est de quocumque statu Religioso, votum aliquod habente ex peculiari ratione talis status, præter vota communia, quæ Prælatus Regularis non potest dispensare, irritare, vel commutare. ibid. §. 3. p. 128
Vota an dispensare possint Confessarii Regulares ratione suorum privilegiorum, & sæculares virtute Cruciatæ, & Jubilæi, extra sacramentum Pœnitentiæ? t. 7. tr. 1. res. 274. §. 1. p. 184
Vota Monialium Turris speculatorum Romæ existentium, an sint solemnia? tom. 7. tr. 1. resolutione 350. §. 1. pag. 239
Vota emittere an valide servi possint? t. 7. tr. 8. res. 54. per totam. pag. 451
Vota servorum an Domini irritare possint? t. 7. tract. 8. res. 56. §. 1. p. 452
Et quid si votum sit audiendi Missam, jejunandi, communicandi? ibid.
Et quid de voto servandæ castitatis? ibid.
Ad vota, quæ præter tria substantialia emittuntur in Religionibus juxta eorum statuta, an Cardinales Religiosi, & Episcopi Religiosi teneantur? t. 9. tr. 7. r. 85. §. 1. pag. 406
Facultas delegata ad dispensanda vota, an extendatur etiam ad ea commutanda? t. 3. tr. 2. r. 70. §. 1. & seqq. pag. 220. & 221
In dubio de voti reservati valore, an possit Episcopus dispensare? t. 3. tr. 2. r. 78. §. 1. p. 225
Et quid de votis reservatis emissis ex metu cadente in virum constantem? ibid.
Et quid in votis reservatis pœnalibus, & conditionalibus, etiam pacificata conditione, & commisso delicto? ibid.
In votis omnibus in quibus Episcopus dispensare potest, an etiam Capitulum sede vacante possit? tom. 3. tr. 5. res. 26. §. 1. p. 393
In votis uxoris, & impuberum collatis ad tempus libertatis, viduitatis, & pubertatis, an Domini irritare possint? tomo septimo, tract. 8. resolutione 55. §. 2. pag. 451
De votis vero ante servitutem emissis, an Domini possint suspendere eorum executionem? t. 7. tr. 8. res. 56. §. 1. pag. 452
Si votis diversis pro eodem die quis ad aliquid obligatur, an parvæ materiæ istorum diversorum votorum coalescant in unum, & faciant quantitatem notabilem mortaliter peccaminosam? tom. 8. tractat. 3. resolut. 2. §. 2. pag. 31
In voto an sufficiat Baptismus in adulto, vel sit medium necessarium ad salutem suscipere illum in re? t. 1. tr. 1. res. 31. §. 1. p. 22
Si ex voto est debita communio non potest Sacerdos celebrare absque confessione, deficiente copia Confessarii. t. 1. tr. 3. r. 152. §. 2. p. 192
Qui ex voto tenetur recitare Litanias, an debeat dicere preces, & orationes sequentes? t. 1. tr. 6. resol. 20. §. 1. & seq. pag. 321
Idem est si commutetur aliquod votum recitandis Litaniis. ibid.
An à voto, vel à lege Ecclesiastica sit obligatio continentiæ annexa Ordini sacro? tom. 1. tract. 7. res. 74. §. 1. pag. 379
Si quis cum voto castitatis, & initiatus in sacris attentat contrahere matrimonium, & illud attentatum consummat, an tunc etiam peccet contra præceptum Ecclesiæ prohibens matrimonium contrahere, & ideo in hoc casu tripliciter peccet? ibid. §. 8. p. 380
Vbi, an infans promotus ad Ordines sacros, obligetur ad castitatem servandam? ibid. §. 7
Si de voto reservato lex sit, an in extraordinario aliquo eventu inferior possit dispensare? tom. 3. tr. 2. res. 32. §. 1. pag. 183
In voto castitatis absoluto, ac in aliis votis Papæ reservatis, an possit Episcopus aliquando dispensare, si adsit necessitas, & difficilis ad Pontificem aditus? t. 3. tr. 2. r. 75. §. 1. p. 224
Et si occurrat prædicta necessitas, & difficilis aditus etiam ad Episcopum, an possit Parochus dispensare? ibid. §. 3
De quodam voto conditionali postea confirmato, an possit per Episcopum dispensari, v. g. N. febri acuta correptus magno cum vitæ discrimine vovit ingredi Religionem ad hoc ut pristinam reciperet sanitatem, quod votum postea sanitate restitutus confirmavit, an tale votum obliget ad ingrediendum Religionem, &c. t. 3. tr. 2. r. 77. §. 1. p. 225
In voto bona fide dispensatus, existimans adesse causam, cum tamen non sit, an valeat dispensatio? t. 3. tr. 2. res. 79. §. 1. p. 226
Qui ex voto, & beneficio est obligatus dicere Officium divinum, an teneatur pluries recitare? t. 3. tr. 6. r. 112. §. 5. pag. 485
Voto dicendi Rosarium an quis satisfaciat, etiamsi reciret Rosarium facta notabili interruptione in ipsismet decenniis? t. 4. tr 6. r. 55. §. 3. p. 229
A voto paupertatis, & aliis an liberetur Religiosus consecratus in Episcopum? t. 4 tr. 8. res. 106. §. 1. p. 397
Pro voto non ludendi, lege tr. 4. tom. 6. de ludo, à res. 63. usque ad 70. inclusivè.
In voto castitatis absolutè, an Regulares virtute privilegiorum suorum dispensare possint, ratione alicujus urgentis necessitatis, in quo casu Episcopus dispensare potest. tomo septimo, tract. 1. resolutione 277. per totam. pag. 185
Qui ex voto tenetur certa die jejunare, non toties peccat, quoties in illa carnes comedit. tom. 8. tr. 4. res. 72. §. 2. pag. 85
In voto an Cardinales dispensare possint in suis titulis? t. 9. tr. 7. r. 38. §. 1. p. 389
A voto paupertatis an solvantur statim Cardinales Religiosi, & Episcopi Religiosi, & efficiantur Domini redditum Ecclesiasticorum instar Cardinalium, & Episcoporum sæcularium, ideo supervacaneè consumpta, & in usus illicitos, non tenentur restituere ab ipsis recipientes. t. 9. tr. 7. r. 84. §. 1. p. 406
Votorum commutationem tempore Jubilæi, an possit quis petere ab uno Confessario, & postea, vel antea cum alio possit peccata confiteri? tom. 4. tr. 4. res. 23. §. 1. pag. 151
Qui votorum commutationem virtute Jubilæi accepit, an peccet mortaliter, si voluntariè Jubilæum non lucretur? t. 4. tr. 4. r. 64. & 65. p. 172
Qui dubitat an votum emiserit, & magis in eam partem inclinat, quod illud emiserit, & sic suspicionem voti habet, non tenetur ad votum, nec ad partem pro ratione hujusmodi majoris propensionis. tom. 1. tract. 3. res. 128. §. 1. p. 173

Votum dubium castitatis potest Episcopus dispensare, eo quod prædictum votum non est reservatum. tom. 1. tr. 5. r. 40. §. 3. p. 291

Votum potest commutari extra sacramentalem Confessionem. t. 1. tr. 6. r. 26. §. 1. p. 325

Votum habens an possit propria authoritate commutare illud in evidenter melius? tom. 1. tract. 6. resolut. 28. §. 1. pag. 326

Votum commutare, an teneatur Confessarius, si nolit? ibidem §. 4

Et quid, si adsit periculum fractionis, vel maxima afflictio, & cordis angustia in pœnitentem? ibid.

Votum emissum de confessione facienda singulis mensibus, an possit ultra differri, & anticipari? tom. 1. tr. 6. res. 42. §. 1. p. 335

Et an teneatur confessionem amissam in aliquo mense supplere sequenti? tomo primo, tract. 6. resolut. 43. §. 2. ibidem.

Cum habentibus votum solemne castitatis fornicans, vel copulam sodomiticam habens, vel admittens videlicet cum Sacerdote, sacris Ordinibus initiatis, Religiosis professis etiam Sacerdotibus, vel Episcopis, quomodo hanc circunstantiam debeant in confessione explicare? t. 1. tr. 7. r. 73. §. 2. p. 379

Idem est quando supradicti Sacerdotes, Religiosi, Episcopi, &c. se commiscent carnaliter cum fœmina, vel viro. ibid.

Sciens votum castitatis annexum esse receptioni Ordinis sacri, & ordinatur ante annos pubertatis, an continentiam teneatur servare? tom. 1. tract. 7. resolut. 74. §. 8. pag. 380

Et quid de ordinato ante annum 16. ubi Concil. Trid. est receptum? ibid.

Votum tale an possit irritari etiam post annum pubertatis ab eis, quorum curæ suberat is, qui intra annum pubertatis fuit ordinatus? ibid.

Vbi, quod si nacta pubertate ordinem susceptum exercueris, aut alias approbaveris, obligatus esses ad castitatem servandam, & resilire non potes. ibid.

Et an invincibiliter ignorans votum castitatis implicitum contineri in receptione Ordinis sacri, an teneatur servare castitatem, si sciens, & prudens Ordinem sacrum recipiat? ibid. §. 9

Et quid, si cum metu cadente in virum constantem sacrum Ordinem quis suscipiat? ibid. §. 10

Votum emittens Religiosus professus de non committenda mollitie, vel fornicatione, an teneatur explicare hanc circunstantiam voti emissi post professionem? t. 1. tr. 7. r. 75. §. 1. p. 381

Idem est de Sacerdote, vel sacris Ordinibus initiato? ibidem.

Si cum muliere votum virginitatis habente per prima copula, & non ultima quis peccavit, an teneatur explicare tactus, & oscula post copulam cum ipsa sequuta? tomo primo, tract. 7. resolutione 91. §. 1. & seqq. pag. 387

Qui votum castitatis habet, debet votum explicare, quando ipse consilio, vel auxilio causa fuit, ut alii tale votum non habentes, peccent? t. 1. tr. 7. res. 101. §. 4. pag. 394

Votum de non communicando die habitæ copulæ est invalidum. t. 2. tr. 2. r. 50. §. 2. p. 186

Votum solemne expressum in Religione approbata ante pubertatem emissum, nisi post pubertatem ratificetur, non obligat. t. 2. tr. 5. r. 113. §. 1. p. 328

Imò hodie votum solemne expressum professionis non valet usque ad 16. annum completum.

Et idem dicendum erit de initiato Ordinibus sacris ante 16. annum; nempe, quod non tenetur continere? ibidem.

Votum an sit validum, & invalidum matrimonium contractum ab eo, qui Ordinem sacrum accepit, ignorans illi annexum esse votum castitatis? ibidem §. tertio.

Quid est dicendum de illo, qui suscepit Ordines sacros cum intentione expressa non vovendi castitatem, an hoc non obstante teneatur castitatem servare? ibidem §. quarto.

Si votum Religionis emittat adstrictus sponsalibus juratis, an possit adhuc matrimonium contrahere, animo ingrediendi Religionem ante consummationem? t. 2. tr. 6. r. 28. §. 1. p. 345

Si votum Religionis emisisti ante sponsalia, & fœminam defloraſti sub fide data de matrimonio, an tenearis illam ducere, omisso voto? ibid. §. 3. p. 346

Qui votum castitatis emisit post sponsalia, an committat aliquam culpam? ibid. §. 4

Votum suscipiendi Ordines sacros dirimit sponsalia, & licitè post illa potest quis tale votum emittere. tom. 2. tr. 6. r. 30. §. 2. p. 347

Qui post votum castitatis contraxit matrimonium, an teneatur ante consummationem ingredi Religionem, quando id est necessarium ad conservandum votum, nempe quando alter conjux non vult castitatem servare? t. 2. tr. 6. r. 158. §. 1. p. 424

Idem est si votum castitatis emittatur post matrimonium ratum? ibid. §. 4. p. 425

Restant etiam nonnulla alia circa votum suscipiendi Ordines sacros, in quibus involvitur votum castitatis: & circa votum ingrediendi Religionem: & circa votum non contrahendi matrimonium si post prædicta quis contraxit matrimonium quid est faciendum? ibid. §. 5. & seqq.

Votum Religionis, vel castitatis habens, an peccet mortaliter contrahendo matrimonium animo ingrediendi Religionem antequam consummet matrimonium? t. 2. tr. 6. r. 159. §. 1. ibid.

Si quis votum habet castitatis, & Religionis, & petit à Pontifice dispensationem unius, an teneatur alterum narrare? tomo tertio, tract. 2. resolutione 67. §. primo, & seqq. pag. 219

Quando simul votum, & juramentum soli Deo factum expressè adsunt, & non explicatur utrumque vinculum in dispensatione, an dispensatio sit invalida? t. 3. tr. 2. res. 71. §. 1. p. 221

Si votum in tenera ætate emisisti, vel interveniente metu, aut tristitia, aliave passione, vel errore circa causam impulsivam, vel quia causa ob quam motus fuisti ad vovendum cessavit, in his casibus justam habes causam dispensandi in voto? tom. 3. tract. 2. resol. 80. §. 2. pag. 226

Sed in dictis casibus semper cum dispensatione admiscenda est aliqua commutatio. ibid. §. 4

Votum Religionis intelligitur attenta forma juris communis, quod annum probationis concedit ad experiendum, ideo satisfaciet voto animo experiendi, etsi novitiatus tempore exeat ex justa causa. ibid.

Et quid, si exeat ex justa causa, & ex levitate, an tunc teneatur iterum ingredi? ibid.

Ad juramenta relaxanda soli Deo facta, an extendatur potestas delegata dispensandi, vel dispensandi vota? t. 3. tr. 2. r. 73. §. 1. p. 222

Inter votum castitatis perpetuæ, vel Religionis, & reliqua vota Pontifici reservata est magnum discrimen, quod illa duo priora relaxandi potestas non censetur concessa generali concessione Jubilæi, &c. nisi exprimantur, alia vero vota reservata satis in generali concessione censentur expressa? tom. 4. tract. 4. resolut. 14. §. 2. pag. 148

Postquam votum Religionis, vel castitatis perpetuæ fuit à Pontifice commutatum in materiam non reservatam, an ex vi Jubilæi, vel alterius privilegii possit commutari hæc materia non reservata? tom. 4. tr. 4. res. 16. §. 3. ibid.

Intra

Intra tempus Jubilæi, vel Cruciatæ Confessarius potest dicere pœnitenti, commuto tuum votum in illam rem, vel res, quam, aut quas ego, aut talis post aliquas hebdomadas judicaverimus prudenter sustinenda. t. 4. tr. 4. r. 60. §. 4. p. 170

Votum de dicendo Rosarium an persolvatur alternatim recitando cum socio? tom. 4. tract. 6. resol. 55. §. Sed quia, pag. 229

Votum aliquod an Episcopus emittat in ejus consecratione ratione perfectionis status? tom. 4. tr. 8. res. 96. §. 1. pag. 391

Votum, seu obligatio Episcopi visitandi limina Apostolorum, quomodo impleri debeat? tom. 4. tr. 8. res. 97. §. 1. pag. 392

Ad votum vitæ Quadragesimalis an teneatur Episcopus ex Religione Minimorum assumptus? t. 7. tr. 1. res. 28. & 29. pag. 19. & 20

Votum servorum collatum ad tempus libertatis an sit validum? Et an dictum votum possit irritare Dominus? t. 7. tr. 8. r. 55. §. 1. p. 451

Quando contra votum paupertatis peccent, vel non peccent Religiosi, Moniales, & Equites Commendatarii, & sine Commendis, vide tract. 3. tom. 7. de Paupertate Religiosa.

Vide verb. *Adulterium, Assens, Conjux, Corrumpere, Defiorare, Intentio, Mulier, Pubertas, Vir.* tom. 2

Item verb. *Bulla Cruciatæ, Ingressus, Initium, Jubilæum, Juramentum, Legatus, Licentia, Lingua, Mentaliter, Obedientia, Obligatio, Ordinis sacramentum, Paupertas, Privilegium, Regulares, Relaxare, Religio, Subditus, Substantia.* tom. 3

Item tract. 3. tom. 4. de Bulla Cruciatæ à res. 69. usque ad res. 122. ubi plura reperies circa commutationem, & dispensationem votorum.

Item verb. *Annus, Carnes, Cervisia, Commutare, Consuetudo, Dies, Dispensare, Dubium, Irritare, Lacticinia, Mos, Oblitum, Peregrinatio, Præcipere, Privilegium, Recitare, Regulares, Revocare, Vinum.* tom. 4

Item verb. *Immemor.* tom. 5

Item verb. *Mutatio, Promissio, Paupertas, Solvere.* tom. 6

Item verb. *Adulterium; Annullare, Commutare, Consentire, Expulsus, Festum, Irritare, Materia, Observatio, Paupertas, Promissio.* tom. 7

Item tract. 4. tom. 8. de Voto, & Juramento.

Item verb. *Bulla Cruciata, Dubitare, Ecclesia, Pauper, Promittens, Promittere, Triticum, Vinum.* tom. 8

Item verb. *Habitus.* tom. 9

Votum, id est, Suffragium.

Vota Theologorum in approbatione Reliquiarum, an sint consultiva tantum? t. 3. tr. 3. r. 91. §. 4. p. 356

Vide verb. *Quæstio.* tom. 3

Item verb. *Consultores.* tom. 5

Item verb. *Electio, Pars.* tom. 7

Vovens.

Vovens dare eleemosynam, non satisfacit restituens debitum. t. 1. tr. 6. r. 50. §. 4. p. 339

Nec si eleemosyna datur fratri, avis parentibus indigentibus, secus aliis consanguineis indigentibus? ibidem §. quinto.

Et quid, si eleemosynam det extreme indigentibus? ibidem §. sexto.

Et quid, si actum facias cum pluribus obligationibus, sigillatim tantum satisfacere potes, ut, si verbi gratia, debes dare pauperibus centum ob injustè ablata, centum ex voto, & centum ex pœnitentia? t. 1. tr. 6. res. 50. §. 7. ibid.

Vovens sextis Feriis jejunare, si eo anno incidat Natalis Domini in die Veneris, an teneatur jejunare? t. 4. tr. 6. res. 55. §. 3. pag. 229

Vide verb. *Votum, Vovere.*

Vovere.

Si quis non volens vovere, sed cum expresso animo non vovendi castitatem suscipis Ordinem sacrum, & fornicatur, in illo actu fornicationis non peccat peccato sacrilegii contra votum, quia non est aliquod votum, quamvis peccarit non emittendo votum, quod emittere debet? tomo primo, tract. 7. resolutione 74. §. 6. pag. 380

Qui plures vovet facere aliquam rem, frangitque votum, an teneatur hoc in confessione aperire? t. 1. tr. 7. res. 149. §. 1. p. 416

Vbi, qui per diversos sanctos, & formas vovendi vovit, unum tantum votum efficit, ideo hanc circunstantiam tanquam aggravantem non tenetur in confessione aperire. ibid. §. 2

Qui vovit aliquo die jejunare, non toties peccat, quoties in illo die carnes comedit? tom. 1. tractat. 7. resolut. 67. §. 2. pag. 377

Qui vovit castitatem in solo opere externo, an peccet in delectatione de aliquo opere venereo? t. 1. tr. 7. res. 100. §. 6. pag. 393

Vbi, quod delectatio venerea de fornicatione ab habente votum absolutæ castitatis capta, præter malitiam luxuriæ contra castitatem, an etiam habeat malitiam sacrilegii contra votum? ibid.

Qui vovit castitatem, divortio legitimo facto, an possit conjugi adulteræ reconciliari? tom. 2. tract. 6. res. 220. §. 5. pag. 468

Qui vovit se perseveraturum in Religione, & explicet se vovisse Religionem, an dispensatio sit valida? tomo tertio, tractatu secundo, resolut. 68. §. primo, pag. 220. Vbi, quod, si voto Religionis superaddas votum illius perseverantiæ, an ad amplius obligeris? §. secundo.

Qui vovit recitare Officium sancti particularis in die, quo debet recitare de alio sancto, an teneatur duo Officia recitare? tomo tertio, tract. 6. resolutione 25. §. 1. pag. 434

Qui vovit jejunare in Vigilia alicujus Sancti cujus dies festus incidit in feriam secundam, potest Sabbatho antecedenti jejunare, & non tenetur ad jejunium in die Dominico, nisi id expresserit? tom. 4. tract. 6. res. 55. §. 3. pag. 229

Qui vovit jejunare in die Annunciationis B. Mariæ Virginis si incidat in Dominicam potest jejunare Sabbatho antecedenti, modo contrarium non expresserit, vel possit jejunium transferre in feriam secundam, si die Sabbatho teneatur alio titulo jejunare. ibidem post medium dicti §.

Qui vovit tradere aliquid certo pauperi tenetur tradere alteri pauperi, si pauper designatus moriatur nondum adimpleto voto, nisi aliter constet de voluntate volentis. ibid. propè fin.

Qui vovit jejunare Feria sexta, vel alia die, si in illis incidat Vigilia Nativitatis Domini, an possit in collatione serotina sumere quantitatem pinguiorem? t. 4. tr. 6. r. 114. §. 3. p. 264

Quod idem quæritur pro Religiosis Franciscanis, stante eorum voto. ibid. §. 3

Quando quis vovit indeterminate pro aliquo die audire tres Missas, & ex qualibet earum omittit partem non notabilem, an peccet mortaliter? tom. 8. tract. 3. res. 2. §. 3. pag. 31

Qui vovit in aliqua die non comedere carnes, an toties peccet, quoties illas comedit? tom. 8. tract. 4. res. 72. §. 1. pag. 85

Vide verb. *Votum*, & ejus adnotationes.

Appendix ad plures alias difficultates pertinentes ad hæc verba, Votum, Vovens, Vovere, & Iuramentum, ut est promissio Deo facta.

In voto datur parvitas materiæ? Et distinguitur, quod si materia est partialis est veniale, ut si quis vovit recitare calculos virgineos, & omisit unam, vel alteram salutationem Angelicam. At si est totalis materia erit semper mortale, ut si quis vovit recitare semel orationem Angelicam & non recitat. t.8.tr.4. res.10. 12. 13. & in aliis earum not. p.51. & 52

Votum de faciendo peccato veniali an sit tantum veniale, quia parvitas materiæ excusat? tom.8. tract.4. res.6. in fine. pag.50

In voto, & juramento non bibendi vinum datur parvitas materiæ? t.8.tr.4. res.9. p.51

Et quid est dicendum, si votum fuit de jejunando cum pane, & aqua, an sit culpa mortalis semel bibere vinum? ibid. propè fin.

Vota plura eodem die violare de materia levi sit peccatum mortale, sive materiæ sint ejusdem rationis, sive diversæ? t.8. tr.4. r.11. p.51

Vovere sub obligatione lethali in materia levi an quis possit. ibid. res.12

Et obiter notatur, quid est dicendum, si Confessarius pro mortalibus imponat levem pœnitentiam, & in ea intendat sub mortali obligare? ibidem à lin.3. dictæ resolut.12

Vbi etiam deducitur, quod quantumcumque legislator, & Prælatus ad mortale obligare velit, si materia est exigua, attentis circunstantiis non obligavit ad mortale, sive materia levis sit totalis materia legis, & præcepti, sive sit partialis, nam esset intolerabilis, si posset Prælatus in omni materia etiam levissima obligare sub peccato mortali. ibidem §.2. & in aliis ejus notationum.

Si quis voverit se quotidie recitare B. Virgini, verbi gratia, *Pater noster*, *Ave Maria*, vel unam *Salve*, & per annum non recitet, an peccet mortaliter? Et advertitur, quod in tali casu vovens istam materiam parvam, an possit se obligare sub mortali in recitatione dictæ materiæ levis? ibidem resolutione 13. 14. pagina 52. & 53

Idem est de voto elargiendi quotidie modicissimam eleemosynam. Sed advertitur, quod doctrina dictæ quæstionis non valet in casu, quod vovisti singulis dare parvam eleemosynam, quia pluries omittendo istam parvam eleemosynam devenisti ad materiam gravem, & teneris ad restitutionem. ibidem inter medium, & finem §.2. dictæ resolut.13. à vers. Notandum est tamen, &c.

Et difficultas est in cognoscendo, quando vovens censetur annectere obligationem ad diem, & quando non. Ideo docetur raro contingere in votis personalibus obligationem factam pro uno die in sequentem prorogari, sed in votis realibus obligationem in sequentem diem prorogari. tom.8. tract.4. res.14. §.2. & in aliis ejus not. pag.53

Vovens, omnibus circunstantiis attentis, dubius manens, an votum emissum sit intuitu temporis, an teneatur adimplere, verbi gratia, vovit quis jejunaturum, vel Missam auditurum certa die pro animabus Purgatorii, atque adeo eo die impeditus fuit, an teneatur altero die jejunare, Missam audire, Communionem facere, &c. ibidem.

Qui vovit se aliquid facturum, si alius sibi consuluerit, an teneatur ad votum, si is, qui consulitur, rem promissam consulat? t.8. tr.4. r.16. p.53

Vbi an facias contra votum de Religione sumenda sub conditione Paterni consensus, si de facto procures precibus & rationibus ne consentiat? Et quid, si per vim, & fraudem consensus impediretur? Idem est si votum sub alterius consilio emissum esset. ibidem in dicto §.2

In dubio, utrum materia voti sit bona, aut mala, an teneatur quis illud adimplere? Et quid, si essent opiniones circa hanc bonitatem, vel malitiam? tom.8. tr.4. res.17. pag.54

Dubius de voto, & juramento, an teneatur illa adimplere? tomo octavo, tract.4. resolutione 18. & 19. pag.54. & 55

Qui certus est se emisisse votum Religionis, si dubius sit an Religionis in communi, vel hujus in particulari, an possit quamlibet intrare? Et quid, si certus sit, quod voverit se non accessurum ad aliquam fœminam, & dubitat, an de accessu fornicario, vel uxorario senserit, an teneatur abstinere à nuptiis? ibidem in §.3. dictæ res.18

Qui certus est se vovisse castitatem, & dubitat an ad perpetuam, vel temporalem, ad quid teneatur? ibid. ad lin.12. dicti §.3

Vbi infertur, eum qui vovit Religionem, & dubitat autem utrum voverit se professurum, non tenetur ad professionem. Et si quis voverit quotidie dicere Rosarium, dubitat postea, an per Rosarium intellexeris integrum Rosarium, vel tantum tertiam partem ejus, poterit eligere tertiam partem. ibid.

Dubius an habuerit voluntatem se obligandi voto, aut juramento, an possit interpretari se non habuisse talem voluntatem? Et quid, si quis certus est de voto, vel juramento, sed dubitat, an habuerit animum se obligandi, ad quid teneatur? t.8. tr.4. §. ult. res.18.22. p.54. & 56

